

HISTORIA
ALMI FERRARIÆ GYMNASII
PARS SECUNDA.


Io. Braccioli inventor, et delin.

HISTORIA
ALMI FERRARIÆ GYMNASII
In duas Partes divisa,

Eminentiss., & Reverendiss. Principi

D. THOMÆ RUFO
S. R. E. CARDINALI

Prænestino Episcopo, ac Archiepiscopo Ferrariensi

A FERRANTE BORSETTI FERRANTI BOLANI J.U.D.

Illustrissimæ Civitatis Ferrariæ à Secretis

D I C A T A.

PARS SECUNDA.





FERRARIÆ MDCCXXXV.

Typis Bernardini Pomatelli.)(*Superiorum Permissu.*

PROŒMIUM.

ALteram Historiæ Partem aggressuri, in quâ celeberrimi Ferrariensis Gymnasii Lectores, ejusdem ab origine usquè in præsens referre decrevimus, nonnulla repetenda sunt (ea enim in Primæ Partis exordio levitèr attigimus) ut Operis inita à nobis ratio clariùs innotescat. Tribus itàque prioribus Libris, juxtà aliquem Chronologiæ ordinem, Doctores singulos memorabimus, quos, vèl Rotulorum, vèl Historicorum testimonio, in Lyceo nostro docuisse accepimus; Historicos ipsos, sivè Rotulos, undè eorum notitiam mutuati fuerimus, bonâ fide indicantes: Omnes verò nos retulisse, ne quis putet; nàm ab Imperiali Academiæ nostræ erectione usquè ad Pontificiam, nempè usquè ad annum 1391 Lectorum paucissimos, ab anno verò 1391. usquè ad 1473., paucos, Rotulis minimè extantibus, reperire potuimus. Hæc cùm ità sint, centena Doctorum nomina inquisitionem nostram effugisse oportet. Abindè verò usquè in hodiernam diem, Rotulorum præsidio usi sumus, quos magnâ adhibitâ diligentiâ ferè omnes invenimus, eos scilicèt, qui ab anno prædicto 1473. usquè ad 1602. progrediuntur, in antiquis Memorialium Libris, cæteros typis editos, quorum omnium fidei innixi, Lectores, Universitatum Rectores, ac Reformatores ex Lectorum corpore delectos recensebimus. At cùm prætèr eos, qui in Rotulis descripti sunt, Doctores alii, vel honoris, vel optionis obtinendæ causâ, usquè à Gymnasii nostri initio extrà Rotulum, ut nùnc etiàm obtinet, legere consueverint, nèc eorum ulla ad nos fuerit notio transmissa, quamplures memoratu dignos à nobis silentio præteriri credendum est, ac magnoperè deplorandum. Cæterùm, quòd ad Lectores memorandos

pertinet, qui ante annum 1473. in Lyceo nostro professi sunt, cùm præcisum tempus, quo Lecturas exercuerunt, plerumquè ignoretur, illos ad Estensium, sùb quibus respectivè docuère, Principatus consignabimus; quos verò in Rotulis habemus, sub annis dumtaxàt, quibus primùm Rotulos ingressi sunt collocabimus, quamvis etiàm sequentibus fuerint adscripti; quotquot autèm ex allatis celebriores visi sunt (viventes excipimus) elogiis, prò tenuitate nostrâ prosequemur, eorumque Opera sivè edita, sivè inedita indicabimus, Epitaphiis, Carminibusque quibusdam, Historiæ ornandæ gratiâ, nonnullorum memoriam prosequentes. His peractis, Libro Tertio Scholarium Illustriorum paucos, Exterosque Litteratos ex mille, qui Ferrariam diù incoluère itèm paucos adiiciemus. Libro Quartò Scriptores, aliosque eruditos Viros Ferrarienses, (non omnes, nàm innumeri ferè sunt) qui extrà Lectorum numerum floruere, indicabimus. Quinto deniquè, ac postremo Archetypos, Sculptores, Fusores, Pictores, Miniatores, Scriptores, Musicos, aliosque id genus Ferrarienses complectemur. Sed cùm Appendici Libri Tertii prædicti, ac Postremis duobus Proœmia singularia adornaverimus, eò Lectorem amandabimus. Antequàm verò promissum exolvamus, cùm fortè ad manus nostras pervenerit genuinum exemplum Bullæ Sanctissimi D.N. Clementis xii fel. Regnantis, supèr Erectione Ferrariensis Ecclesiæ in Archiepiscopatum, ac electione Emi, & Revmi D. Cardinalis Thomæ Rufo in primum ejusdem Archiepiscopum, unâ cùm Præconio à Sanctitate Suâ desupèr habito, quæ, si oportunè obvenissent, in fine Partis Primæ Historiæ nostræ, ad annum 1735, nempè suo loco edere statueramus, nùnc ea extrà ordinem hìc dare decrevimus, ut tantis Nominibus Secundæ hujus Partis initium quoquè illustremus.

Præ-

Præconium Sanctissimi D. N. P. P. CLEMENTIS XII. habitum in Concistorio prò Erectione Ecclesiæ Ferrariensis in Archiepiscopatum.

SANCTISSIMUS.

CUM Ecclesia Ferrariensis, quam Venerabilis Frater noster Thomas Episcopus Prænestinus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Rufus olim ejusdem Ecclesiæ Ferrariensis Præsul, nùnc ipsius Administrator ex concessione, & dispensatione Apostolicis in administrationem retinet, ab antiquissimo tempore erecta, & fundata huic Sanctæ Sedi immediatè subiecta continuò extiterit, proùt pluribus etiàm Apostolicarum Constitutionum documentis id testantibus, nupèr à Romano Concilio Anno millesimo septingentesimo vigesimo quinto per definitivam Sententiam declaratum, decretum, & dijudicatum fuit, ipsaque Ecclesia insignibus Structuræ operibus, ac Personarum eidem famulantium qualitate, & numero, annuis redditibus, aliisque prærogativis undiquè præfulgeat: Civitas verò una ex insignioribus totius Italiæ Civitatibus, Sedes unius, ex ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus de Latere Legati, situs amplitudine, mœnium munimine, Nobilium æquè, ac divitum Familiarum splendore, Studio generali, Ædificiorum magnificentià, pluribusque aliis temporalibus muneribus conspicua, & celebris existat, ac insupèr præfatus Thomas Cardinalis, ob eximium ejus, quem ergà dictam Ferrariensem Ecclesiam gerit dilectionis affectum novis Ædificiis in veteri dictæ Ecclesiæ situ constructis, ac veteribus elegantèr expletis, quin & veteri Domo Episcopali dejectâ, novo, amploque Palatio excitato, Seminario ad ampliores Sedes translato, ejusque Alumnis à numero viginti ad septuaginta aucto, ac ex eis duodecim constitutis, ex propriis ejusdem Thomæ Cardinalis bonis perpetuò enutriendis, aliisque Ædificiis ad Præsulum Ferrariensium,

& Colonorum commodum constructis, ejusdem Ecclesiæ, & Civitatis decorem, & insignitatem splendidissimè auxerit: Nos Ecclesiam Ferrariensem hujusmodi tot, tantisque tàm sui, quàm dicti Thomæ Cardinalis meritis præfulgentem ad Archiepiscopalis dignitatis Fastigium evehere, ipsiusque Thomæ Cardinalis votis supèr hoc Nobis porrectis annuere libentèr intendimus. Ferraria igitur intèr Æmiliæ Urbes clarissima viginti sex mille circitèr Cives complectitur, huic Sanctæ Sedi etiàm in temporalibus obtemperantes, Illius Ecclesia Cathedralis in honorem Sanctorum Georgii, & Maurelii Deo sacrata, ac ut præfertur Sedi præfatæ immediatè subjecta, sumptuosè, & elegantèr extructa existit, cùm eam prædictus Thomas Cardinalis ingenti impensâ à fundamentis magnificentius reædificaverit. Inserviunt eidem Ecclesiæ viginti, & ultrà Canonici, intèr quos septem Dignitates, quarum major Archipresbyteratus, nec non utraque Præbenda. Inserviunt itidèm octo Mansionarii, sexaginta Capellani, aliique Presbyteri, & Clerici, qui Divinis operantur. Ejus Sacrarium sacris Supellectilibus ditissimè instructum, pluribus decoratur Sanctorum Reliquiis decentèr asservatis. Ædes Episcopales cohærent eidem Ecclesiæ, & funditùs ab eodem Thomâ Cardinali liberali sumptu reædificatæ sunt, & adauctæ. In Civitate prædictâ ultrà Cathedralem, octodecim extant Parochiales Ecclesiæ, viginti quatuor Virorum, & octodecim Monialium Cœnobia, octo Puellarum Conservatoria, plurimæ Confraternitates, tria Hospitalia, Mons Pietatis, & Seminarium, quod, ut præmisimus, idem Thomas Cardinalis tàm quoàd Alumnorum numerum, quàm proventus locupletavit. Fructus taxantur ad Florenos mille, & tercentum, ascendunt autèm ad quindecim millia Scutorum monetæ Romanæ, aliquibus pensionibus onerati.

Quid Vobis videtur?

Auctoritate &c. Prænunciatam Sententiam à Concilio Romano supèr immediatâ Ecclesiæ Ferrariensis huic Sanctæ Sedi subjectione emanatam, cujùs tenorem in Litteris Apostolicis desupèr expediendis inseri volumus, perpetuò approbamus, & confirmamus, ipsamque Ecclesiam in Archiepiscopalem similitèr perpetuò erigimus, & instituimus cùm Archiepiscopali Dignitate, Jurisdictione, & Superioritate, ac Pallii, & Crucis usu, omnibusque aliis insigniis, nec non privilegiis, & prærogativis, quibus aliæ Archiepiscopales Ecclesiæ Præsules Archiepiscopos declaramus, Archiepiscopali Titulo, & honore decoramus, ipsi-

ipsique Thomæ Cardinali, ac Successoribus præfatis, ut ad nullum Provinciale, præterquàm Romanum Concilium, evocari possint, & valeant, ità quòd nonnisì ad Romanum Concilium hujusmodi accedere teneantur: Quòdque licèt prænominatus Thomas Cardinalis administratione tantùm præfatæ Ecclesiæ Ferrariensis gaudeat, nihilominùs Pallium petere, & obtinere, eoque uti possit, concedimus, & indulgemus cùm Concessionibus, Indultis, derogationibus, & Clausulis necessariis, & oportunis in Decreto, & Schedulâ Consistorialibus latiùs, & uberiùs extendendis.

In nomine Patris &c.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

PAterna Pontificii, Nobis, etsì insufficientibus ex alto commissi muneris assiduè Cor nostrum pulsat solicitudo, ut universis Terrarum Orbis Ecclesiis, æternâ illius, qui humanæ debilitati dat vires, sic disponente Bonitate, præsidentes Ecclesias ipsas præsertim Cathedrales insignes, & quibus vigil laudabilium suorum Administratorum studium statum auxit, decorem, & ornatum, debitis prebeminentiarum, & privilegiorum decoremus titulis, ut in eis sic decoratis Divini Cultus ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, augendamque ergà eas devotionem elucescat Majestas, nec non studii hujusmodi monumentum perpetuò eorumdem Administratorum grandescat nomini, Nostrorumque Apostolici muneris, & desideriorum, gratiâ sic benedicente Domini, vigeat implementum. Sanè cum insignis Ecclesia Ferrariensis, quam Venerabilis Frater noster Thomas Episcopus Prænestinus S. R. E. Cardinalis Rufus nuncupatus, etiàm unà cùm suâ Ecclesiâ Prænestinâ in administrationem ad sui vitam ex Concessione, & dispensatione Apostolicis laudabilitèr ad præsens retinet, ab antiquissimo tempore erecta, fundataque, Divisque Georgio, & Maurelio dicata, in ejus Ædificiis satìs ampla, satisquè in eorumdem Ædificiorum eleganti structurâ illustris exi-

existat, & in eâ septem, Archipræsbiteratus videlicèt post Pontificalem major, Præpositura, Archidiaconatus, Primiceriatus, Custodia, Thesaurariatus, & Decanatus Dignitates, nec non quatuordecim Canonicatus, totidèmque, intèr quas Theologalis, & Pœnitentiaria nuncupatæ Præbendæ, ac octo perpetua simplicia, personalemque requirentia Beneficia Ecclesiastica Mansionariatus nuncupata perpetuò erecta, & instituta, annuisque redditibus satìs congruè dotata reperiantur; Eidemque Ferrariensi Ecclesiæ, quæ Cœlesti quoquè, locupletique Sacrarum Reliquiarum inibì decentèr asservatarum thesauro ditata, sacrisque supellectilibus abundè instructa dignoscitur, nedùm copiosus Dignitatum, & Canonicorum, ac Beneficiatorum, Dignitates, ac Canonicatus, & præbendas, nec non Beneficia præfata obtinentium Cœtus, verùm etiàm quinquaginta Clerici, seù Præsbiteri Capellani unà cùm Beneficiatis præfatis unum Corpus, unumque Collegium à dictis Canonicis distinctum, separatumque constituentes decorum, laudabilemque in Divinis exhibeant famulatum; ipsaque Ecclesia Ferrariensis usquè ab ejus felici ortu naturalem exemptionem, immediatamque suam Romano Pontifici prò tempore existenti; Sedique Apostolicæ sortita fuerit subiectionem; exemptioneque, ac immediatâ subjectione hujusmodi sempèr magìs magìsque, & postquàm, omissis vetustiorum quamplurium Apostolicarum Constitutionum id testantium documentis, fel: Recor: Innocentius P. P. II. etiàm Prædecessor noster per suam in Concilio Lateranensi sub datum decimo Kal. Maii anno Domini MCXXXIX. Pontificatus sui anno decimo desupèr editam, & à tùnc existentium S. R. E. Cardinalium Collegio subscriptam Constitutionem, quæ incipit: Ad hoc; Ecclesiam Ferrariensem cum totâ Parochiâ suâ in jure, dominio, ac privilegio S. R. E., ac Beati Petri, cujus est Patrimonium conservandum, & sùb Romani Pontificis ditione, ordinatione, ac consecratione fore, & esse Apostolicâ ejus Auctoritate statuerat, ac hujusmodi exemptio, & immediata subjectio à recolendæ mem. Cœlestino II., Lucio itidèm II, & Gregorio VIII., etiàm Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, præfatique Innocentii Successoribus per alias eorum respectivè desupèr emanatas, & à tunc paritèr existentibus præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus similitèr respectivè subscriptas Litteras approbatæ, & in eis præfata Ecclesia Ferrarien. manutenta sempèr extiterat; Et subindè ab ejusdem record. Clemente III., Cœlestino itidèm III., Innocentio IV., à quo privilegia Innocentii, Cœlestini, Lucii, Gregorii, Clementis, & Innocentii Prædecessorum

præ-

præfatorum, & præsertìm ut Ecclesia Ferrariensis esset sempèr sùb Romani Pontificis, & illius Successorum ordinatione, atquè consecratione approbata, & confirmata fuerant, ac deindè validiùs ab Eugenio IV. per diversas ejus Litteras Apostolicas in formâ Brevis respectivè desupèr expeditas, quæ sicùt accepimus originalitèr in Archivio Episcopali Ecclesiæ Ferrarien. asservantur; nec non à piæ mem. Nicolao V. sibi concessis gavisa fuerit, eisque sic gaudens à reliquis prò tempore existentibus, & præsertìm ab Alexandro VIII., Innocentio XII., & Clemente XI. paritèr Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris in eorum respectivè Litteris Apostolicis, supèr ejusdem Ecclesiæ Ferrariensis prò tempore factâ provisione expeditis, & debitæ executioni demandatis Sedi præfatæ immediatè subjecta, proùt sempèr extiterat, sempèr enunciata fuerit, & nupèr videlicèt de anno ejusdem Domini MDCCXXV. ortâ supèr Ecclesiâ Ferrarien. Sedi præfatæ immediatâ subiectione hujusmodi quæstionis materiâ, eâquè ad Concilium Romanum sùb eodem Benedicto Prædecessore tùnc habitum delatâ, ab eodem Concilio, cui & Nos Cardinalatus honore fulgentes interfuimus, emanaverit Sententia tenoris sequentis videlicet = Christi nomine invocato, prò Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam Sententiam, quam de Jurisperitorum Consilio in his scriptis ferimus in Causâ, & Causis, quæ primò, & in primâ, seù aliâ veriori coràm Nobis versæ fuerunt, & vertuntur instantiâ vigore specialis Commissionis, Motu proprio, & non ad ullius Partis instantiam, & de potestatis plenitudine à Sanctissimo Domino Nostro Benedicto P. P. XIII. signatæ, ac directæ Sacro præsenti Concilio Romano cùm facultate eligendi, & deputandi nonnullos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Patres ejusdem Concilii in Sacrâ Theologiâ Magistros, & respectivè in Decretis Doctores, nec non etiàm cum facultate procedendi sinè strepitu, & figurâ judicii, & solâ facti veritate inspectâ omni, & quocunque recursu, & appellatione remotis intèr Illustrissimum, & Reverendissimum Archiepiscopum Ravennaten., & Eminentissimum, & Reverendissimum Episcopum Ferrariens., dictamque Civitatem, & Cives supèr prætensâ Suffraganeitate Ecclesiæ Ferrariens. præfato Archiepiscopo Ravennatens., rebusquè aliis in actis Causæ, & Causarum hujusmodi latiùs deductis &c. Dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac definitivè sententiamus, vigore resolutionis captæ in Congregatione particulari, habitâ die XXI. Maii currentis, constare de immediatâ

sub-

existat, & in eâ septem, Archipræsbiteratus videlicèt post Pontificalem major, Præpositura, Archidiaconatus, Primiceriatus, Custodia, Thesaurariatus, & Decanatus Dignitates, nec non quatuordecim, Canonicatus, totidèmque, intèr quas Theologalis, & Pœnitentiaria nuncupatæ Præbendæ, ac octo perpetua, simplicia, personalemque requirentia Beneficia Ecclesiastica Mansionariatus nuncupata perpetuò erecta, & instituta, annuisque redditibus satìs congruè dotata reperiantur; Eidemque Ferrariensi Ecclesiæ, quæ Cœlesti quoquè, locupletique Sacrarum Reliquiarum inibi decentèr asservatarum thesauro ditata, sacrisque supellectilibus abundè instructa dignoscitur, nedùm copiosus Dignitatum, & Canonicorum, ac Beneficiatorum, Dignitates, ac Canonicatus, & præbendas, nec non Beneficia præfata obtinentium Cœtus, verùm etiàm quinquaginta Clerici, seù Præsbiteri Capellani unà cùm Beneficiatis præfatis unum Corpus, unumque Collegium à dictis Canonicis distinctum, separatumque constituentes decorum, laudabilemque in Divinis exhibeant famulatum; ipsaque Ecclesia Ferrariensis usquè ab ejus felici ortu naturalem exemptionem, immediatamque suam Romano Pontifici prò tempore existenti, Sedique Apostolicæ sortita fuerit subiectionem; exemptioneque, ac immediatâ subjectione bujusmodi sempèr magìs magìsquè, & postquàm, omissis vetustiorum quamplurium Apostolicarum Constitutionum id testantium documentis, fel: Recor: Innocentius P. P. II. etiàm Prædecessor noster per suam in Concilio Lateranensi sub datum decimo Kal. Maii anno Domini MCXXXIX. Pontificatus sui anno decimo desupèr editam, & à tùnc existentium S. R. E. Cardinalium Collegio subscriptam Constitutionem, quæ incipit: Ad hoc; Ecclesiam Ferrariensem cum totâ Parochiâ suâ in jure, dominio, ac privilegio S. R. E., ac Beati Petri, cujus est Patrimonium conservandum, & sùb Romani Pontificis ditione, ordinatione, ac consecratione fore, & esse Apostolicâ ejus Auctoritate statuerat, ac hujusmodi exemptio, & immediata subjectio à recolendæ mem. Cœlestino II., Lucio itidèm II, & Gregorio VIII., etiàm Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, præfatique Innocentii Successoribus per alias eorum respectivè desupèr emanatas, & à tunc paritèr existentibus præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus similitèr respectivè subscriptas Litteras approbatæ, & in eis præfata Ecclesia Ferrarien. manutenta sempèr extiterat; Et subindè ab ejusdem record. Clemente III., Cœlestino itidèm III., Innocentio IV., à quo privilegia Innocentii, Cœlestini, Lucii, Gregorii, Clementis, & Innocentii Prædecessorum

præ-

præfatorum, & *præsertim ut Ecclesia Ferrariensis esset sempèr sùb Romani Pontificis*, & *illius Successorum ordinatione*, *atquè consecratione approbata*, & *confirmata fuerant*, *ac deindè validiùs ab Eugenio IV. per diversas ejus Litteras Apostolicas in formâ Brevis respectivè desupèr expeditas*, *quæ sicùt accepimus originalitèr in Archivio Episcopali Ecclesiæ Ferrarien. asservantur*; *nec non à piæ mem. Nicolao V. sibi concessis gavisa fuerit*, *eisque sic gaudens à reliquis prò tempore existentibus*, & *præsertìm ab Alexandro VIII.*, *Innocentio XII.*, & *Clemente XI. paritèr Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris in eorum respectivè Litteris Apostolicis*, *supèr ejusdem Ecclesiæ Ferrariensis prò tempore factâ provisione expeditis*, & *debitæ executioni demandatis Sedi præfatæ immediatè subjecta*, *proùt sempèr extiterat*, *sempèr enunciata fuerit*, & *nupèr videlicèt de anno ejusdem Domini MDCCXXV. ortâ supèr Ecclesiâ Ferrarien. Sedi præfatæ immediatâ subiectione hujusmodi quæstionis materiâ*, *eâque ad Concilium Romanum sùb eodem Benedicto Prædecessore tùnc habitum delatâ*, *ab eodem Concilio*, *cui* & *Nos Cardinalatus honore fulgentes interfuimus*, *emanaverit Sententia tenoris sequentis videlicet* = *Christi nomine invocato*, *prò Tribunali sedentes*, & *solum Deum præ oculis habentes*, *per hanc nostram definitivam Sententiam*, *quam de Jurisperitorum Consilio in his scriptis ferimus in Causâ*, & *Causis*, *quæ primò*, & *in primâ*, *seù aliâ veriori coràm Nobis versæ fuerunt*, & *vertuntur instantiâ vigore specialis Commissionis*, *Motu proprio*, & *non ad ullius Partis instantiam*, & *de potestatis plenitudine à Sanctissimo Domino Nostro Benedicto P. P. XIII. signatæ*, *ac directæ Sacro præsenti Concilio Romano cùm facultate eligendi*, & *deputandi nonnullos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales*, *Archiepiscopos*, *Episcopos*, *aliosque Patres ejusdem Concilii in Sacrâ Theologiâ Magistros*, & *respectivè in Decretis Doctores*, *nec non etiàm cum facultate procedendi sinè strepitu*, & *figurâ judicii*, & *solâ facti veritate inspectâ omni*, & *quocunque recursu*, & *appellatione remotis intèr Illustrissimum*, & *Reverendissimum Archiepiscopum Ravennaten.*, & *Eminentissimum*, & *Reverendissimum Episcopum Ferrariens.*, *dictamque Civitatem*, & *Cives supèr prætensâ Suffraganeitate Ecclesiæ Ferrariens. præfato Archiepiscopo Ravennatens.*, *rebusquè aliis in actis Causæ*, & *Causarum hujusmodi latiùs deductis* &c. *Dicimus*, *pronunciamus*, *decernimus*, *declaramus*, *ac definitivè sententiamus*, *vigore resolutionis captæ in Congregatione particulari*, *habitâ die XXI. Maii currentis*, *constare de immediatâ*

sub-

subiectione Ecclesiæ Ferrarien. Sanctæ Sedi Apostolicæ, nequè illam esse suffraganeam ulli Metropolitano, proindèque nullum jus Metropoliticum competiisse, neque competere Archiepiscopo Ravennaten., nequè ulli alteri supèr dictâ Ecclesiâ Ferrarien., sed illam fuisse, & esse liberam, exemptam, & immediatè subiectam Sanctæ Sedi Apostolicæ, proùt talem esse pronunciamus, declaramus, & denuntiamus, factâ etiàm priùs relatione dictæ resolutionis præcedentèr captæ Sanctissimo Domino Nostro, & omnibus Reverendissimis Patribus in Concilio Romano interessentibus, qui omnes denegando novam audientiam ab Archiepiscopo Ravennaten. in publico Concilio petitam die XXII Maii, resolutionem, ut suprà captam in dictâ Sacrâ Congregatione particulari tanquàm Juri consonam, in Congregatione Præsynodali habitâ die XXV. ejusdem Mensis Maii approbarunt, & publicandam, atquè exequendam esse censuerunt, ideòque supèr prætenso Jure Metropolitico adversùs dictam Ecclesiam Ferrarien. tàm Archiepiscopo Ravennaten., quàm cuicunque alteri per hanc nostràm definitivam Sententiam perpetuum silentium imponendum fore, & esse duximus, proùt imponimus, & prò imposito haberi volumus, & mandamus, & ità Dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & definitivè sententiamus, non solùm prædicto, sed & omni alio meliori modo. Civitas verò nostra Ferrariensis præfata illustri vetustate, situs amplitudine, valido Mœnium munimine, fertili soli amœnitate, copioso tùm generis Nobilitate pollentium, tùm Scientiarum, tùm Armorumque virtute præditorum Civium numero, Studio generali, ex quo quamplures Viri Litterarum scientiâ, Artiumque liberalium insigni experientiâ celebres prodierunt, & prodeunt in dies, nec non Tribunali, seù Causarum audientiâ Rotâ nuncupatâ, cui Juris utriusque Doctores justitiæ, & probitatis Assecl(æ) præsunt, Conciliòque in eâ à præfato Eugenio IV. habito, & deindè post quindecim ejusdem Concilii Sessiones inibì habitas Florentiam translato, proùt vetera referunt monumenta, centum Ecclesiarum in ejus circuitu existentium annuis redditibus, Divinoque servitio locupletum, quamplurium Virorum, & Sacrarum Virginum Monasteriorum, & in ejus satìs amplâ Diœcesi centum millium Animarum Parochianorum, intèr centum, & ultrà ejusdem Diœcesis Parochiales Ecclesias divisarum numero refertam, una ex insignioribus totius Italiæ Civitatibus existat, illiusque in temporalibus gubernio unus ex ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus cum facultate Nostri, & prò tempore existentis Romani Pontificis de Latere Legati præsideat; ac insupèr


supèr præfatus Thomas Cardinalis, & Episcopus Prænestinus ob eximium, quem sempèr ab eo tempore, quo dictæ Ecclesiæ Ferrariens. ex concessione, & dispensatione similibus Præsul extitit, ergà dictam Ecclesiam Ferrarien. gessit, & adhùc, proùt providum, utilemque decet Administratorem cordis gerit dilectionis affectum, ejusdem Ecclesiæ Ferrarien. insignitatem augere concupiscens, attento quòd bon. mem. Thadeus Aloysius ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dum viveret Cardinalis dè Verme nuncupatus dictæ Ecclesiæ Ferrarien. etiàm dùm viveret ultimus ex concessione, & dispensatione paribus Præsul in veteri dictæ Ecclesiæ situ novæ ejusdem Ecclesiæ incboaverat Ædificia, unâ ex tribus tertiis eorùmdem novorum Ædificiorum partibus dumtaxàt completâ, nova Ædificia hujusmodi elegantèr expleverit, quin & veteri Domo Episcopali à fundamentis dejectâ, novum decorum, amplumque Palatium sibi, suisque Successoribus excitaverit, & attento quòd Seminarium Puerorum Ecclesiasticum Ferrarien. opus ab Œcumenicâ Tridentinâ Synodo in qualibet Diœcesi apprimè concupitum, in ejus situ perangustum, exiguumque Puerorum numero reperiebatur, illud ad nobiliores, amplioresque Sedes transtulerit, illiusque viginti ad septuaginta, & ex eis duodecim ex propriis ejusdem Thomæ Cardinalis, & Episcopi Prænestin. bonis perpetuò enutriendorum Puerorum numerum amplificaverit, aliaque Ædificia ad Ferrarien. Episcopi prò tempore existentis, & ad Colonorum commodum ruri construxerit: Nos igitùr Ecclesiam Ferrarien. præfatam tot, tantisque pretiosis tàm suorum, quàm præfati Thomæ Cardinalis, & Episcopi Prænestini meritorum circumamictam varietatibus ad sublime sibi debitæ Archiepiscopalis Dignitatis fastigium adducere, illamque unà cum cæteris Archiepiscopalibus Ecclesiis suprà Militantis Ecclesiæ Montem ponere, ac gratas amoris illius, quo bo. mem. Nerius prædictæ S. R. E. dùm viveret Cardinalis Corsinus nuncupatus Patruus noster, dùm in Civitate Ferrarien. præfatâ Legati de Latere hujusmodi munere fungeretur ergà eandem Civitatem Ferrarien. tenebatur, quique amor nostra quoquè alta mente manens cor nostrum sempèr tetigit, & tangit ad præsens, vices gerere, laudabilibusque præfati Thomæ Cardinalis, & Episcopi Prænestini votis benignè annuere, ac specialem sibi gratiam facere volentes, nec non dictam Innocentii II. Constitutionem, aliorumque omnium Romanorum Pontificum Prædecessorum præfatorum omnes, & singulas respectivè Litteras præfatas, earumque singulos tenores præsentibus prò expressis, insertisque habentes, post habitam à Nobis supèr

pèr

pèr præmissis omnibus maturam cùm Venerabilibus Fratribus nostris præfatæ S. nctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberationem, de Fratrum eorundem consilio, Motu proprio non ad alicujus supèr hoc Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certâ scientiâ, meràque liberalitate nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Sententiam à Concilio Romano, ut præfertur, emanatam, & præsentibus nostris Litteris insertam Apostolicâ Auctoritate perpetuò approbamus, & confirmamus, eique Apostolicæ nostræ firmitatis robur adiicimus, omnesque, & singulos tàm Juris, quàm facti, si qui desupèr quomodolibet intervenerint defectus eâdem Apostolicâ auctoritate supplemus, Ecclesiamque, & Sedem Episcopalem Ferrariensem in Archiepiscopalem Ecclesiam, nec non Archiepiscopalis Præsidis Sedem prò uno deincèps Archiepiscopo, qui Pallii, & Crucis usum aliorum Archiepiscoporum more habeat, omnibusque aliis insigniis Archiepiscopalibus, nec non privilegiis, honoribus, & prærogativis cæteris Archiepiscopis debitis, & concessis uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè possit, & valeat Apostolicâ auctoritate præfatâ perpetuò erigimus, & instituimus; Eamque nomine, titulo, & honore Archiepiscopali decoramus, ipsiusque Ecclesiæ Ferrarien. prò tempore existentem Præsulem Archiepiscopum declaramus, dictoque Thomæ Cardinali, & Episcopo Prænestino, ipsiusque Ecclesiæ Ferrarien. Administratori, illiusque prò tempore existenti Præsuli, ut ipse ad nullum Provinciale, præterquàm Romanum Concilium evocari possit, & valeat, ità quòd non nisì ad Romanum Concilium hujusmodi accedere teneatur, eâdem Apostolicâ Auctoritate, cum hoc tamèn quòd idem Thomas Cardinalis, & Episcopus Prænestinus absquè aliâ sibi de Ecclesiâ Ferrarien præfatâ in administrationem de novo faciendâ concessione in ejusdem Ferrarien. Ecclesiæ Administratorem præfect s esse intelligatur, & existat, concedimus, & indulgemus; Dictoque Thomæ Cardinali, & Episcopo Prænestino, ut ipse etiàmsi dictæ Ecclesiæ Ferrarien. Administrator existat, nihilominùs, ac si illi verè præesset Pallium Archiepiscopale ratione dictæ Ecclesiæ Ferrarien à Nobis petere, illoque liberè uti, Crucemque deferre liberè, & licitè valeat licentiam desupèr impartimur, & facultatem, præsentes quoquè Litteras, & in eis contenta, nullo unquàm tempore etiàm ex eo quòd Causæ proptèr quas hæc omnia facta fuerunt, examinatæ, verificatæ, & approbatæ, & quicunque in eis interesse habentes, ad id vocati non fuerint, nec præmissis consenserint, sive aliàs ex quibuscunque Causis legitimis, & veridicis de Subreptionis, & Obreptionis,

aùt

aùt nullitatis vitio, seù intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, & retractari, in Jus, vel controversiam revocari, ad terminos Juris reduci, vel adversùs illa quodcunque Juris, facti, vel gratiæ remedium, etiàm aperitionis oris impetrari posse, nec sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aùt aliis contrariis dispositionibus per Nos, seù Romanos Pontifices Successores nostros sub quibusvis verborum expressionibus, & formis, etiàm motu, scientiâ, & potestatis plenitudine similibus prò tempore factis comprehendi, sed tamquàm pro augumento divini Cultus concessa minimè comprehendi, sed sempèr ab illis excipi, & quotiès illæ emanabunt, totiès in pristinum, & eum, in quo anteà quomodolibet erant, statum restituta, reposita, & Plenariè reintegrata, ac de novo etiàm sùb quâcunque posteriori datâ per dictum Thomam Cardinalem, & Episcopum Prænestinum, & prò tempore existentem Ecclesiæ Ferrarien. Archiepiscopum quomodocunque eligenda concessa fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri debere, nec quemquam quatenùs opus sit ad easdem præsentes in Camerâ Nostrâ Apostolicâ juxtà Constitutionem rec. mem. Pii P. P. IV. paritèr Prædecessoris nostri desupèr editam, aut aliàs quandocunque præsentandum, insinuandum, & registrandum teneri, nequè illas propterea irritas, sed omninò valere, & suffragari perindè, ac si præfati Pii IV. Prædecessoris Constitutio hujusmodi minimè emanasset, sicque per quoscunque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiàm Causarum Palatii Apostolici Auditores, & prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiàm de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in quavis causâ, & instantiâ judicari, & definiri debere, & si secùs supèr his à quoquam quavis auctoritate scientèr, vèl ignorantèr contingerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus quatenùs opus sit nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ Regulâ de Jure quæsito non tollendo, nec non ejusdem rec. Clementis P. P. III., ac præfati Cœlestini III., nec non Innocentii III., ac Honorii quoquè III. Romanorum Pontificum etiàm Prædec. Nostr. supèr auctoritate, & usu Pallii editis, aliisque Constitutionibus Apostolicis, ejusdemque Ecclesiæ Ferrarien: etiàm juramento, Confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, & privilegiis quoquè, indultis, & Litteris Apostolicis eidem Ecclesiæ Ferrarien:, illius-



ALMI FERRARIENSIS
GYMNASIJ HISTORIA.
PARS SECUNDA.
LIBER PRIMUS.



OANNES BRASAVOLA Ferrarienſis, præclariſſimus Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor in Bononienſi Univerſitate inſtitutus: Hìc, qui Lectorum celeberrimi Ferrarienſis Lycei antiquiſſimus eſt, in eo enìm docuit vix Bononiâ Ferrariam translato, apùd Fridericum II. Imperatorem, & Amadeum III. Sabaudiæ Comitem magno in pretio fuit. Meritò autèm princeps locus, in hac ſecundâ Hiſtoriæ noſtræ parte Viro huic obtigit, cujus præclaro è Genere tot Lectores præſtantiſſimi ſuo loco memorandi prodiére. De Joanne noſtro mentio eſt apùd Cl. V. Hieronymum Baruffaldi, *Commentario Hiſtorico-Erudito, ſopra l' Inſcrizione fatta ad Antonio Muſa Braſavola, §. 2. Delli Uomini Illuſtri in Lettere.*

A PE-

PETRUS de Tauxiniano Medicinam Bononiæ primò, Ferra-
1309 riæ deindè, anno scilicèt 1309. publicè docuit, adeòque meden-
di Artem calluisse dicitur, ut eùm nobilissimi Europæ Principes
plurimì fecerint. Scripsit *De Medicamentorum formulis*: *De Balneis*: *De regimine sanitatis*: *Tabulas in Aristotelis Problemata*, & *alia*: Ità Georgius Vivianus Marchesi, *in Monument. Illustr. Virorum Galliæ Togatæ*, *lib.* 2. *cap.* 4., ac Antonius Bumaldi, *in Bibliothecâ*, *pag.* 169.

MARCUS LEO Scotus ex Illustrissimâ Comitum Kingorniæ Familiâ Juris Interpres celeberrimus: Eum Galliis, Germaniâque peragratis in Italiam venisse, & in Almâ Ferrariensi Academiâ nostrâ Jus Civile fuisse interpretatum, tradit Thomas Dempster Scotus, *in suâ Scotorum Historiâ Ecclesiasticâ*, *libr.* 11. *ad*
1312 *num.* 806. Docebat autèm Ferrariæ Leo anno 1312., ut refert citatus Auctor, hæc à Præfatione solemni, à Petro Geri Aretino Lectore quondàm Juris Civilis Primario Ferrariæ habitâ mutuatus. Scripsit Leo *De Testamentis libr.* 1. *De Re militari libr.* 1. & *De Offitio Magistratuum libr.* 4.

ODDO CANALI Ferrariensis magni nominis Jurisconsultus, quemadmodùm ex Consultationibus, Lecturis, idque genus aliis, quæ adhùc extant, videre est: Sed & prò Raynaldo Marchione Estensi, cujus à Consiliis erat, Ticinum ad solemnia nobilissimorum Principum Comitia Orator accessit, reque ex sententiâ gestâ in Patriam rediit, ubì tandem morte interceptus in D. Andreæ Templo tumulatus est. Marcus Antonius Guarini *Compendio Historico delle Chiese di Ferrara*, *libr.* 5., & Abbas Antonius Libanori *Ferrara d'Oro*, *part.* 3 *pag.* 215.

ALBERTINUS de S. PETRO Cremonensis Medicinæ, & Philosophiæ Doctor insignis, qui publico conductus stipendio,
1336 circà annum 1336. in Ferrariensi Universitate docens plenissimam apùd Estenses gratiam promeruit. Opera ab eo vulgata sunt: *De causis Caloris libr.* 3. *De Philosophiâ Morali*: *An Medicina sit Ars*, *vel Scientia*. Cùm tandèm Cremonæ obiisset, in D. Martini Ecclesiâ tumulatus est; hujusmodi cùm Epitafio.

Albertinus de S. Petro Physicus doctissimus, Civisque Cremonæ, vitâ incomparabili, qui obiit, non sinè lacrymis totiùs Civitatis Anno MCCCLIII., *ætatis suæ ann.* LXVII. *hìc requiescit in pace*.

Re-

Refert Franciſcus Ariſi *in ſuâ Cremonâ Litteratâ*, *Tom.* 1. *ad ann.* 1336.

BONALBERGUS de BONFADO Ferrarienſis Cathedralis noſtræ Canonicus, in hàc Univerſitate Decretorum, & Juris Civilis Doctor eximius: Deceſſit Ferrariæ anno 1345., ejuſque Cor- 1345
pus in magnâ albi marmoris Arcâ columnis quatuor innixâ, in Cathedrali eâdem ſepultum eſt: Arcæ pars anterior, ſculptorio opere Bonalbergum ex Cathedrâ adſtantes Diſcipulos erudientem exhibet, circâ Arcam verò legitur Inſcriptio hujuſmodi.

Hic jacet D. Bonalbergus de Bonfado, Canonicus Ferrariæ, Doctor Decretorum, & in Jure Civili peritus, & obiit anno 1345. *die* 5. *exeunte Madio, & hanc Capellam fecit conſtrui, & dotavit, cujus Anima requieſcat in pace.*

Capella, de quâ in Epitaphio DD. Laurentio, & Magdalenæ erat dicata, & hanc propè Arca erecta fuerat, ibidèmque conſtitit uſquè ad annum 1680., quo, Fontis Baptiſmatis transferendi gratiâ, Bonalberghi Cadaver integrum, incorruptumque ab eâ extractum, humi eodem loci mandatum eſt; Arca verò indè amota nùnc in Chartuſianorum Cœnobio ad alium uſum ſervatur.

PETROCCINUS CASALESCHI Ferrarienſis intèr Juris Interpretes, Theologoſque celeberrimus: Jura in primariâ Patriæ Univerſitatis Cathedrâ profeſſus eſt, donèc Mundi tædio affectus, Deo, in florentiſſimo tùnc temporis D. Bartholomei Ferrarienſi Cœnobio militavit: Adeò verò morum ſanctitate, ac doctrinæ robore emicuit, ut eum ex Monaco ad Torcellanum Epiſcopatum Clemens VI., ad Archiepiſcopatum Ravennatenſem Innocentius VI. evexerint: Multùm etiàm Eloquentiâ valuit; quinimmò ævi ſui Oratores quoſcumquè appoſitè dicendo, ſuperaſſe dicitur, quapropter Oratoris Magni, Doctoriſque profundi titulo à Paulo Sgordila fuit decoratus. Deceſſit in ſuâ Metropolitanâ Eccleſiâ anno 1369., ibidèmque ſepulchro mandatus. 1369
Sgordila prædictus *in Continuat. Anonymi ad Appendic. Agnelli*, & Libanori *Ferrara d'Oro*, *part.* 1. *pag.* 38.

RAIMUNDUS CAVITELLI Cremonenſis Raimundinus etiàm appellatus, eximius Legum Interpres: Hìc publicè in Ti-

cinensi, Perusinâ, ac Ferrariensi Universitatibus docuit : Scripsit verò *De verborum obligat. libros quatuor* : *De Legali Studio adipiscendo libr.* 2. *De Feudis libr.* 1. Reliquit etiàm Volumina quædam *De celebrioribus Cremonæ Antiquitatibus* quibus posteà usus est Ludovicus Cavitelli Pronepos, in Annalium Cremonensium elu-
1362 cubratione. Ità Arisi, *Cremona Litterat.*, *Tom.* 1. *ad ann.* 1362. & Antonius Campi, *Histor. libr.* 3.

PETRUS BUONI Ferrariensis Legum Doctor, eas publicè in Gymnasio nostro interpretatus, itemqùe in Divinis, ac Humanis Litteris versatissimus. Annis maturioribus Cœnobiticum institutum in Monasterio D. Bartholomei amplexatus est, ut Deo tantùm, sibique viveret; sed cùm brevì ejusdem virtutis fama, Cœnobium egressa Orbem pervagasset, Bonifatium IX. impulit,
1396 ut eum Cymaclensi Insulâ decoraret die 12. Aprilis 1396.; ille autèm Animarum salutem sitiens Urbem totam, ac Diœcesim usqùe ad annum 1402., quo è terris sublatus est, sanctissimè moderavit. Abbas Ughelli *in Italiâ Sacrâ*, *Tom.* 2., & Libanori, *Ferrara d' Oro*, *part.* 1., & *Elogi delli Uomini Illustri della Badia di S. Bartolo*.

ALEXANDER CAVALLI Ferrariensis Legum Interpres egregius sùb Alberto Estense, meritòque ab eodem Lector Eminens appellatus. Lylius Gregorius Giraldi *Memor. fol.* 179., & Joannes Baptista Giraldi Cinthyus, *Elogii*.

BARTHOLOMEUS de SALICETO Bononiensis: Bononiensem appellamus Historicorum ferè omnium de eo loquentium auctoritati innixi; cæterùm Regii Lepidi Civitas illum sibi sequentibus argumentis vindicare contendit. Primum desumit ex Matriculâ Doctorum Urbis prædictæ ad annum 1390., pagina 5., in quâ Bartholomeus ipse descriptus cernitur. Secundum ex Historiâ Fulvii Azzari Regiensis, in Historico Compendio; Hujus autèm sunt verba: *Si ha per tradizione antica, esser nato nel Borgo di Saliceto, che è fuori della Porta di S. Stefano, e prese il Cognome dal detto luogo, come allora si costumava; mà quando non bastasse la testimonianza di molti, debbe valere la scrittura di suo pugno autentica, ed è la infrascritta: Fui ad videndum quosdam libros, quos Magnificus Dominus meus Otto de Terris Tizzani, & Castrinovi Testiorum Comes, & Reginæ Civitatis Patriæ meæ Domi-*

nus

nus &c. Hùc usquè Azzari; Tertium deniquè ex indè ducitur argumentum, quòd in expositione l. sancimus, §. finali, C. de donat. Bartholomeus ipse se Patriæ Regiensis alumnum asseruerit. Squadroni, *Fascicolo delle Lodi di Regio*: Hæc quanti facienda sint Lector videat; extrà aleam hoc positum, Bartholomeum Riccardi de Saliceto, qui anno 1360. in Bononiensi Gymnasio docuit ex Fratre Nepotem extitisse. Pancirol., *de claris Legum Interpretibus, lib.* 2. *cap.* 78. Legum studio operam dedit, cùmque maximi, ac acutissimi esset ingenii in eo profecit adeò, ut Bartolo, Baldoque vitâ functis supèr omnes Doctores principem locum obtinuerit: Joannes Baptista Pigna, *Geneolog. de' Principi Estensi, lib.* 5. Sed in tantâ Legum peritiâ animum turbarum cupidum moderari minimè valens gravissimas sibi erumnas comparavit. Tradunt, qui cùm eo mitiùs agendum putant, Bartholomeum anno 1373. factiosorum armis Bononiâ expulsum Patavium contendisse, ibìque sùb Francisco II. Carrara Urbis ejusdem Principe Jus Civile interpretasse; Alii verò ipsum inibì tamquàm factiosorum caput relegatum, in suburbiis, cùm in Urbe prohiberetur legisse: Addunt eundem amicorum ope Bononiæ deindè restitutum, sèd paulò pòst ob Guelphorum, Ghibellinorumque discordias ab eâ iterùm ejectum se Ferrariam recepisse. At semèl tantùm Bononiâ ipsum, & suâ quidèm spontè exulasse auctor est Pompejus Vizzani, *Histor. di Bologna, lib.* 5. causamque fuisse memorat, quòd unà cùm aliis de Bononiâ Joanni Galeatio Visconti tradendâ conspirasset, sèd re detectâ, proditionis auctores alii pecuniâ, capite alii mulctati sunt, Bartholomeo autèm ob eximiam doctrinam venia criminis elargita; Ille verò cùm se imposterùm apud Bononienses minori in pretio futurum vereretur, anno 1389. Ferrariam venit, ac in eâ Domicilium constituit. Viri scientiam admiratus Albertus Estensis 1389
Marchio statìm intèr familiares habuit; deindè cùm Apostolicâ Bonifatii IX. auctoritate Publicum Scientiarum omnium Gymnasium Ferrariæ restaurasset, Bartholomeo primariam Juris Civilis Cathedram contulit; in eâ igitùr mirâ Discipulorum frequentiâ vir omnium Doctissimus se diù exercuit, donèc senio, laboribusque confectus Bononiam rediit, ibidèmque die 28. Decembris anni 1412. animam efflavit. Præclarissima ingenii sui monumenta *Commentaria*, scilicèt *in Justiniani Codicem* reliquit, discipulosque quamplures in Legali scientiâ optimè eruditos, quos intèr Raphael Fulgosi, & Jacobus Alvarotti enumerantur. Fa-

miliam ſuam in Civitate noſtrâ Bartholomeum ſtatuiſſe ex eo didicimus, quòd Bartholomeus alter de Saliceto, ſenioris fortaſsè Filius, vèl ex Fratre Nepos intèr Ferrarienſes Cives deſcriptus habeatur, ut cernere eſt in Decreto per Sapientes Magiſtratus edito die 17. Januarii 1442., quod in primâ Operis parte exaratum dedimus. Senioris autèm Bartholomei corpus Bononiæ in primo Cœnobii D. Dominici clauſtro depoſitum eſt, hujuſmodi cùm Epitaphio.

Hoc tumulo legalis apex, dulciſſimus ore,
Et Patriæ lux Alma ſuæ, pietatis amator,
Juſtitiæque ſacræ clypeus, baculuſque cadentum,
Qui juvenis, multoque etiàm venerabilis ævo
Edocuit, ſuperavit eum nec pœna laboris
Scribendo, & paritèr Juris nucleando tenebras,
De Saliceto requieſcit Bartholomeus.
Obiit 1412. *die* 28. *Menſis Decembris.*
Opus Andreæ de Feſulis.

EGIDIOLUS CAVITELLI Cremonenſis, Egidiolus, ſeù Ziliolus, vèl ut malunt aliqui Gelliolus ex Nobili Cavitelli familiâ Cremonenſe ortus, magnum ſibi legali Studio, quod profeſſus eſt apùd eruditos nomen comparavit, ità ut ne dùm intèr Patriæ Decuriones aſſumptus, verùm etiàm à celebrioribus Civitatibus publicè docendi gratiâ fuerit expetitus. In Peruſino itaquè, ac Patavino Gymnaſiis Jus Civile expoſuit, teſte Joſeph Breſſiani, in Libro, cui titulus *Colleggio de' Dottori di Cremona*, *pag.* 25. Ferrariam deindè ab Alberto Marchione accerſitus unà cùm Bartholomeo de Saliceto Lector Gymnaſii conſtitutus diù erudiendæ juventuti operam ſtrenuè impendit: Sardi, *Hiſtor. di Ferrara*, *lib.* 6. *in fine*. Urbis noſtræ, aliarumque Italiæ Statuta reformaſſe dicitur, tantæque fuiſſe auctoritatis, ut ejuſdem in Jure reſponſis, atquè ſententiis Baldus ipſe ſubſcripſerit. Marcus Hieronymus Vida, *in Oration. adversùs Papienſes*, *act.* 2., & Ludovicus Cavitelli, *Annali di Cremona*, *all' anno* 1419. Obiit tandèm in Patriâ die 20. Martii 1419., ejuſque corpus in Sacrario Ecclesiæ D. Bartholomei Carmelitarum tumulatum eſt. Singularia in Jure elocubravit nempè: *Libros quatuor de Fideicommiſſis*: *Tractatum de Legitimatione*: *Libros duos de Dato in ſolutum*: *Notabiliora ſingularia in Text.*, & *Gloſſ. ſupèr tit. ff. ſoluto Matrimonio*:

nio: *Consilia*, *&* *alia*. In hujùs viri Encomiis sunt etiàm Angelus Baronio, *de Cremonæ laudibus*, & Alexander Camo, *in Somnio*, *cant.* 2. *stroph.* 9., & alii.

PETRUS de ANCHARANO Bononiensis celeberrimus Juris Interpres Baldi Auditor fuit, præsertìm verò in Jure Pontificio excelluit, itaùt summæ ejus auctoritati Judices plurimùm deferre soleant, utpotè ejus, qui meritò Veridicus Legum Interpres, & Lumen Juris fuit appellatus. Docuit in Universitatibus Bononiæ, Patavii, Senarum, & Ferrariæ sùb Alberto, & deindè sùb Nicolao IV. Estensibus: Scripsit verò *In Decretalem*: *In Sextum*: *In Clementinas*, & alia. Tandèm Bononiæ Collegio studiosorum, de Ancharano nuncupato erecto, in Urbe eadem decessit anno 1415., atquè in Templo D. Dominici tumulatus 1415
est. Pancirol. *de Clar. Legum Interpret.*, *libr.* 3. *cap.* 26., & Joannes Baptista Pigna, *Historia dei Principi d'Este*, *libr.* 5. *fol. m.* 358.

JACOBUS PIGNA Ferrariensis sùb Alberto Estense Marchione floruit hic recolendi nominis Jurisconsultus, qui in Patrio Lyceo Juris Pontificii Doctor fuit. Pancirol., *de clar. Legum Interpret. lib.* 2. *cap.* 78.

JOANNES PLEONE Ariminensis Juris Interpres insignis, quem Ferrariæ primò circà Alberti Estensis tempora, unà cùm Benedicto à Plumbino, Patavii deindè publicè professum fuisse affirmat Pancirol., *de clar. Leg. Interpr. lib.* 2. *cap.* 57.

BENEDICTUS BARGI à Plumbino: Is Baldum in Legali facultate institutorem habuit, dignusque tanto Præceptore discipulus ad legendum Pisis, Senis, Florentiæ, Ticini, Perusii, Bononiæ, Patavii, nèc non Ferrariæ, unà cùm Joanne Pleone, ut suprà vidimus conductus est. Obiit Patavii anno 1410. pridiè 1410
Idus Martii, ibidèmque in Heremitanorum Templo tumulatus, his carminibus Sepulchro additis.

Corpus humo, Cœlo Animam, famamque dedisti,
Laudibus, & Legum Benedicte Monarca fuisti,
Nominis effectu radians Virtutis imago,
Pisanus Civis, Plumbini clara propago;

A 4 *Omni-*

Omnibus Italiæ Studiis tua Lectio fulsit
Publica; dùm legis hìc tibi te Libitina revulsit.
Martia tùnc Orbi lux bis septena nitebat.
Mille quatercentum bis quinque annosque movebat.
Pancirol., *in Opere aliàs laudato, libr.* 2. *cap.* 57., & 77.

CATÀLANUS BELLINCINI Mutinensis Legum Doctor praeclarissimus, quem Nicolaus Estensis in exordio Sæculi XV. Mutinâ Ferrariam accersivit, eidemque digniora Civitatis munera demandavit: In Universitate nostrâ docuisse etiàm verisimile est, non certò asserimus, cùm horum temporum Rotulos non habeamus. De Viro hoc meritissimo fusiùs scribit Ludovicus Vedriani, *Dottori Modonesi, fol. m.* 60.

JACOBUS de FULCHIS de Florentiâ Jurisconsultus eximius,
1392 qui anno 1392., Alberto Estense imperante, unà cùm Bartholomeo de Saliceto, Giliolo Cavitelli, ac infrascriptis Gerardo della Fratta, Joanne de Calaone, Petro de Casellis, & Antonio Montecatino consuluit in dubbio excitato circà Rubricam Statutorum Ferrariæ, *De modo, & formâ concessionum Usuum Rerum Ecclesiasticarum*, ut ex Jacobi nostri, cæterorumque subscriptionibus apparet in antiquâ Editione Statutorum prædictorum Ferrariæ factâ anno 1476., *libr.* 3. *ad Rubric. eamdem*. Fulchium, ac alios quatuor subscribentes infrascriptos, vèl sùb Alberto, vèl sub Nicolao Estensibus Studii nostri Lectores fuisse probabile est, Rotulos tamèn, vèl Scriptores non habemus, undè intrepidè possimus asserere; viros equidèm consultissimos, dignissimosque publicè in Gymnasio profitendi ea ostendit ratio, quòd unà cùm doctissimis Saliceto, & Cavitelli consulere digni sint habiti.

GERARDUS della FRATTA Ferrariensis Legum Proffessor insignis, qui Rubricæ prædictæ subscripsit. Hìc, anno à nece
1393 Thomæ de Terdonâ Sapientum Judicis octavo, nempè 1393. ad eamdem Dignitatem assumptus est, Patriæque præfuit usquè ad annum 1397., ut patet ex Ferrariæ Annalibus.

JOANNES de CALAONE Patavinus Legum Doctor præclarus, in dubbio Rubricæ prædictæ consultus.

PE-

PETRUS CASELLA Ferrarienſis ipſe etiàm Juris Doctor inſignis, ac Rubricæ memoratæ ſubſcriptus.

ANTONIUS MONTECATINO Ferrarienſis Sanguinis nobilitate, Legumque peritiâ clariſſimus: Alberti Eſtenſis Ferrariæ Domini à Conſiliis fuit, ejuſdemque Curiæ Judex, talemque ſe dicit in ſubſcriptione pluriès memoratæ Rubricæ. Laudatur ab Ab. Antonio Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 42.

GERARDUS ANGIARI Ferrarienſis inſignis Juriſconſultus, ſub Nicolao Eſtenſe Univerſitatis noſtræ Lector Primarius; Multis etiàm prò Nicolao prædicto ad Principes Legationibus egregiè functus eſt. Joannes Contrari, *Annali*, *fol.* 215.

ANTONIUS de BUTRIO Bononienſis ſummæ Legum peritiæ morum integritatem copulavit adeò, ut cùm conſulenti cuidam, re minùs acuratè perpensâ contrà Juris præcepta reſpondiſſet, errore agnito conſulentem ipſum, tamquàm aliquid conſilio additurus confeſtìm revocaverit, reſtitutoque honorario hortatus fuerit ad tranſigendum: Dignum ingenuæ probitatis exemplum, ac ab omnibus Legum Profeſſoribus imitandum! Bononiæ primò docuit Antonius, Ferrariæ poſtmodùm sùb Alberti, ac Nicolai Marchionum Eſtenſium Principatu; In Patriam deindè reverſùs doctiſſima *in Jus Pontifitium Commentaria* edidit, itèm *Reſponſa*, *duoſque Indices*, *Juris Pontificii* ſcilicèt, *ac Civilis*; his tamèn in operibus obſcuritas minor, ordo melior ab eruditis deſiderantur. Bononiæ fato ceſſit tertio Idus Octobris 1408., tu- 1408
mulatuſque eſt in Peryſtilio S. Michaelis in Nemore extrà Urbem. Ità Pancirol. *lib.* 3. *cap.* 27.

JACOBUS GAMBILIONI Aretinus Juris utriuſque interpres inſignis, Angeli pater., primuſque Familiæ ſuæ intèr nos auctor: Variis Ferrariæ Magiſtratibus egregiè functus eſt, illumque etiàm in Gymnaſio noſtro docuiſſe credimus, certò autèm affirmare minimè audemus Rotulorum præſidio in hoc tempus deſtituti: Floruit circâ Nicolai IV. Eſtenſis tempora, Ferrariæque obiit, ac in Templo D. Andreæ tumulatus eſt, in ſepulchro, cui multò poſt Uxor, ac filii Epitaphium quod ſequitur incidi curarunt.

D. O. M.

D. O. M.

Jac. Gambiliono Aretino, in Ferrarienf. Civit. adfcito J. C. Confultis honoratifs. Magiftratib. publicifque negotiis feliciter defuncto cum ætate mediâ religiofiffimè diem fuum obiiffet. Uxor cariffima, filiique addicbs .... hoc fepul. quod hæred. feq. pietatis ergò FF. MDI.

ANGELUS UBALDI de Perufio, & ipfe J. Confultus celeberrimus Francifci Ubaldi Artium, & Medicinæ Doctoris filius, Baldique frater in Legali facultate à Jacobo Palliarenfe, Francifco Tigrini Pifano, ac demùm à Bartolo de Saxo Ferrato fuit eruditus, profecitque adeò (erat enim miro, ac divino ferè præditus ingenio), ut anno ætatis fuæ vigefimo cœperit in Foro patrocinari: Ejus itaquè in dies percrebrefcente famâ, in Patrio Gymnafio legit, deindè Romæ, Florentiæ, Patavii, & Ferrariæ, ad quam ab Alberto imperante fuerat accerfitus. Uno, eodèmque anno, nempè 1404. quo Baldus frater ipfe etiàm Florentiæ deceffit, ejufque corpus in Patriam delatum apùd Majores fuos tumulatum eft, in Æde D. Francifci. Præclariffima Angelus *in Jus Civile Commentaria* elocubravit, *Refponforum Volumen*, *Quæftiones de Sequeftro*, ac *Opufcula varia*, in quibus fumma ejufdem ingenii vis elucefcit. Veritatem autèm, ac æquitatem fempèr fectatus eft, tutique adeò juditii fuit, ut Doctor Judicum, nèc injuriâ quidèm fuerit nuncupatus. Admodùm etiàm in Judiciali telâ contexendâ valuit, quapropter Patris Practicæ denominationem obtinuiffe dicit Pancirol. *de clar. Leg. Interpr. lib. 2. cap.* 70., & 71.

1404

FRANCISCUS PORCELLINI Patavinus Legum Doctor eximius, qui Jus utrumque in Patriâ primò, deindè Ferrariæ, tandèm in Patriâ iterùm, in quâ anno 1453. deceffit, magnâ fuit cùm laude publicè interpretatus: Paulum de Caftro, ac Bartholomeum Cipolla in Lecturâ collegas, Baptiftam S. Biagio, & Francifcum Condulmieri Cardinalem Eugenii IV. nepotem Difcipulos habuiffe fcribit eruditiffimus Papadopoli, *in Hiftoriâ Gymnafii Patavini*, *Tom. 2. libr. 3. cap. 9.* Quo precisè tempore in Studio noftro Porcellini docuerit idem Papadopoli minimè defignat, nos tamèn id Nicolao IV. Eftenfe imperante acciditte putamus: Ex Porcellini Operibus hæc edita habemus, ut refert citatus Auctor, fcilicèt: *Volumen Repetitionum*, *ac Refponforum*: *Tractatum de duobus Fratribus*: *De ratione conficiendi Inventarii*

1453

tarii, ſcripſit etiàm *In Rubrìcas omnes Juris Canonici*, *quæ veſperì explicantur*, & *Commentariorum libros duos*, *in Rubr. ff. ſoluto Matrimonio*, *& de Verb. obligat.*

THOMAS PERONDOLI Ferrarienſis Nobiliſſimo ortus genere Florentiâ à Majoribus ſuis Ferrariam translato ſanguinis ſplendorem Scientiarum, Legalis præſertìm, ac Divinæ ornamentis ingeminavit: Sùb Nicolao Eſtenſi Ferrariæ Principe, cui charus admodùm fuit, in Gymnaſio noſtro Jura publicè docuit, donèc meritorum promovente copiâ Ravennatenſi Archiepiſcopali ornatus eſt Thiarâ die 2. Januarii anni 1411. Sedem autèm digniſſimè implevit uſquè ad annum 1445., quo Ferrariæ decedens in antiquo D. Dominici Templo ſupèr Sacrarii januâ, in pulcherrimâ arcâ marmoreâ conditus fuit, his Arcæ inciſis carminibus.

Antiſtes celebris, gravis, & fons Juris obivit
Egregiâ de Stirpe ſatus Perondola Thomas,
Quem Domus alta tulit, qui Florentina propago
Extitit, & Præſul Ravennæ præſtitit almæ:
Italiæ ſplendor, decus & memorabile ſæclis
Defuit, & celſi non infima gloria Cleri.
Obiit autèm XIII. *Kalend. Novembris* MCCCCXLV.

Marcus Antonius Guarini, *Chieſe di Ferrara*, *libr.* 3. Hieronym. Fabri, *Sacre memor. di Ravenna antica*, *part.* 2., Libanori, *Ferrara d' Oro*, *part.* 1. *pag.* 39., *& part.* 3. *pag.* 238., Ferdinandus Ughelli, *Italia Sacra*, *Tom.* 2., & Auguſtinus Superbi, *Apparato delli Uomini Illuſtri di Ferrara*, *part.* 1. *fol.* 13., ubi aſſerit, Thomam noſtrum conſcripſiſſe librum, cui titulus *Pomerio Ravennatenſe*, illumque in Vaticanâ Bibliothecâ ſervari.

SCIPIO MAINENTI Ferrarienſis Juris Utriuſque Doctor egregius, Sacrorum præſertìm Canonum in Patriâ Univerſitate Lector, antequàm Mutinæ Epiſcopatum conſequeretur, quòd contigit anno 1436. Œcumenico Ferrarienſi Concilio per Eugenium Pontificem indicto, cùm Sapientiſſimus eſſet interfuit, eoque Florentiam translato, illùc donèc perficeretur cæteris cum Patribus conceſſit; dùm autèm re confectâ itèr Mutinam versùs inſtituiſſet, Ferrariam primò venit, ut ſuos inviſeret, ubì graviſſimo

ſimo correptus morbo animam Deo reddidit anno 1444. Ejuſdem Corpus in Templo Divi Franciſci ſepultum eſt, hujuſmodi cum Elogio.

Scipioni Mainenti homini doctiſſimo, prudenti, optimo, & viro rariſſimo, qui fuit Epiſcopus Mutinenſis, Plebi gratiſſimus, ob ejus merita, & heu, ſi diutiùs vixiſſet noſtræ Civitatis decus: Fratres pientiſſimi hoc monumentum poſuere.

Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 1. *num.* 59., & Guarini, *Chieſe di Ferrara*, *libr.* 3.

LAURENTIUS ROVERELLA Ferrarienſis avorum ſanguine, ſcientiarum ornatu, morumque Sanctimoniâ commendatus: Theologiam, Philoſophiam, Liberales artes, ac omne eruditionis genus optimè calluit, & in Ferrarienſi, Patavinâque Univerſitatibus primò, deindè in Pariſienſi, magnò conductus honorario publicè docuit. E Galliâ verò Nicolai V. Papæ juſſu Romam accitus ad Pannonios Apoſtolicæ Sedis Nuncius miſſus eſt, à Pio II. die 9. Aprilis 1460. Ferrarienſi Infulâ ornatus, à Paulo II. ad Germanos, Bohemoſque Orator delegatus, injunctâ ſibi munera, prò Romanæ Eccleſiæ dignitate ſapientiſſimè obivit: Tandèm vitæ curſum Ferrariæ conſumavit anno 1476., ejuſque corpus ad Templum Divi Georgii extrà muros delatum, in Sacello majore ad Evangelii cornu ſepultum eſt: Arca autèm, quâ conditur, ex alabaſtro elegantèr ſculpto confecta, ſupèr quâ Laurentii imago Pontificalibus induta veſtibus jacere conſpicitur: Sed & Arcæ, quæ ſequuntur inciſa ſunt carmina ab immortali Vate Ferrarienſe Tito Strozza in defuncti elogium elaborata: Hæc autèm ſunt

Tu decus Urbis eras, magnæ ſolertia mentis,
Laurenti ad magnas res tibi fecit iter.
Nèc contenta fuit Latiis tua gloria terris,
Sed toto nomen claruit orbe tuum.
Romanus quaſcumque plagas te Paſtor adire
Juſſit, ubique tibi dextera fama fuit.
Gallia te ſtudiis florentem vidit, & omne
Offitium grato præſtitit obſequio.

Te

Te noverat ferox Germania, norat Hyberus
Quid tibi consilii, justitiæque foret;
Te Duce Pannonii sævos fregère Bohemos,
Bellaque prò sanctâ sunt tibi gesta Fide;
Amisso testis Ferraria Præsule luget,
Mœsta suum deflet Stirps Roverella Patrem.
Hanc Fratrum in Patriam curâ translata tuorum,
Hoc tua sùb tumulo clausimus Ossa: Vale.

De Roverellâ nostro mentio est apùd Marcum Ant. Guarini, *Compend. Historic. delle Chiese di Ferrar. libr.* 6. Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 1. *fol.* 61., *&* *part.* 2. *fol.* 98., Ughelli, *Ital. Sacr. tom.* 2., & Nicolaum Comneno Papadopoli, *in suâ eruditissimâ Gymnasii Patavini Historiâ, tom.* 1. *libr.* 3. *sect.* 2. *cap.* 5., qui Laurentium nostrum *In Libros Aristotelis, de interpret. Priorum, & Posteriorum: De Cœlo, & Mundo: Commentarium insigne in Dialogos Platonis De Republicâ*, & *In Libros Aristotelis Politicorum* scripsisse tradit.

JOANNES NICOLETTI Imolensis: Umili hìc ortus genere, at clarissimus Juris Interpres, Perusii ab Angelo Ubaldi, Bononiæ à Francisco Ramponi, & Benedicto de Plumbino Jus Civile, Canonicum verò ab Antonio de Butrio, & Petro de Ancharano edoctus est: Per Nicolaum IV. Estensem Patavio, ubì publicè profitebatur, ad docendum in Gymnasio nostro accitus anno 1402., & tercentum Patavinæ Universitatis Discipuli eum secuti sunt, sexcentum Bononiâ advenére, adeoùt Bononiense Lyceum Auditoribus penè fuerit destitutum, tanta erat Nicoletti fama, ac in Discipulis instituendis peritia, si Nicolao Comneno Papadopoli, aliisque credimus ab eo citatis, *in suâ Gymnasii Patavini Historiâ, libr.* 3. *sect.* 1. *cap.* 7. Optimos, dùm Ferrariæ doceret, Nicoletti Discipulos erudivit, præsertìm Alexandrum Tartagni, Marianum Soccini, & Angelum Aretino. *Commentariis in Jus utrumque, Responsisque* conscriptis Bononiæ decessit 12. Kalend. Martias anni 1436., ac in Templo D. Dominici est tumulatus. Pancirol. *lib.* 2. *cap.* 88., & Gaspar Sardi, *Historia di Ferrara, libr.* 6. *in fine*. 1402

JOANNES FINOTI cujus Patriæ, quibusvè fuerit addictus studiis asserere nequimus; hoc certum est, illum tempore Nicolai

colai IV. Estensis Bononiense Studium, in quo docebat deseruisse, ac ad legendum in Universitate nostrâ, cum Discipulis multis, quos Bononiæ habebat se contulisse: Publicum Civitatis Ferrariæ Decretum superindè editum in Primâ Historiæ Parte dedimus; in eo autèm Finoti *Famosus Doctor* appellatur.

JACOBUS ZOCCHI Ferrariensis Juris Pontificii Interpres eximius, sub Nicolai IV. Estensis imperio in nostrâ docuit Universitate, deindè in Patavinâ, ad quam circà annum 1440. fuit conductus. Scripsit *De Jejunio*: *In* 1., *&* 2. *Decretalium*: *In* 4. *Decretal. In cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi: In cap. omnis, de pœnitent.*, *& remission.* 5. *Decretal. In cap. cùm cognoscamus de Constitut.*, & alia, quorum haud pauca impressa cernuntur *in Voluminibus Repetitionum in Jure Canon.*, *impress. Venetiis apùd Juntas anno* 1587. In Choro Templi Veteris D. Justinæ Patavii Subsellia, in quibus Monachi psallentes degunt Jacobus noster ære proprio construi curavit: Tandèm Patavii obiit circà annum 1461., ac in Sacello, quod sibi vivens paraverat conditus est: Ejus autèm imago marmorea tumulo superimposita, brevi hac additâ inscriptione: *Jacobus Zocchus Excellentissimus Legum Doctor*. Curtius Senior, *in Conf.* 73. *n.* 6. vult Jacobum nostrum Præpositurâ D. Ambrosii Mediolanensis Urbis, deindè Infulâ Alexandrinæ Ecclesiæ fuisse insignitum. Pancirol. sæpè laudatus, *lib.* 3. *cap.* 23. Wolfangus Freymonio, *de Scriptor. Utriusque Juris*, *pag. m.* 23. 24. 44. 45., *ac alibi*, & Papadopoli, *Histor. Gymnas. Patavin. Tom.* 1. *libr.* 3. *sect.* 1. *cap.* 9.

ALBERTUS CARRARA Ferrariensis insignis Legum Doctor, Nicolao IV. Estense imperante, in celeberrimo Lyceo nostro Jura interpretatus, pluribusque prò Nicolao prædicto legationibus optimè functus. Joannes Baptista Giraldi Cinthyus, *Elogi*, *fol.* 63., & Bonaventura Angeli, *Huomini Illustri*, *fol.* 139.

JOANNES PAULUS CASTELLI Ferrariensis Philosophiæ, ac Medicinæ Professor insignis: Docuit in Gymnasio nostro sub prædicto Nicolao Estense. Ugo Calefini, *Fasti dei Nobili di Corte di Nicolò, e di Leonello Estensi*.

BONIFATIUS BENZI Senensis, Orator, ac Poeta præclarissimus in Lyceo Ferrariense Lector fuit, sub Leonello Estensi Fer-

Ferrariæ Domino. Jo: Baptista Giraldi, *Annali*, *fol.* 179., & Bonaventura Angeli, *Huomini illustri*, *fol.* 62.

BARTHOLOMEUS ERCOLANI Faventinus, Nicolai Juris Consulti Joannæ Pannoniorum Reginæ Consiliarii filius fuit, Legum & ipse Sectator, quibus amplissimam famam adeptus est. Ex Bombaci Bononiensis Historiâ illum in Ferrariensi Gymnasio legisse deprehenditur, quòd Nicolai Estensis constante imperio accidisse existimamus; scribit enìm citatus Auctor, Bartholomeum Bononiam reversum à Borsio Marchione Estense ad docendum Ferrariæ iterùm fuisse invitatum, sed à Bononiensibus, sub confiscationis Bonorum pœnâ, quò minùs ad nos reverteretur, impeditum. Bombaci *Histor. di Bologna*, *all' anno* 1459. Sed Ercolani ipse se Ferrariæ docuisse apertè fatetur in subscriptione *Consil.* 14. *impress. in Tomo* 2. *Consiliorum Criminal.*, *Collect. per Joannem Baptistam Ziletti*, ubì

Et ità dico, & consulo Ego Bartholomeus Herculanus J. U. D., ad præsens Jura Civilia legens Ferrariæ.

LUDOVICUS SARDI Ferrariensis Juris Interpres, Philosophus, ac Poeta celeberrimus: Hunc Leges in Lyceo nostro legisse credimus, quemadmodùm certò certiùs Bononiæ fecit; quòd autèm alibì, probabile est egisse etiàm in Patriâ suâ. Tractatus scripsit: *De Legitimatione Spuriorum*, & *De Concubinis*: Vidimus etiàm nonnulla Elegiaca ejusdem carmina, in copiosissimo Carminum Auctorum Variorum MS., penès D. Marchionem Herculem Bevilacqua, Equitem præclarissimum. Ferrariæ decessit Sardi, ejusque corpus in Sacello Capitulari Fratrum Conventualium D. Francisci sepultum est, cùm Elogio Gothicis caracteribus exarato, quod extat etiàm in hodiernam diem.

Qui Patriæ vivens famam supèr Astra tulisti,
Urbs orbata dolet tetro te occumbere Saxo,
Sarde Ludovicæ, Juris patrone, sacræque
Justitiæ cultor, callens arcana Sophiæ,
Musarumque decus, Phœbi dignate coronâ,
Utrâque Actæum sectans virtute Solonem.

Hic

Hic humatus est Ludovicus Sardus, Juris, & Justitiæ Consultus optimus Philosophiæ, Musarum, & omnis Humanitatis artibus insignitèr eruditus. Patriæ, Amicis, Bonis universis, domi, forìsque lugendus, excessit è vitâ III. *Idus Julii, Ann.* MCCCCXLV.

Epitaphium hoc elucubravit Guarinus Veronensis, illudque, tamquàm Guarini opus, registratum habemus in fine antiqui MS. Codicis *Delle Rime del Petrarca* apùd nos servati, qui anno 1452. scriptus est: Quoniàm verò, antè allatum Guarini Epitaphium, in eâdem Codicis paginâ, aliud per Bartholomeum Casoti Ferrariensem, in Sardi nostri laudem scriptum legitur, illud etiàm lectori sistimus.

Epitaphium Domini Ludovici de Sardis per D. Bartholomeum Casotum.

Defleat alma suum lacrymis Ferraria Civem;
Musarum regina fremat, sed frondea laurus
In gemitum prostrata ruat, comitesque bonorum
Eloquii genitrix, & magni nata Tonantis
Floribus accumulent laniatos undiquè crines,
Cùm Ludovicum Mors abstulit invida Sardum,
His studiis Legum nàm clarum Lumen ademit.

De Sardi nostro scribunt Guarini, *Chiese*, *libr.* 4. Pancirol. *lib.* 2. *cap.* 75. Augustinus Superbi Minorita, *Apparat. delli Huomini Illustr. di Ferrara, part.* 1. *fol.* 58., & Wolfang. Freymonio, *in Elench. Scriptor. Juris Utriusque pag. m.* 74.

UGOLINUS BONFRANCESCHI, alias de ARIMINO, Ariminensis Jurisconsultus doctissimus, cujus extat *Textus Criminalis*, magno apùd Doctores in pretio habitus: Decessit Ferrariæ, quam sibi Patriam adoptaverat, ejusque Ossa in D. Francisci Templo requiescunt. Guarini, *Chiese di Ferrara*, *libr.* 4.

1442 NICOLAUS de VARRO Ferrariensis: Cùm anno 1442. 17. Januarii Civitas Universitatem nostram reformare decrevisset, Reformatores sex electi, hosque intèr Nicolaus de Varro, ut patet ex Decreto in primâ hujus Historiæ Parte allato: Credimus Ni-

Nicolaum nostrum, nèc nòn Joannem Antonium dalla Torre, Urbanum de Rossetis, ac Jacobum de Novello Reformatores unà delectos, & de quibus mox, Studii nostri Lectores fuisse; antiquitùs enìm Reformatores è Lectorum Corpore assumebantur, ut in eâdem primâ Historiæ parte diximus. Cæterùm Varro Philosophi clarissimi titulo decoratur à Francisco Philelpho, in Epistolâ ad Flavium Biondo datâ VII. Kalend. Decembris 1450. Duæ quoquè Litteræ à Philelpho ad Varro nostrum scriptæ, quas omnes habemus in Volumine Epistolarum Auctoris prædicti.

JOANNES ANTONIUS dalla TORRE ex Alpibus Mutinensibus: Hunc unum ex Reformatoribus prædictis anno 1442. electis esse putamus, qui in Reformationis decreto *Episcopus Reginus* appellatur, nullâ Nominis, ac Cognominis mentione habitâ; tùnc temporis enìm Joannes Antonius Regii Lepidi Episcopatum tenebat, à quò anno 1444. ad Mutinensem, & tandèm anno 1463. ad Parmensem Infulam evectus est. Ughelli, *Italia Sacra*, *Tom.* 2., *de Episc. Regii Lepidi*. 1442

URBANUS de ROSSETIS Ferrariensis Reformator Studii nostri, anno 1442. die 17. Januarii, ut suprà electus. 1442

JACOBUS de NOVELLO Ferrariensis, ipse paritèr Studii Reformator, electus dictâ die 17. Januarii 1442., ut in Codice Publicorum Decretorum superiùs citato. 1442

MARTINUS LIBANORI Ferrariensis præclaro ortus sanguine, præclarioribus Scientiarum, virtutumque ornamentis animum excoluit: Legum Studia egregiè sectatus, quaproptèr digniores in Patriâ Universitate Cathedras consequi promeruit: Sed cùm Deo propiùs inserviendi desiderio teneretur, sacris initiatus est, mirumque Civibus probitatis exemplum præsetulit; ità ut Tito Novello Ferrariense, Adriæ Episcopo vitâ functo, eidem in Episcopatu successerit, anno 1472. Præsulatus tandèm optimè functus munere migravit ad Dominum anno 1484. Ughelli, *Italia Sacra*, *Tom.* 2., & Libanor. *Ferrara d'Oro*, *part.* 1. *pag.* 64.

MICHAEL SAVONAROLA Patavinus intèr Philosophos, ac Medicos doctissimus, Equitisque Hierosolymitani Cruce, ob

B fui

ſui generis Nobilitatem decoratus : Hunc Ferrarienſis Familiæ Savonarola Stipitem agnoſcimus, dùm enìm Eſtenſibus Principibus ; ac Univerſitati noſtræ inſerviret, Uxorem duxit, nequè enìm profeſſionem emiſerat, domumque intèr nos perennavit. Joannem Michaelem vocat Vander Linden, ac Antonii Cermiſoni diſcipulum, hæcque illum edidiſſe ſcribit, ſcilicèt *Practicam de Ægritudinibus : Practicam canonicam de Febribus : De Balneis Italiæ : De Arte conficiendi Acquam vitæ : Introductionem in Medicinam practicam* : Hæc ultrà conſcripſiſſe *Catalogum ſimplicium, & compoſitorum Medicamentorum : Canonica de Febribus : Summam de Pulſibus : De Urinis : De Egeſtionibus : De omnibus Balneis*, & *Tractatum de Vermibus*, tradit Superbi, *part.* 1. *fol.* 69. Itèm Librum italicò ſermone edidit *De Cibo, & Potu, & Speculum Phyſionomiæ*, quod è Latino in Græcum vertit Theodorus Gaza. Ferrariæ obiit Michael circà annum 1440., ejuſque corpus in D. Georgii Templo, extrà muros tumulatum eſt. Guarini, *Chieſe, libr.* 6., Libanor. *part.* 3. *fol.* 210. Papadopoli, *Tom.* 1. *libr.* 3. *ſect.* 2. *cap.* 4., & alii.

GUARINUS GUARINI Veronenſis: Fuit hic Vir omnium Sæculi XV. litteratiſſimus, Grammaticæ, Oratoriæ, ac linguæ utriuſque, Latinæ ſcilicèt, Græcæque peritiſſimus, Orbi univerſo notus : Juvenis adhùc in Græciam contendit, ut ſermonis illius elegantiàm ab ipſomet fonte hauriret, & Bizantii, quinquennio, ſi Enrico Stephano, ſeptennio, ſi Marco Antonio Guarini credimus, Emanuelem Criſolora doctorem habuit, cujùs etiàm Grammaticam in compendium redegit. Henricus Stephano, *in vitâ Emanuel. Criſolora, ab eo citat. in Dialog. da parùm fidis græcæ linguæ Magiſtris*, & Guarini, *Chieſe, libr.* 3. Deindè in Italiam reverſus, primus Italorum fuit, qui Græcam, in eâ linguam, undè jamdiù exulaverat, pleniſſimè reſtitueret : Hiacynthus Gimma, *Idea della Hiſtoria di Italia Letterata, tom.* 1. *cap.* 34. *num.* 6. Nec eo contentus Guarini, facilem quoquè addiſcendæ Latinæ Linguæ Metodum tradidit. Meritò igitùr illum Panvini Græcarum Litterarum in Italiâ primum, pòſt ruinam Romani Imperii, reſtitutorem, Magiſtrum ferè omnium, qui ſuâ ætate in Humanitatis Studio floruere Pius II., & de Litteratis quibuſcumque optimè meritum Leander Alberti appellarunt. Onuphr. Panvin. *de Veronenſ. doctrinâ illuſtr. pag.* 51. Eneas Sylvius, *in Commentar. lib.* 2. *pag.* 103., & *lib.* 3. *pag.* 228., & Leand.

Leand. Alberti, *Descrizione dell' Italia*. Veronæ, ac Venetiis cùm docuisset, eum Nicolaus Marchio Estensis anno 1436. Ferrariam accersivit, ut in Almo Gymnasio nostro Græcas, Lati- 1436
nasque litteras, nèc non Rhetoricæ præcepta doceret. *Registr. Decretorum Civitat. Ferrariæ anni* 1441. *signatum littera F., pag.* 32. Ad eum autèm audiendum ingentem Discipulorum multitudinem sempèr convenisse scribit Bergomensis, *in suo Supplement. Chronicorum, lib.* 15. Hoc verò Civitati nostræ plurimùm profuit; in eâ etenìm muneribus, honoribusque obstrictus, clarissimæ Guarini Familiæ, sapientissimorum hominum matris initium fuit. Dùm autèm Ferrariæ Œcumenicum Latinam intèr, Græcamque Ecclesiam sùb Eugenio IV. Concilium celebraretur, Pontifice eodem, ac Joanne Paleologo Orientis Imperatore interessentibus, Guarini Concilii prædicti Interpres pro utrâque partium electus est, omnibus enìm summa ejùs virtus, fidesque innotuerat. Cinthius Joann. Baptistæ Gyraldi *Commentar., pag.* 38., & Guarin., *Chiese di Ferrar. d. libr.* 3. Plura reliquit Vir doctissimus ingenii sui monumenta, videlicèt *Decem Strabonis Librorum, nonnullarum ex Plutarchi Vitis, ac Minorum Auctoris ejusdem Parallelorum: Libri de Filiorum Educatione, ac de Differentiâ intèr Amicum, & Adulatorem* è Græco in Latinum Versionem: *Grammaticam Græcam*, quam Ponticus Virunio Ferrariæ edidit anno 1509. *Latinam Grammaticam*, anno 1447. Veronæ typis datam: *Grammaticales Regulas: Commentaria in Euclidem*: *Carmina Differentialia*: *Librum de Diphtongis*: *Vitas Aristotelis, Homeri, Platonis, & Evagoræ*: *Epistolas: Orationes, & Latina Carmina*, quorum multa vidimus, in copiosissimo MS. in folio, apùd D. Marchionem Herculem Bevilacqua, nèc non MSS. *Catulli carmina*, quæ in horreo quoddam neglecta, ac jàm peritura reperiit, in lucem produxit. De prædictis Guarini Operibus respectivè mentionem habent doctissimus Marchio Scipio Maffei, *Verona Illustrata, part.* 2. *lib.* 3., Joannes Jacobus Mangeti, *Biblioth. Medicâ*, Gimma *loco supracitat.*, & *Giornal. Letterat. Italian., Tom.* 12. *pag.* 365. Tandèm, multis ob Litteratorum utilitatem consumptus laboribus, Ferrariæ Animam Deo reddidit die 4. Decembris anni 1460., ætatis verò suæ 76. Guarin. *loco citat.* Ejus verò corpus in Divi Pauli Templo, magnificè ære publico tumulatum est, carminibusque à Nobis in primâ Historiæ parte transcriptis decoratum. Notandùm, quod Franciscus Philelpho, qui inurbanè, & iniquè adeò in Guarinum nostrum posteà insurrexit, eum Virum eloquentissimum appellaverat in

Epiſtolâ, VII. Kalend. Decembres 1450., ad Flavium Biondo ſcriptâ, quam intèr editas Philelpho ejuſdem Latinas Epiſtolas habemus.

UGO BENCI Senenſis: Hic Andreæ Benci Senenſis filius, ejuſdemque in Ferrarienſi Urbe Familiæ ſtipes, Medicorum, Philoſophorum, ac Theologorum quotquot ſua ætate floruerunt Princeps eſt habitus; Cùm itaquè à celeberrimis Studiorum Univerſitatibus certatìm expeteretur, in Senenſi, Parmenſi, Patavinâ, Papienſi, ac Pariſinâ publicè immortali cum laude docuit; indè verò à Nicolao IV. Eſtenſi Ferrariam accitus, ejuſdem Medicus, à Conſiliis, primuſque in Ferrarienſi Univerſitate Philoſophiæ Lector conſtitutus eſt. Gimma, *Tom.* 2. *cap.* 35. *num.* 23. Hic immortalis ille Ugo, qui Latinorum Litteratorum gloriam, adversùs Græcos propugnaturus dùm Œcumenicum Concilium, pro Natione utrâque in Fidei Dogmatibus conciliandâ, Ferrariæ ageretur, celeberrimum illud, nec ab Hiſtoricis ſatìs unquàm admiratum facinus ſolus aggreſſus eſt; viris enìm quotquot intèr Græcos majori doctrinæ famâ celebrabantur (aderant namquè Concilii causâ) ad cænam humaniſſimè invitatis, eâ abſolutâ, diſcumbentium unicuique poteſtatem fecit, quæſtionem, quam vellent proponendi, ſe paratum illicò reſpondere, eorumque Platonem, & Ariſtotelem defendere in iis, in quibus intèr ſe pugnare viderentur: Conditione à Græcis amplexatâ, difficultatibuſque per eos in medium allatis, Ugo ſtrenuiſſimè promiſſum exolvit; ad multas etenìm horas tantâ argumentorum vi, ac doctrinæ copiâ obiectis reſpondit, ut victor Græcorum audaciam fregerit, victoſque, nec quid ultrà muſſitare auſos abire compulerit. Eneas Sylv. *Deſcript. Europ. cap.* 52., Tiraquel. *de Nobilit. cap.* 31., Bergomenſ. *in Chronic. lib.* 15., Raphael. Volateran., Guarini, *Chieſe di Ferrara*, Papadopoli infrà citatus, & alii plurimi. Ugonem noſtrum promptiſſimæ doctrinæ Virum appellat Vander Linden, hæcque ſcripſiſſe tradit, ſcilicèt *Conſilia Saluberrima ad omnes ægritudines*: *In Aphoriſmos Hyppocratis*: *In tres Libros Microtechi Galeni*: *In primi Canonis Avicennæ Fen primam*: *Supèr quartâ Fen primi Avicennæ*: *In quarti Canonis Avicennæ Fen primam*: *Excerpta de Balneis*, ac alia. Romæ tandèm illum, anno 1448. deceſſiſſe ſcribit doctiſſimus Papadopoli, *in Hiſtor. Patavini Gymnaſii Tom.* 1. *lib.* 3. *ſect.* 2. *cap.* 4., eidemque à filiis, in Templo S. Dominici Ferrariæ, ubì Familiæ Benci ſepulchrum paratum erat, Epitaphium hoc fuiſſe poſitum. Deo

Deo Immortali Maximo. Hugoni Bencio Senensi Philosophorum omnium, ac Medicorum suæ ætatis facilè Principi Parenti Opt. ob excellentem doctrinam de universo Hominum genere B. M. filii posuere XI. *Kal. Decembris*, *anno* MCCCCXLVIII.

Templo verò, ætate nostrâ Reformato, hoc Ugonis nostri monumentum periit.

JOANNES DE FERRARIA Ordinis Prædicatorum: Principatus Nicolai Marchionis tempore Joannem admirandæ in Theologicâ facultate, aliisque Scientiis doctrinæ virum, in Ferrariensi Universitate docuisse credimus, ac fortasse etiàm sub Leonello, Nicolai filio; nequè enìm verisimile est, eos qui exteros magnis stipendiis ad legendum Ferrariæ aliciebant, tanti nominis subditum neglexisse: Ut ut sit, splendidissimum hoc Patriæ nostræ decus minimè prætereundum censuimus: Maxima verò ejusdem hæc laus fuit, quòd tempore Œcumenici Ferrariensis Concilii, prò Græcâ, Latinâque in Concordiâ Fidei jungendis Ecclesiis, tota quæstionum controversarum discussio viris quatuor scelectissimis demandata fuerit à Concilii Patribus, scilicèt Bessarioni, Niceno, & Marco, Ephesino Archiepiscopis, prò Græcis, prò Latinis verò, Juliano Cæsarino, Sancti Angeli Cardinali nuncupato, & Joanni nostro, tùnc Longobardorum Provinciæ, Dominicanæ Religionis nomine præsidenti: Injuncti oneris gravitas Joannis vires apertissimè ostendit. Bataglin. *Concilii*, *Tom.* 2. *Concil. di Firenze*, *part.* 1. *num.* 14., *&* 15., Acta Concilii Florentini, *part.* 2. *collat.* 2. *pag.* 84., citat. à Georgio Viviano Marchesi, *in Vitis Viror. Illustr. Forolivienfium*, *lib.* 1. *cap.* 6.

JOANNES A PAPIA Medicus: Cùm Ferrariam pestis invasisset, quæ teste Sardi, Historiarum lib. septimò, causa fuit, ut Concilium in eâ unanimi Latinorum, Græcorumque consensu inchoatum, ac felicitèr prosecutum Florentiam transferretur, Reipublicæ Moderatoribus, quibus Nicolaus Areosti Sapientum Judex præsidebat, Joannem à Papiâ clari nominis Medicum conducere placuit, ut morbo tactis mederetur: Extat *Conductionis decretum sùb die* 30. *Julii* 1438., *in publico Registro*, *signato littera F.*, *ad pag.* 8. 1436

VITALIS RAGONESE Medicus.

VIVIANUS DE BASSO Chirurgus: Hi duo paritèr ad opem peste correptis ferendam, sub Joanne Valengo Sapientum Judice,
1439 ære publico conducti sunt; primus die 7. Aprilis anni 1439., alter verò die 10. Decembris anni prædicti, ut *in Registr. Public. Decret, signat. F., pag. 17., & 19.*

BENEDICTUS BURSA A MODONE Grammaticus: Non pauci, & quidem indoctissimi, barbarique Latinæ linguæ Præceptores, deturpatores veriùs dixerimus, in Urbem nostram irrepserant, maximâ Adolescentum, qui illis erudiendi tradebantur pernicie, ut suo loco enarravimus. Re compertâ, quâque id genus malo occurrendum esset viâ diligentèr à Patriæ, Litterarumque Moderatoribus explorato, in eam ventum est sententiam, ut pessimorum Pedagogorum palestræ clauderentur, ac bonis tantummodò Grammaticis docendi potestas fieret; quinunmò visum est, viros hac in re optimè eruditos aliundè accire: Hujusmodi fuit Benedictus Bursa à Modone, celebris ne dùm Grammaticus, verùm etiàm Rhetoricæ, & Poeseos peritissimus, quaproptèr illi docendi Adolescentes Grammaticam cura demandata est, ac id ultrà diebus festis Rhetoricam publicè legendi, Tulliumque, Plautum, aliosque aureorum Sæculorum Auctores interpretandi
1439 onus impositum: Supèr his leguntur *decreta* 18. *Aprilis* 1439., & 5. *Novembris* 1440., *in Registro signato F., pag.* 18. *&* 28.

FRANCISCUS de ROMA Grammaticus, eadem causâ, quam suprà memoravimus celebrem hunc Grammaticum, die 20. De-
1439 cembris 1439. conduxit, ac die 28. Maii 1441. reconduxit Civitas; ut *in d. Reg. F., pag.* 20. *&* 32.

GARSIAS de HISPANIA Juris Consultus peritissimus, in libris Publicorum Memorialium *Egregius, ac famosus Juris Utriusque Doctor* appellatus; Hic unà cum quinque aliis clarissimis viris Gymnasii nostri Reformator electus est, quemadmodùm pa-
1442 tet ex Decreto Civitatis, sub die 17. Januarii 1442., quod in Historiâ integrum dedimus: Hoc idem Garsìam in Universitate nostrâ publicè docuisse ostendit, cùm Studii Moderatores nonnisi è Lectorum corpore eligi solerent, ut aliàs diximus, & liquidò habetur etiàm ex *Decreto* 20. *Martii* 1488., *in Registro N. Publicorum Decretorum, pag.* 81., *& Libro Memoriale delli anni* 1441. 1442., *e* 1443., *segnato A B C., fol.* 5. Hoc tantùm de Garsìâ nostro

nostro nobis innotuerat, cùm die quaddam fortè fortunâ Codicem, qui apùd nos est *Delle Rime di Messer Francesco Petrarca* anno 1452. manù pulchrè exaratum revolventes, in fine Codicis ejusdem elegans Epitaphium invenimus, à Bartholomeo Casoto, in Garsiæ funere elocubratum, ex quò constat Garsiam eumdem probis, sanctisque fuisse moribus, mirâque in egenos charitate, causas coràm Summo Pontifice patrocinasse, Urbes rexisse, multisque legationibus fuisse egregiè perfunctum: Sed præstat, hoc virtutis ipsius monumentum edamus.

Epitaphium Domini Grassiæ per Dominum Bartholomeum Caseotum.

Si quæ tenet pietas, si vos nova tangit imago
Hùc versate oculos, omnes qui ducitis ævum,
Meque viri Hispanum meritis æquate Grasiam,
Qui Juris gemini veteres superasse Patronos
Dicor, & excelsâ vici probitate modestos,
Et qui divino coràm Pastore togatus
Explicui causas, populosque orator adivi
Sepiùs, ac urbes vigili moderamine rexi,
Atque Dei cultum dilexi, numen adorans
Æternum, vacuosque libens solabar egenos:
Corpus terra premit, tumidum tenet ossa sepulchrum,
Pars melior levibus volitat supèr ethera pennis.

FRANCISCHINUS de VERONA Chirurgus à Civitate conductus *Memoriale delli anni* 1441. 1442., & 1443., *segnato A B C.*, *fol.* 71.

ALEXANDER BERGOMENSIS Medicus conductus, ut apparet ex *Publico Memoriali*, *signato foris A B C.*, *fol.* 77.

FRANCISCUS de CAMPANEA Grammaticus à Civitate conductus: In Decreto primæ illius conductionis, sequtæ usquè de anno 1429. Nicolao IV. Estense regnante, *Famosus Grammaticæ Professor* appellatur: Illud autèm habemus *in Registro Decretorum anni prædicti*, *pag.* 2. 1429

JOANNES BIANCHINI Ferrariensis Juris Utriusque Doc-

tor; & in Mathematicis facultatibus versatissimus, Magnus Tabularum Astronomicarum supputator: Circà annum 1442. floruit, ac sùb Nicolao, Leonello, & Borsio Ferrariæ Principibus, quorum omnium Generalis Procurator fuit, in Lyceo nostro docuit; scripsit autèm *Volumen Tabularum Astronomicarum cœlestium motuum* quòd Friderico III. Imperatori dicavit: Scimus Bianchini Bononiensem à pluribus appellari; nos verò Ferrariensem dicimus, & probamus, primò Blancani testimonio innixi, qui cùm Bononiensis fuerit, rerumque Patriæ optimè gnarus Bianchini Ferrariensem dicit, quòd non fecisset, si Concivem suum esse cognovisset; & hoc eâ, quâ præstat observantiâ, dictum sit adversùs Joannem Baptistam Riccioli nostrum, qui Almagest. *Tom. 1. part. 1. in Indice Astronomorum*, *Astrolog.*, *& Cosmograph.* à præmissis prædictis contrarium inducit: Probamus secundò ex Bianchini ipsius assertione; ille enìm, in antiquo pulcherrimo MS. Tabularum suarum Codice, in Bibliothecâ Bentivoglio servato Patriam suam fatetur: Hic Codicis prædicti titulus.

FEDERICO III. Romanorum Imperatori sempèr Augusto.

Astrologiæ Tabulas dicat Joannes Blanchinius Ferrariensis J. U. D., Borsijque Estensis Ducis I. Procurator Generalis, ac prò gratissimo, optatissimoque munere, concedit idem Imperator eum, Agnatosque suos Aquilæ Cesareæ insignibus nobilitari. Anno à Virginis Partu 1452., *Imperii verò sui* 12.

In fine verò Codicis laudati Authenticum Instrumentum alligatum cernitur absolutionis à Borsio Estensi Bianchini nostro factæ, rogitù Victorii Pavoni Ferrariensis Notarii, sub diæ 17. Februarii 1457., prò omnibus ab eo gestis, dùm Procuratoris Generalis offitium obiret; in hoc autèm Instrumento Joannes noster Almerici filius, & Civis Ferrariæ de Contratâ S. Romani apertè appellatur, ac in eo habetur etiàm, quod Estensium Cameræ Magister Rationum fuit, deindè Generalis Procurator à Nicolao IV. Ferrariæ Domino electus, & à Leonello, ac Borsio successivis Principibus confirmatus: Sed rem extrà aleam prorsùs constituunt verba Bianchini, in Epistolâ nuncupatoriâ Leonello Estensi Principi, Operi ejusdem Tabularum præfixâ, in Editione Venetiis

tiis factâ per Simonem Bevilacqua Papiensem die 10. Junii 1495. Hæc ipsissima sunt Bianchini verba.

Quam quidem rem cùm ego passim summo Civium studio ab omnibus in dies magìs, ac magìs fieri viderem, me verò Civem tuum esse non ignorarem, & eum Civem, qui ab ineunte ferè ætate sempèr in tuis rebus gerendis, atquè administrandis me exercuerim, plurimaque, atquè immortalia beneficia è tuâ benignitate receperim, itaùt bonorum meorum, & facultatum initium mihi, & finis fueris &c.

An vero hæc omnia Bianchini liquidò Ferrariensem ostendant, Lector judicet. De hoc Cive nostro multâ cùm laude scripsere Vivianus Marchesi, *in Monument. Virorum Illustr. Galliæ Togat. lib.* 2. *cap.* 5. Jo: Bapt. Riccioli, *loco suprà citat.*, & alii.

CHRISTOPHORUS LANFRANCHINI Veronensis Juris interpres insignis in celeberrimâ Universitate nostrâ publicè professus: Scripsit *De præcedentiâ Doctoris, & Militis: Orationes varias: Latina Carmina*, & alia: Ferrariensis verò Studii Cathedram primùm ascendit Lanfranchini anno 1448., ut inquit ipse, in Prolusione eâ de causâ habitâ, ut scribit eruditissimus March. Scipio Maffei, *Verona illustrata, part.* 2. *lib.* 3.

THEODORUS GAZA Thessalonicensis, Medicus, Philosophus, Orator, ac Poeta præclarissimus, à Guido Panciroli Ferrariensis Academiæ nostræ, in quâ diù Græcas Litteras docuit Gymnasiarca appellatus, & verè quidèm, nàm ejusdem à Leonello Estense restitutæ primus Rector Theodorus fuit, quo Præside, ac Doctore Ferrariam jure meritò gloriari posse, inquit eruditissimus Concivis noster Lilius Gregorius Giraldi, *in exordio Dialogi* 2. *de Poetis suorum Temporum*, ubì illum, *Carmina elegantissima elucubrasse* tradit: Edita ejusdem Opera, teste Vander Linden., *in Indice de Script. Medic.*, sunt *Expositiones Latinæ Librorum septem Aphorismorum Hyppocratis: Problematum Aristotelis: Theofrasti Ethesii*, & *Librorum decem de Historiâ Plantarum*: De Gaza scribunt Guido Pancirol., *de Clar. Legum Interpret.*, *lib.* 2. *cap.* 78., Laurentius Crasso, *Historia dei Poeti Greci*, & alii. Defuncto Gaza Poetæ plures clarissimi Epitaphia condidere; nos hæc quæ sequuntur dumtaxàt, Operis ornandi gratiâ exhibemus.

Pierii

Pierii Valeriani.

Roma olìm abstulerat Grajæ decus omne Minervæ,
Sivè opus ingenio, sivè opus arte foret;
Gaza autèm Argivæ clarissima gloria gentis
Reddiderat Patriæ nùnc spolia illa suæ;
Dùmque pari Ausoniæ conatu consulit, & dùm
Musarum, & Linguæ dux utriusque viget,
Sublatus fato traxit secùm omnia, & uno hoc
Spes Italum, & Grayum fama cadente, cadunt.
Tom.2. Delitiar. Poetar. Italorum, Colect. per Ranutium Ghero.

Angeli Politiani.

Heù sacrum caput occubuit Theodorus, & horâ
Unâ obijere omnes reliquiæ generis.
Nèc tamèn hoc querimur; nimìs est potuisse videri,
Non etenìm hic nostro tempore dignus honos.
Hoc dolet, heù neutra patri est nùnc Lingua superstes,
Quæ mittat justas manibus inferias.
Tom. 2. pred., pag. 346.

Joviani Pontani.

Summe Lyram, dic Musa modos, dùm condimus umbram,
Et puer, & coluit Numina vestra Senex:
Indignus tellure Deos, Theodore petisti,
Sera quidèm, tamèn est longa parata quies:
Virtute, ingeniique bonis hoc ipse parasti,
Ut Cœli aspiceres aureâ tecta Senex.
Non artus terrâ tegimus, tù caste Sacerdos
Da requiem, æternum jàm Theodore vale.
In Libro Carminum Pontani prædicti.

Julii Cæsaris Scaligeri.

Barbariem qui expugnavi, me barbarus hostis
Expulit; at pulsus sic quoquè victor abii,
Avexi patriam ex patriâ sùb pectore sancto,
Quæ miseranda cani præda futura fuit.

Inveni

Invexi Romam in Latium, cognoscite Romam,
Quæ belli nullo turbine capta viget;
Prò quibus, ab meritis ò tèr scelerate tiranne,
Qui cauda es, Romæ diceris esse caput;
Te vivente, vidente, jubente, miserrimus illâ
Pauperie fractus, qua tibi Regna canis.
En morior, morior verò, qua publica cura est
Cuncta pati, & meliùs pòst sua fata tegi.
Romule te jacta, jacta te Maxime Teseus;
Vestra est materies terrea, forma mea est.
In Tom. 2. Delitiar. Poetar. Italor. pag. 802.

BENEDICTUS BARGI Perusinus: Magnum sibi nomen intèr Jurisconsultos comparavit, ac felicitèr in Almo Ferrariensi Gymnasio Jus Civile interpretatus est: Optimum verò *De Guarentigiâ Opusculum* ipsum scripsisse auctor est Panciroli, *l.br.* 2. *cap.* 102. Scripsit etiàm *Consilia*, ejusdemque est *Consilium* 91., impressum *in Tomo* 1. *Collectan. Consil. Criminalium Joannis Baptistæ Ziletti*.

ANGELUS GAMBILIONI Aretinus Jacobi filius, Ferrariensi Civitate donatus, Bononiæ, Joannis dè Imolâ, & Floriani à Sancto Petro, Patavii Raphaelis Fulgosi, Cumani, & Pauli Castrensis, Perusii, Honuphrii Bartolini clarissimorum Legum Doctorum auditor fuit, brevìque Præceptores ipsos non exequavit tantùm, sed superavit: Nursiæ, ubì Quæstoris munus obierat, minùs fidæ administrationis accusatus, custodiæque traditus capitis fortassè periculum subijsset, nisì celebriorum Italiæ Advocatorum, Collegiorumque, prò eo scribentium ope libertatem obtinuisset: Hanc nactus, Ferrariam venit, primùmque in Lyceo nostro, magno Discipulorum conventu Institutiones Imperiales est interpretatus: Bononiam deindè contendit, anno 1441., undè ad Ferrariense Gymnasium reversus anno 1445., Leonello imperante, ultimam Institutionum partem exposuit. Plurimos in Legali scientiâ Discipulos optimè instituit, quos intèr celebriores evasére Bartholomeus Cipolla, Alexander Tartagni, & Paris de Puteo. Frequenti eorundem stipatus cœtu corporis exercendi gratiâ, ad Suburbana, sæpissimè se recipiebat, ibiquè cùm ipsis cursu, quo senex etiàm velocissimus erat decertabat; sìc inverecundè currentem, sudoreque, ac pulvere

vere sordidum non rarò offendit Hercules Estensis. Doctissima Angelus scripsit Volumina, quæ plurimùm apùd Legistas auctoritatis habent; nempè *Volumina duo Commentariorum Institutionum Juris Civilis*, Leonello Estensi, Ferrariæ Domino dicata: *De Clausulis Testamentorum*: *De Malefitiis in Jure*, & *Clausulis*: *In tertium Codicis librum*: *De Inventario*: *Consiliorum Volumina duo*, & alia: Ferrariæ tandèm obiit, quo verò præcisè anno incertum est: Ejusdem corpus in Templo Carmelitarum tumulatum fuisse scribit Guido Panciroli, sequenti cum Epitaphio.

Angeli Gambilionis de Aretio perspicacium ingeniorum alumno oriundi, perplexarum Legum enodatoris, interpretisque famâ noti supèr ethera, summis, ac infimis gratissimi, integritate, comitate, gravi genere, divitiis bono modo partis, ingenuâ liberorum sobole ornatissimi, viridi senectâ religiosissimè extincti ossa hìc mollitèr quiescunt.

Descriptus cernitur Angelus noster in quoddam Lectorum Gymnasii Ferrariensis Rotulo anni 1450., quod habetur in Memoriali anni ejusdem, pagina 43. Videas etiàm Pancirol., *de clar. Leg. Interpr.*, *libr.* 2., *cap.* 95., & 102., & Guarini, *Chiese*, *libr.* 5.

ANTONIUS TORQUATO Ferrariensis, Medicus, ac Astrologus, quem in Universitate nostrâ professum fuisse, probabilitèr credimus: Scripsit *Prognosticon de Eversione Europæ ad Matthiam Unghariæ Regem*: Hoc opus vidimus apùd amicissimum Concivem nostrum, venerandæ cultorem Antiquitatis Joseph Antenorem Scalabrini. In alio Codice Operis prædicti, quem paritèr vidimus, Auctor noster non TORQUATO, sed ARQUATO denominatur.

BAPTISTA PIASI Cremonensis, Medicus, Astronomusque doctissimus, Nicolai Theologi Augustiniani in Logicis, Odofredi Cremonensium, in Philosophicis studiis discipulus, à Bergomensi sub anno 1483., nec non ab Eneâ Sylvio meritò comendatus: Philosophiam, & Astronomiam in Ferrariensi Lyceo, magnâ Auditorum frequentiâ docuit Leonello imperante: Scripsit verò *Defensionem Gerardi Sabioneta adversùs Joannem de Monte Regio*

Regio Germanum: *Sermones*: *Epistolas*, ac *Opuscula alia*. Kalendis Februarii 1492. ferè nonagenarius Cremonæ obiit, sepultusque est in D. Augustini Templo ad Sacellum D. Nicolai Tolentinatis, hujusmodi cum Elogio, sub marmoreâ defuncti effigie exarato.

A. L. C. V. M. A. B. T.

Consumatæ Astronomiæ, omnisque doctrinæ, & scientiæ lumen Baptista Plasius hìc requiescit. Anno MCCCCLXXXXII. *Eliseus Filius Pater Patriæ P.*

Ità Franc. Arisi, *Cremon. Litterat. Tom.* 1. *ad annum* 1483., & Bresciani, *Virtù ravvivata dei Cremonesi*, *part.* 3.

NICOLAUS EGIDIOLUS CAVITELLI Cremonensis, Egidii Juris Interpretis præclarissimi, de quo suprà dictum est filius, ac legalis scientiæ, ferè dixerimus, hæres meritissimus: Is à Leonello Marchione Estense intèr supremos ipsius Consiliarios receptus est, crediturque in Ferrariensi Studio Jus Civile legisse. Arisi, *Cremon. Litterat. Tom.* 1. *ad ann.* 1446., & Bresciani, *Virtù ravvivata dei Cremonesi*. 1446

BARTHOLOMEUS de SALICETO Ferrariensis, Bartholomei Juris prudentiæ luminis, quem Ferrariæ docuisse, Bononiæque extremo cessisse fato vidimus anno 1412., filius ne, an nepos fuerit minimè constat: Hoc verò evidentèr patet, Bartholomeum hunc Juniorem intèr doctissimos Juris Consultos, Ferrariæque Cives descriptum reperiri in Decreto, per Reipublicæ Moderatores edito die 17. Januarii 1442., pro electione Reformatorum Gymnasii nostri, ut *in Registr. Publ. Decretorum*, *signato F.* 1442

ALEXANDER TARTAGNI Imolensis: Sùb Angelo Aretino, Joanne Imolense, Ludovico Romano, Joanne de Ananiâ, ac Gaspare Aringheri, quibus Præceptoribus usus est, in Legali Studio Alexander ità institutus fuit, ut absolutissimi vir ingenii, Veritatis pater, Doctor Aureus, atquè immortalis fuerit appellatus: In Ferrariensi Gymnasio sub Nicolao, & Leonello Estensibus. Jura docuit, magnique nominis viros erudivit, Bartholomeum Soccini, Joannem Mariam Riminaldo, Ludovicum Bolognini, Lancellottum Decio, Jasonem, & Carolum Ruini; Docuit etiàm Pa-

Patavii, & Bononiæ demùm, ubì è vivis excessit anno 1477., ac in D. Dominici Templo depositus est. Opera ab eo edita sunt *Commentaria in Jus Civile: In Sextum Decretalium: In Clementinas: In Codicem: In Digestum Vetus, ac Novum: In Infortiatum*: Ejus scripta, malis annotationibus à Carolo Molineo depravata Ecclesiæ decreto vetita fuisse, deindè repurgata, à Pio V. restituta scribit Ghilinus, *in Theatro, Volum. 2. pag.* 11. De eo etiàm videndus Papadopoli, *in Histor. Gymn. Patavin., Tom. 1. lib. 3. sect. 1. cap.* 11., Panciroli, *de Clar. Legum Interpr. lib. 2. cap.* 112., & Jo: Baptista Pigna, *Historia dei Principi d'Este, lib. 5. fol. m.* 358.

BASINUS de PARMA Grammaticus: Hunc, Augustino Villâ Sapientum Judice, Adolescentulis in Latinâ linguâ erudiendis conduxit Civitas, ut patet ex ejusdem Decreto, edito die 25. Septem-
1448 bris 1448., in quo Basinus, vir doctissimus nuncupatur. Registr. G. anni prædicti, pag. 35. Fuit autèm Basinus in latinâ Poesi admodùm celebris, multaque ejusdem Carmina leguntur in pulcherrimo Codice MS. in folio, apùd D. Marchionem Herculem Bevilacqua.

DEMETRIUS MOSCHO Lacedemonius Græcarum Litterarum, Latinarumque Professor eruditissimus, Joannis filius, & Georgii frater: Hic Venetiis, Mantuæ, ac Ferrariæ diù commoratus est, quibus in locis publicè docuit, plurimosque discipulos habuit: Hæc autèm ab eo scripta memorantur, scilicèt *Commentariolum in Opusculum Orphei de Lapidibus: Orationes: Comediæ: Elegiæ: Epigrammata*: Typis autèm dedit *Eroicum Carmen de Helenâ*, quod laudatur à nostro Lilio Gregor. Giraldi, *Dialog.* 2. *de Poetis suorum temporum, in princ.*, à quo hæc mutuati sumus.

GEORGIUS MOSCHO Lacedemonius Demetrii frater, Medicus, Orator, ac in Græcâ, Latinâque linguis Poeta præclarissimus: Diù ipse etiàm Ferrariæ constitit, deindè Corcyram contendit, illicque Domicilium statuit. Laurentius Crasso, *Vite dei Poeti Greci, fol.* 262., & Lilius Gregorius Giraldi, *in Dialogis Poetar. suor. Temporum*.

HERCULES BONACOSSA Ferrariensis: Nobilissimâ ortus Familiâ nomen Philosophiæ, ac Medicinæ, quas publicè in Patriâ professus est dedit, magnamque sibi apùd omnes famam adeptus est: Van-

Vander Linden *in suo de Scriptis Medicis Opere* hæc eum scripsisse, ac respectivè edidisse tradit, scilicèt *De humorum exsuperantium signis*: *De affectu, quem Græci Tormina appellant*: *De curatione Pleuritidis*: *De Cantarcho*: *De Dysenteriâ*: *De Theriacâ*, & alia: Ferrariæ mortuus est, atque in Divi Francisci Conventualium Minorum Templo apùd Clarissimos majores suos depositus. Guarin. *Chiese di Ferrara*, *libr.* 4.

ANDREAS BENCI Senensis: Leggista hic fuit, Ugonis Medici fortasse filius, eumque in Rotulo anni 1450. intèr Juristas Gymnasii nostri Lectores, primo loco descriptum videmus. *Me-* 1450
morial. di detto anno, *fol.* 43. Scripsit autèm *supèr* 1., & 2. *Codicis*, ut advertit Wolfangus Freymonio, *in Elench. Scriptor. Juris Civil.*, & *Canonic. pag. m.* 17.

JOANNES à VALLE Ferrariensis: Eo argumento ad credendum adducimur, Joannem hunc Jus utrumque professum unum ex Studii nostri Lectoribus extitisse, quòd in Memorialium Libro, ubi solutiones Lectoribus à Civitate factæ describuntur, memoretur. *Memorial. dell'anno* 1469. *fol.* 44. Fuit autèm Joannes à Valle, seù Valla, ut alii volunt, Syndicus Generalis Palatii Ferrariæ, senexque proditoriæ in Cubiculo proprio occisus est die 2. Januarii 1512. à quoddam famuli sui Fratre, qui ambo debitas crimini pœnas luerunt, ut refert Paulus Zerbinati *in suis MSS. Annalibus*.

JOANNES SUPERBI Ferrariensis præclarâ Familiâ ortus Legum Studio se addixit, easque in Lyceo nostro publicè interpretatus est, ut patet ex dicto *Rotulo anni* 1450., in quo secundus in Lectorum Juristarum ordine describitur. *Memorial. dell'* 1450
anno 1450. *fol.* 43.

FRANCISCUS ACCOLTI Aretinus Subtilissimus, Sapientissimus, & Jurisconsultorum quotquot suâ ætate floruerunt, Princeps appellatus: Senis celeberrimos Juris Interpretes Antonium de Prato, & Ludovicum Romano audivit anno 1443., eosque brevì doctrinâ facilè superavit: In eo omnia laudanda, potissimè verò mirum ingenii acumen, de quo tritum illud Disticon.

Accolti

Accolti illustris sublimia scripta revolve,
Ingenio, dices, nec habet iste parem.

In Pisanâ, Patavinâ, ac Ferrariensi Universitatibus Doctoris munere functus est: In nostrâ ipsum docuisse Herculis I. tempore, aureorum 700. stipendio eidem in annos singulos constituto asserit Pancirol. *lib.* 2. *cap.* 103., sed multò priùs etiàm apùd nos legisse indubitantèr asserimus, habetur enim descriptus in Rotulo Lectorum anni 1450., annis videlicèt 21., antequàm Hercules Dux initiaretur. *Memorial. dell'ann.* 1450., *fol.* 43. *In Jus utrumque* disertissimè, ac subtilissimè scripsit Franciscus, scilicèt *Commentaria supèr Digestum, Codicem, & Decretales*: *Consilia*: *Tractatum de diferentiâ intèr Sententiam interlocutoriam, & definitivam*, eaque edidit, omnia autèm adeò rationi, ac veritati consona, ut scripserit Bartholomeus Soccini, illum numquàm, vel saltèm raró in errorem incidisse: E purissimo tanti viri fonte Soccini prædictus, Felinus Sandei, & Carolus Ruini Juris doctrinam hausere. Obiit Accolti in Patriâ suâ circà annum 1472., ut scribit Papadopoli, *in suâ Gymnasii Patavini Histor. Tom.* 1. *lib.* 3. *sect.* 1. *cap.* 10.

THOMAS MAZZONI Ferrariensis J. U. D.

JULIANUS CANTABENI Ferrariensis J. U. D.

GALEOTUS BEAQUI Mediolanensis J. U. D.

LUDOVIXIO Mediolanensis J. U. D.

THEODOSIUS SPEZIA Ferrariensis J. U. D. Hic, & præcedentes quatuor Juris Interpretes fuere, scriptique reperiuntur intèr Lectores Juristas Almi Gymnasii nostri, in Rotulo aliàs memorato anni 1450. *Memorial. di detto anno*, *fol.* 43. Cæterùm de
1450 illis nihìl aliud, prætèr nudum nomen relictum esse dolemus.

SONCINUS BENCI Senensis magni Ugonis filius, ipse etiàm egregius Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, publicusque in Academiâ nostrâ Facultatum earumdem Professor, ut ex Rotulo anni suprà memorati constat. Latinis quoquè Musis operam Soncinus dedìt, & quæddam ejusdem Carmina, ad Franciscum Ariosto Peregrino data habemus in antiquo Membranaceo MS. Codice

dice Carminum Auctorum variorum, penès D. Marchionem Herculem Bevilacqua: Fuit verò Soncinus in Pitagoricis, Platonicis, Peripateticisque sistemmatibus, nèc non in Galeni, ac Hyppocratis Scholis fundatissimus, docuitquè sùb Leonello, Borsio, & Hercule I. successivis Ferrariæ Dominis, deindè Pisis: Obiit tandèm die 22. Januarii 1479. Laudatur à Cinthio Jo: Bapt. Giraldi nostro, *in Commentar. Rerum Ferrariens.*, *ac ab aliis*.

JOANNES de REGIO Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

STEPHANUS de MANTUA Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

MATTHEUS de VERONA Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

BAPTISTA de CREMONA Philosophiæ, & Medicinæ Doctor: Hi omnes in Rotulo prædicto anni 1450. sunt descripti intèr Lectores Artistas Gymnasii nostri, eorum verò merita penitùs ignoramus. 1450

ALBERTINUS CATTANI Cremonensis: Hic quoquè Philosophus, Medicusque ævo suo celebris in dicto Rotulo anni 1450. locum obtinet: Bononiæ etiàm, teste Alidosio docuisse dicitur: Hæc autèm edidit: *Tractatum de Hidrope*: *De Doloribus Colicis*: *De Pestilentiâ*, & *De Mulierum Pulchritudine*. Pascal. Alidosio, *in Cathalog. Bononiensis Gymnasii Professorum*, *ad annum* 1456., & Bressiani, *Virtù ravvivata dei Cremonesi*, *all'anno* 1459. 1450

JOANNES MINORITA: Ità descriptus legitur in dicto Rotulo anni 1450., nullâ generis, & Patriæ mentione factâ: Sed cùm circà hæc tempora vixerint Theologi duo celeberrimi Ferrarienses ex Minorum Conventualium Familiâ hoc nomine vocati, nempè Joannes Silvestri Galliarum Provincialis, & deindè Vallis Conventus Turoniæ Vicarius Generalis, & Joannes Canali, qui *De Animæ immortalitate*: *De Purgatorio*: *De Paradiso*, & alia cumulatissimè scripsit, Joannem nostrum ex istis unum fuisse haùd temerè crediderimus. Guarini, *Chies. di Ferrara*, *libr.* 4. 1450

GEORGIUS PURBACHIUS Peurbarcensis Mathematicus,

Astronomusque insignis, in finibus Bavariæ, & Austriæ natus anno 1423. Ferrariæ Mathesim, & Astronomiam publicè professus est, deindè Viennæ in Austriâ *Theoricam Planetarum*, partìm ad Ptolomei, partìm verò ad Alphunsinorum placita, ac *Eclipsium Tabulas* observationibus Astronomicis efformaverat, jàmque Astrologiæ reformationem moliebatur, sed hæc meditantem mors
1462 Viennæ sustulit anno 1462.; decedens tamèn Joanni Regiomontano Discipulo suo, testamento mandavit, ut Almagesti à se inchoati Epitomem perficeret. In Cathedrali Viennensi Ecclesiâ sepultus est, hoc cùm Epitaphio, quod vivens sepulchro suo apponi mandaverat.

Extinctum dulces quid nàm me fletis Amici?
Fata vocant, Lachesis sìc sua fila trahit.
Destituit terrena animus, cœlumque revisit,
Quæ sempèr coluit, liber ut astra colat.

Vide Joannem Baptistam Riccioli, *Almagest.*, *Tom.* 1. *part.* 1., *in Indice Astronom.*, *Astrolog.*, & *Cosmographorum*.

FRANCISCUS BENCI Senensis, Ugone genitus, magnâ ipse etiàm cùm laude Medicinam in Ferrariensi Universitate publicè
1450 docuit, proùt ex laudato anni 1450. Rotulo comprobatur. Cinthius Girald., *Commentar. de Ferrariâ*, & *Atestinis Principibus*, *pag.* 40. Joannes Mainardi se à Francisco Benci in Medicinâ fuisse eruditum tradit, *in Epist.* 1. *libr.* 2. *Epistolarum suarum Medicarum*, eumque Medicum doctissimum appellat, Medicorumque Italicorum, suâ ætate facilè principem.

HIERONYMUS à CASTELLO Bononiensis Medicus Excellentissimus, qui Estensi Principe invitante, Patriâ relictâ Ferrariam venit, ac docuit in Studio nostro, ut ex Rotulo prædicto
1450 1450., suamque intèr nos Familiam fundavit: Multiplicis etiàm cùm esset Litteraturæ vir, elegantissimè sermonem habuit in nuptiis Eleonoræ de Aragoniâ Ferrariæ Ducissæ. In hac Urbe decessit, ejusque ossa in D. Francisci Templo conquiescere, scribit Guarini, *Chiese di Ferrara*, *lib.* 4. In libris *Eroticon Titi Vespasiani Strozza*, Latini Poetæ nostri elegantissimi extant Elegiæ ad Hieronymum datæ; una scilicèt in lib. 2., duæ in 4., & duæ in 5. equens etiàm Ludovici nostri Bigo Pictorio ad Castello datum. Epi-

Epigramma, quod intèr ejusdem carmina refert Ranutius Ghero, *in Tom.* 1. *Delitiar.* CC. *Poetarum Italorum pag.* 433.

Ad Hieronymum Castellium.
Pugnandum.

Invitum te sæpè doles, Hieronyme, mecùm
Turpibus involui sollicitudinibus,
Et modò conspectis carnem prurire puellis,
Et modò cor subitâ corripi ab invidiâ.
Perdere spem noli; neqùe enìm sumus ærea massa
Dùm sumus hoc clausi corpore, vim patimur.
Cura sit, ut stimulis circùm oppugnantibus, ipsa
Mens numquàm cedat; pugna trophea parit.

ANDREAS BARBAZZA Siculus, Bartholomeum Patrem habuit, præceptores in Legali scientiâ Joannem de Imolâ, & Joannem de Ananiâ Bononiæ nactus est. Lucidissimi vir fuit ingenii, memoriæque tenacissimæ, adeòut quidquid vel auribus, vel Lectione percepisset, sempèr in promptu haberet; quòd mirum jure meritò visum est, cum paucis admodùm datum sit, utroque, ingenio scilicèt, memoriâque pollere: Sub Borsio Estense Jus Civile, & Pontificium in Gymnasio nostro interpretatus est: Edidit verò *Commentaria Juris*: *Volumina quatuor Responsorum*: *Opusculum de præstantiâ Cardinalium*, quod Bessarioni, tùnc Bononiæ Legato dicavit; Opus etiàm *De Legatis à Latere* scripsisse perhibetur: Illi tamèn nonnihìl nimia sui ipsius obsuit existimatio, cujus lepìdum hoc argumentum refertur à Panciroli, *libr.* 2. *de clar. Legum Interpr. cap.* 116. Cùm fortè Mathematici quiddam primarium Jurisconsultum brevì Bononiæ obiturum prædixissent, Andreas (tanta erat viri alioquìn celeberrimi ambitio) mortem sibi imminere ratus, rebus suis consulere, ac Amicis æternum vale dicere aggressus est, tamquàm mox animam Deo redditurus: At cùm Alexandro Tartagni Jurisconsulto præclarissimo, qui tùnc Bononiæ docebat mors obtigisset, ægro id animo tulisse videbatur Andreas, quoniàm ab iis, quibus vaticinium innotuerat, se ipso doctior defunctus haberetur. Ipse etiàm decessit tandèm, atqùe in D. Petronii Templo tumulatus est; ejusque memoria inscriptione hujusmodi ad posteros demandata.

Andreæ Barbatiæ Siculo, Maximo Juris Utriusque Monarchæ Equiti Aurato hic molliter agentis Suav. Conjux D. Margherita de Pepulis, & pia in parentem proles hoc S. opus B. M. F.

PETRUS PHILIPPUS CORNEO Perusinus clarissimæ generis Nobilitati eximiam Juris utriusque doctrinam, quam à Benedicto Capra, & Joanne Petrucci Sperelli hauserat, morumque probitatem copulavit: Subtilis Doctor fuit appellatus, nec immeritò quidèm; quatuor enìm *Responsorum Volumina*, ac ea, quæ in Codicem edidit *Commentaria* acutissimum hominis ingenium præseferunt: In Lyceo nostro Jura publicè interpretatus est, Perusio, ubì priùs publicè docebat, ab Atestino Principe Ferrariam accitus; sed cùm ob ejusdem absentiam Perusinum Gymnasium Auditoribus ferè omnibus destitutum remansisset, Syxti Summi Pontificis litteris eò reverti coactus est: Quòd Amicis gratuitò patrocinari soleret meritò ejus laudi tribuit Panciroli, *de clar. leg. Interpr. lib.* 2.

JOANNES AURISPA Siculus Theologus, ac etiàm Poeta egregius, qui S. Mariæ in Vado Commendatarius fuit: Eum autèm Leonellus Estensis intèr carissimos habuit. Cinthius Joan. Baptista Giraldi, *in Commentariis*, & Guarini, *Chiese*, *lib.* 5. *fol.* 302. De eo etiàm Lilius Gregorius Giraldi, *in Dialogis Poetarum suorum Temporum*, ac Laurentius Crasso, *Historia dei Poeti Greci*, *fol* 265. Aurispam nostrum Secretarium suum appellat Eugenius IV. in quaddam Bullâ Florentiæ datâ 7. Idus Aprilis 1442., cujus fragmentum extat in Archivio RR. Canonicorum S. Mariæ in Vado; in eâ autèm de miraculo Sanctissimi Christi Sanguinis ab Hostiâ emanati, ac servati in Ecclesiâ eâdem habetur mentio. Aurispa nostri Franciscus Philelpho amicissimus, pluresque Epistolas ad eum dedit, ut videre est *in Volum. Latinarum Epistolarum Philelpho prædicti*. Itèm Antonius Beccatelli Panormita Aurispæ amicitiam coluit, *ut ex ejusdem Epistolis* patet, *libr.* 5. *& alibi*.

GILFREDUS CAVALLI Veronensis Juris Interpres insignis, Gymnasii nostri Lector, ac die 20. Martii 1488., intercedente XII. Viralis Magistratus Decreto intèr Gymnasii ejusdem Reformatores cooptatus. *Registr. N. ann.* 1488. *pag.* 78. Ejus corpus in Ecclesiâ Cathedrali Ferrariæ requiescit. Guarin., *Chiese*, *lib.* 1.

LAU-

LAURENTIUS OCHI, sivè dall' OCA Ferrariensis: Magni nominis in Jure utroque vir, ac fortasse (liquidò enìm non constat) in Patriâ Universitate Lector. Doctissima scripsit *Consilia*; vitâque functus in D. Romani Ecclesiâ sepulturæ mandatus est. Guarini, *Chiese*, *lib.* 4. In Collectaneâ Consiliorum Criminalium Jo: Baptistæ Ziletti, *Tom.* 2., *Consilia* 60. 63. 64. 65. 66. 67., & 100. Ochi nostri sunt.

PETRUS TOMASI, seù TOMAI Ravennas: In Legali Scientiâ per Alexandrum de Imolâ egregiè institutus Petrus, intèr celeberrimos ævi sui Juris interpretes tanquàm Sidus emicuit, plurimùm adjuvante memoriâ, quam à naturâ promptissimam, ac tenacissimam nactus est, ità ut *Memoriæ miraculum* appellaretur: Pancirol., *lib.* 2. *cap.* 138. Disciplinis etiàm omnibus, Poesi præsertìm instructum fuisse traditur: Cùm itaquè tanti viri fama Italiam, exteraque Regna pervagaret, à Principibus expetitus Jura publicè professus est in celebrioribus Gymnasiis, Patavii nempè, Bononiæ, Ticini, Pisarum, Fistorii, & in hoc nostro Ferrariensi: In Gripsualdensi quoquè, & Vittembergensi Academiis eum docuisse scribunt P. Bertius, *Commentar. Rerum Germanic. lib.* 3. *fol. m.* 718., & Marchesi, *Monument. Virorum Illustr. Galliæ Togatæ*, *lib.* 2. *cap.* 2. Plura edidit, scilicèt *Juris utriusque Compendia*: *Commentarium in Feuda*: *Alphabetum Juris*: *Interpretationes in quasdam Juris Pontificii Constitutiones*: *Singularia*: *De potestate Papæ*, & *Imperatoris*: *De Statutis*: *Tractatum de Memoriâ arte comparandâ*, quem ipse *Phœnicis* nomine nuncupavit, ac alia: Vuitiburgi decessisse creditur, juxtà Panciroli; id verò Marchesi contigisse asserit anno 1499. De sapientissimo viro hoc videndi sunt etiàm Rossi, *Histor. Ravennat. lib.* 7., Fontana *in Bibliothecâ Legali*, Vincentius Cartari, *de Medico*, *par.* 2. *num.* 77., Papadopoli, *Histor. Gymnas. Patavini*, *lib.* 3. *cap.* 14., ac alii.

GULIELMUS PINCARO Parmensis Legista insignis Estensium Principum Consiliarius, variisque prò eis Legationibus egregiè functus. Gymnasii nostri Ferrariensis Reformator fuit, quòd in eo Lectorem extitisse ex aliàs dictis comprobat: Gulielmi in funere, ei Ferrariæ in Templo Divi Nicolai magnificè celebrato Orationem habuit doctissimus Rhetor, Poeta, & Gymnasii nostri Lector Ludovicus Carboni, quâ absolutâ, defuncti corpus

tumulatum est, ac sequens Epitaphium in Sepulchrali lapide incisum.

D. O. M.

Gulielmo Pincaro Parmensi J. C. primi nominis, Principum Estens. Consiliario; magnis per saepè Legationibus functo cognatis, eorumque posteris. Lucia vivens posuit.

Hic Pincaro familiam in Urbe nostrâ radicavit. Guarin., *Chiese di Ferrara, lib. 3.*

1454 FRANCISCUS de CASTRO Grammaticus, anno 1454. à Civitate conductus, ut apparet *ex Libro Memorali anni praedicti, pag.* 18.

FRANCISCUS de TOLENTINO Grammaticus anno eodem ab Urbe nostrâ ad docendum publicè conductus, ut *in Memorial.*
1454 *suprà citat. pag.* 23. An hic esset Franciscus Philelfo diù ancipites fuimus, cùm nomen, Patria, institutum, ac tempus mirè congruerent; sed tandèm Volumine Latinarum Epistolarum Philelfo ipsius consulto, agnovimus eumdem à Francisco nostro diversum, & quidèm invincibilitèr; nàm hic, ut infrà dicemus, anno 1454. à Ferrariensibus conductus est, quò anno, immò etiàm pluribus antecedentibus, ac subsequentibus, Philelfo Mediolani profitebatur, ut ex pluribus ejusdem Epistolis, illinc in annos praedictos ordine successivo datis: Apparet tamèn ex Epistolarum praedictarum nonnullis Philelfo eumdem aliquandò Ferrariae fuisse, multosque ibidèm Amicos habuisse, hosque intèr Ludovicum Casela, Nicolaum Varronem, seù de Varro, ac in intimis Joannem Aurispa, ad quem praesertìm multae datae sunt: Caeterùm Philelfo à Leonello Ferrariae Domino fuisse invitatum, constat ex Epistolâ responsivâ ad Principem praedictum.

JACOBUS CATINELLI: Hunc paritèr professione Grammaticum conduxit Civitas anno 1456., ut habetur *in Memoriali anni*
1456 *ejusdem, pag.* 67.

LUDOVICUS CARBONI Ferrariensis: Cùm is intèr Oratores, ac Poetas facundissimus, & eruditissimus esset, ac habe-

retur,

retur, nec non Latinas, Græcasque Litteras egregiè calleret, Pauli Costabili Plebis Tribuni, & Sapientum decreto ad Oratoriæ, ac Poeticæ Cathedram assumptus est, anno 1456., ut habemus *in Registro Publicor. Decretor. anni prædicti*, *pag.* 75. In eâ autèm Doctoris optimi partes cumulatissimè implevit usqùe ad annum 1465., quo temporis Gymnasii nostri Reformatoribus benignè annuentibus se Bononiam, ad legendum contulit, magnis illùc stipendiis invitatus, ut patet *ex anni illius Registro*, *pag.* 54. Ad nos deindè reversus obiit, ac in Templo D. Mariæ à Rosâ nuncupato, ut credit Marcus Antonius Guarini, *Chiese di Ferrara*, *lib.* 3. tumulatus est: Scripsit *Librum de Elocutione Oratoriâ*: *Orationes in funere Borsii Ferrariæ Ducis*, ac aliorum insignium Virorum: *Latina Carmina*, & alia. Laudatur à Lilio Gregorio Giraldi, *in Dialogo* 2. *Poetar. suorum temporum*, & ab aliis. Versionem adornavit etiàm *Orationis Cardinalis Bessarione ad Italiæ Principes*, ut bellum adversùs Turcas susciperent, quæ versio ab eo fuit Borsio Estensi dicata. 1465

PANDULPHUS COLLENUCCI Pisaurensis Jurisconsultus, Orator, ac Poeta insignis, qui cùm diù in Estensium servitio fuerit; in Gymnasio nostro docuisse etiàm haùd temerè crediderimus. Is prò Ferrariæ Duce legatione functus est ad Maximilianum Imperatorem, coràm quò Auspurgi disertissimè dixit. Ejusdem nos Orationem editam vidimus in Miscellaneâ quaddam apùd D. Joseph Bellaja Philosophiæ, & Medicinæ Doctorem: Quæ scripsit, ac respectivè edidit Pandulphus sunt *Defensio Plinii*, *adversùs Nicolaum Leonicenum*: *Tractatus de Viperâ*: *Historia dei Rè di Napoli*: *Lo Specchio di Esopo*: *Del Capo*, *e del Capello*: *La Traduzione dell' Anfitrione di Plauto*, *in Terza Rima*, e: *L'Estratto dell' Historia di Gioseffo dal Testamento Vecchio*, *in Terza Rima*. Paulus Giovio, *in Elogiis*, & Marius Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia*, *Volum.* 2. *part.* 2. *lib.* 6. *n.* 65. Franciscus verò Patrizio, in Nuncupatoriâ Epistolâ *Dell' Arte Poetica* Ducissæ Urbini, inquit, Artem Senicam Comediarum, Ferrariæ sùb Hercule I. Duce, per Pandulphum Collenucci, ac Ludovicum Ariosto originem sumpsisse.

COLUMBINUS COLOMBI Mutinensis Juris Utriusque Professor insignis, à Friderico III. Imperatore, manù propriâ, Doctoralibus insigniis Ferrariæ decoratus die 2. Februarii 1469., ut 1469
in primâ Historiæ parte diximus: Cùm in insignioribus Italiæ

 Uni-

Universitatibus cum professum fuisse scribat Ludovicus Vedriani, *Dei Dottori Modenesi*, *fol. m.* 68., Ferrariæ etiàm docuisse credendum est, eoque magìs, quòd Estensium Principum subditus esset.

GEORGIUS NATTA Astensis, magnus Legum Doctor Henrici Jurisconsulti filius, Marchionisque Montisferrati à Consiliis: In Ferrariensi Lyceo Jus Pontificium docuit, Felineo Sandeo, ac Antonio Francisco Dottori concurrentibus:, Edidit autèm Tractatum *De Statutis Fœminas excludentibus*. Pancirol. *libr.* 2. *cap.* 132., & *lib.* 3. *cap.* 42.

BARTHOLOMEUS BELLINCINI Mutinensis Franciscum Aretinum præceptorem habuit, ejusdemque rudimentis se adeò audientem præbuit, ut clarissimus intèr Jurisconsultos evaserit: In Ferrariensi Studio Jus Pontificium professus est, ibìque plures, quos intèr Felinus Sandeo, egregiè instituit: Deindè Bononiæ legens Andream Barbazza concurrentem habuit, tandèm Romam profectus intèr Rotæ illius Auditores cooptatus est: Multa scitè, ac elegantèr scripsit, scilicèt: *In Decretales*: *Annotationes ad Commentaria Abbatis Panormitani*, &: *Tractatum de Charitativo subsidio*, quem, eo defuncto Aurelius frater luce donavit. Romæ decessit septimo Idus Junii 1478., ac in Templo Sanctæ Mariæ de Populo ejus cadaver sepultum est. Ludovicus Vedriani, *Historia di Modana*, *part.* 2. *lib.* 17., & Pancirol., *de clar. Legum Interpret. lib.* 3. *cap.* 40.

PETRUS FRANCISCUS Ravennas: Hunc circà annum 1470. Jus Civile, ac Pontificium egregiè in Ferrariensi Universitate professum fuisse tradit Pancirol. *libr.* 2. *cap.* 117., nèc non eumdem docuisse affirmat in Academiis Patavinâ, Bononiense, Pisanâ, Pistoriense, Vitembergenseque, quod firmat etiàm Papadopoli, *Histor. Gymnas. Patavini*, *Tom.* 1. *libr.* 3. *sect.* 1. *cap.* 14. Sunt qui Petrum Franciscum cùm Petro Tomasi, seù Tomai Ravennate, de quo aliàs locuti sumus idem esse contendant, eâ fortasse ratione ducti, quòd memoriâ uterque polluerit, uterque de Memoriâ, arte comparandâ Libellum conscripserit; sed in hoc discrimen intèr eos constituitur, quòd Tomasi reminiscentiam à Naturâ, hic verò ab artifitio obtinuisse dicatur: Mirùm equidèm est, quod refert Pancirol. suprà laudatus loco citato, scilicèt Petrum

Fran-

Franciscum omnes nedùm Jurium Codices memoriâ tenuisse, verùm & Glossas minimas, ut ex tempore interogantibus frequentèr innotuit. Fori Cornelii Episcopum eum faciunt aliqui à Panciroli eodem nominati. Quidquid sit, tandèm Vicitiburgi obiit circà annum 1511. Ejus Opera sunt *Epitome Juris*, *Commentarium in Feuda*: *Alphabetum Juris*: *Interpretationes in Libros Decretalium*: *Repetitio in C. intèr cætera, de Immunitate Ecclesiæ*, & *Phœnix*, sive *de Arte memoriæ comparandæ*. In Ravennatis nostri laudibus exponendis sunt Marcus Mantua, *in Epitome Viror. Illustr. n. 209.*, Fabri, *Memor. Sacr. di Ravenna par. 1. fol. 219.* & alii. Nos, ut verùm fateamur, Petrum nostrum, & Petrum Tomasi unum, eumdemque esse credimus.

JOANNES ARCULANI Veronensis Borsii Estensis I. Ferrariæ Ducis Medicus celeberrimus, in Bononiense, Patavino, ac in Gymnasio nostro professor. Scripsit multa Medica, præsertim verò *Commentarium supèr quartum Fen Avvicennæ*, & *Expositionem Libri Noni Rhazè ad Almansorem*. Ferrariæ obiit anno 1469., ac tumulatus est in antiquo Templo S. Dominici, hoc cùm Epitaphio, quod habemus apud Guarini, *Chiese di Ferrara*, *libr.* 3.

Herculeo Arnulphus genitus sacra saxa Joanni
Hæc statuit meritâ prò pietate Patri:
Ille vir Hippocratem Medicum, & Apollina vicit,
Atquè fuit nostro tempore verus Apis.
Doctrinæ præclara suæ monumenta reliquit,
Multaque per doctos scripta Joannis eunt.
Codicibus Febres, Pestes, cunctosque nocentes
Corporibus morbos scripsit in orbe tribus.
Plura salutifero Verona exultat alumno,
Hujus enim medicam Mundus adorat opem.
Sub Duce quem Borso clarum Ferraria vidit,
Fataque corpus habent, cætera cuncta Deus.

De Joanne nostro videas etiàm Cl. Papadopoli, *in suâ Gymnas. Patavini Historiâ*, & March. Scipionem Maffei, *Verona illustrata*, *part. 2. libr. 3.*

BAPTISTA GUARINI Ferrariensis, Guarini Veronensis filius, Orator, ac Poeta clarissimus, utroque in sermone, Græco scilicèt, Latinoque potens, & Patri in Ferrariensi Humanarum Litterarum Cathedrâ successor meritissimus. De ejus laudibus

tibus satis supèrque dictum putemus, si tantummodò in medium protulerimus, illum à magno Pico Mirandulano Magistri sui nomine fuisse nuncupatum. Guarini *Chiese, lib. 3.* Virum summæ probitatis, ac eruditionis, suique à puero Præceptorem vocat etiàm Lilius Gregor. Girald. *Dialog. 1. de Poetis suorum temporum.* A Neapolitano Rege Senatoris titulo fuit decoratus, itèmque pro Borsio Ferrariæ Duce ad Gallorum Regem legatione felicissimè functus est, quapropter ad Patriam reversum Princeps optimus amplissimis muneribus cumulavit, prædiis præsertim in Policino Rhodigiensi, quæ in hodiernam usque diem *Le Guarine* vocantur. Scripsit autèm Baptista, & quidèm elegantissimè *De Epicureorum Sectâ*: *De docendi Methodo*: *De Regni administratione*: *Opera Divi Gregorii Nazianzeni* è Græco sermone in Latinum transtulit: Ejusdem etiàm *Dialogi*, *Orationes*, *Poemata*, *aliaque carmina* circumferuntur, quorum fragmenta nonnulla in primâ hujus Operis parte edidimus. Nunc verò lepidum carmen Elegiacum integrum, undè ea excerpsimus, prout jacet in Finiano MS. apùd Hæredes celeberrimi olim Viri Cæsaris Favalli, post Elogium infrascriptum dabimus. Cæterùm à Guarini patris obitu, usquè ad vitæ exitum in Lyceo nostro legit Baptista, eique defuncto in D. Pauli Templo sequens Elogium positum est.

Baptista, Guarini fil., vir tantæ apùd omnes sui Sæculi litteratos existimationis, ut Joann. ille Picus Mirand. cognom. Phœnix Præceptorem hunc appellare non dubitaverit. Legationem in Galliam pro Borsio primo Duce Ferrariæ splendidè obivit. A Renato Andegavensi Duce, Neapolitanoque Rege Senatoria dignitate, ab ipsomet Borsio, ejusque Successore Hercule magnificis muneribus, & honoribus insignitus.

Guarini, *Chiese di Ferrara lib. 3.*, Agostino Superbi, *Huomini illustr. fol.* 106., & alii. Carmèn autèm, de quo suprà hujusmodi est.

Clarissimus Baptista Guarinus Danieli Fino Scripturæ publicæ Magistro petit ex ejus Salario Nummos.

Cras mihi cùm Nautis nummaria pugna futura est,
Det vires, Daniel, Zonula plena suas.
Plus tibi, quàm Zonæ, Daniel debebo, papyrus
Si mihi plura ferat tortilis æra sinu;

Nam

Nam mea si ratio numeri benè calluit artem
Lux etiàm libras bis petit ista decem,
Zonula succurrit, ceù pleno copia cornu,
Quod tibi, quam nobis gratiùs esse reor.
Si talem servet nobis levis aura tenorem,
Decurret placido tuta carina salo.
Ille tuum per me sibi quærere tentat amorem,
Compos erit vòti, si mihi largus eris.
Eccquid spes hodiè frustratur Zonula nostras?
An tua præproperam Gratia præstat opem?
Zonula portavit nummos, quibus addidit ultrò
Multa tuo inductus verba patrocinio.
Undè tibi innumeras, atquè illi debeo grates,
Ipsius, & nostri fac memor, esse velis.
Cùm tibi palma bonos intèr tribuatur Amicos,
Ut redeat plena, fac puer iste manu.
Quod cupis in nostro Daniel clarescere libro,
Non opus est, scriptis clarus es ipse tuis;
Sed memorare tamèn volui tua nomina versu,
Sit liber ut nostræ testis amicitiæ.
Te rogo, Amicorum princeps, & norma meorum,
Ut solito nobis plena sit ære manus:
Suppudet (hoc fateor) sed cogor poscere nummos,
Quos à me hìnc structor flagitat, indè Faber.
Tot libris fer opem, quot sydera mersa sub undas,
Quotve suprà terras signifer orbis habet:
Dum mihi des senas promisso tempore libras,
A dando, Daniel, nomina vera tenes:
At si nil dederis, tùnc altera fiet origo
Nominis; est Daniel, qui dare nil potuit.
Fine, dabis finem tectis carissime nostris,
Si modò promissam ferre sequaris opem:
Antè igitùr senas nobis det Bruzia libras,
Quàm sol occiduo gurgite mergat equos.
Quandò finis erit tàm longi, Fine, laboris?
Quandò erit, ut non me sorbeat ista domus?
Obvius ipse potes tantis cruciatibus ire,
Fac modo ne redeat gnatus inanis ope.
Tàm mihi deficiunt, Daniel, in carmina vires,
Ut non sint meritis inferiora tuis.

Verùm

Verùm ope si solitâ potero contingere metam,
Ingeniosa tibi Carmina sæpè feram;
Tot libras igitùr pueri mihi dextra reportet,
Quot sum conatus versibus ista loqui.
Si quæras ubì tot possim consumere nummos,
Hoc unum, Daniel sufficit; ædifico;
Suscipit Herculeos, experto crede, labores,
Qui se cum Fabris impleat, & gerulis.
Tàm minùs optatur jactatis æquore portus,
Quàm cupio tali colla levare jugo;
Quod facere ut possim, labenti porrige dextram,
Dextram, quæ solito sit gravis ære tamen.
Miraris, quòd non solùm tibi carmine grates?
Ut mihi des nummos Carmina nostra rogant;
At si festines dando præcedere versus,
Carmina tùnc grates posteriora ferent.
Sponte igitùr nobis aliquandò nummismata mitte,
Et tibi sic duplò gratia major erit.
Non ità caucaseâ laceratur rupe Prometheus,
Diripit ut loculos improba turba meos.
Marmora, calx, lateres, tabulæ, structorque, faborque
Rodunt exhausti viscera Marsupii;
Tàm Titii fibras opus est mihi, Fine, renasci,
Ut durent avidis pabula vulturibus.
Aspice, quo nostræ ceciderunt fata procellæ,
Pœnam pro magnâ poscere cogor ope;
Nec mea sedantur fidibus tormenta canoris;
Sola suo possunt æra levare sono.
Tandèm prospicio turbato ex æquore portum;
Longa fuit loculis ista procella meis;
Et nisi flexissem te naufraga vela Magistro,
Esset in insanis obruta linter aquis;
Tu fractos reficis remos, salvumque reducis;
Tu mihi Leucothoe, tu Melicerta venis;
Nè tamèn in scopulos referar tibi, Fine, cavendum est,
Ne rapiant quassam flamina sæva ratem.
Turpe est Rectori, tumido quos servet ab æstu,
Si sinat in tuto præcipitare vado.
Vix ego credebam, Veterum quod fabula narrat,
Threiciæ cantum saxa secuta lyræ;

Tu facis hoc Daniel, certum mihi posse videri,
Cum calcem, & lapides nostra Camœna trahat;
Non igitùr sterili Musas sectamur aratro;
Hæ quoquè dant spicas, & bona farra Deæ;
Quamvìs apportent Lucæ sacra festa labores,
Dant tamèn hi nobis gaudia multa dies:
Non me terrebunt geruli, structorque, faberque,
Cum mihi, Fine, ratam pollicearis opem:
Non impura cohors fessas circumstrepet aures,
Sed cinget nostrum docta Caterva latus;
Delitiæque meæ veniet studiosa Juventus,
Et mihi cum Musis dulcior usus erit.
Tu modò fac Vates, Titus ut nova gloria Vatum
Plura debìnc Vati conferat æra suo;
Ædibus affectis, possim ut servire Camœnis,
Extremam imponat copia larga manum.
Dùm procùl à nostris superessent otia Musis
Otia, Fine, tibi carmina multa dabant,
Postquàm Pierii nobis rediere labores,
Carmine non opus est, jam petit æra labor:
Cum procùl à Musis, Daniel, me vivere dixi,
Erravi; moriar, si procùl esse queo;
Nam licèt in varios distractus sæpè labores
Cirræis cogar vertere terga Deis;
Festinus redeo, & mirâ dulcedine captus
Mersor Castalio guttur ad usquè lacu;
Præcipuè cum tu nostram tuearis abundè,
Et foveat largo Strozzius ære lyram.
Si quid nostra tibi jucundum Musa reliquit,
Fac redeat pueri, Fine, gravata manus.
Non tantùm nummos perdit, qui construit ædes,
Sed fugat Aonidas, ingeniumque terit.
Si mihi scribendi tempus labor improbus aufert,
Debet cura tibi non minor esse mei.
Dimidium laudant Ascræi carmina Vatis,
Et plùs quam totum sæpè valere ferunt.
Non ità sum sapiens, non sum tàm, Fine, modestus,
Pro toto ut malim, te dare dimidium;
Dimidium dixi pro toto sumere nolle,
Contentum nihilo me fore, Fine, putas.

Dum

Dum loquimur, Daniel, dum frustra poscimus æra,
Pegaseo fugiunt tempora vana gradu;
Quod thus auxilium præstat jàm luce carenti,
Id nobis, Daniel, scripta dedere tua.
Te precor, ut fiat Petro scriptura Sacrato,
Librarum quater est hæc tibi summa decem;
Exigere, aut fallor, solet has Antonius ille,
Nomine qui Faber est, nec tamèn arte faber,
Pallida cui facies, & naso exilis acuto,
Herbea cui resident lumina fronte brevi,
Nec legit ille notas, vitreos nisi summat ocellos,
Prima senecta homini est, raraque canities,
Obducit rugosa cutis tabentia membra,
Lividulos dentes tenuia labra tegunt,
Vestibus incedit defenso corpore nigris,
Quique operit canos hic solet esse color,
Conatu magno rarissima verba profatur,
Invenies illo lentius ore nihil;
Quid tibi plura loquar, Daniel, cui cognitus ille est?
Notus ab his signis cuilibet esse potest.

ANTONIUS JOPO Grammaticus à Civitate conductus anno
1461 1461., ut patet *ex Memoriali dicti anni*, *pag.* 30.

NICOLAUS de FIESSO Ferrariensis Decretalium Doctor, eodem anno conductus, ut *in citato Memorial. pag.* 11.

NICOLAUS BARDELLA Ferrariensis: Hic paritèr Decretalium in Studio nostro Lector fuit, ut *ex Memoriali prædicto an-*
1461 *ni* 1461. *pag.* 36. constat, & *ex Rotulo Lectorum anni* 1473., quem primò completum habemus in Memoriali anni ejusdem; Fuit autèm Nicolaus, primò Ecclesiæ Savanuzzi Ferrariensis Diæcesis Rector, deindè Cathedralis Canonicus, ut liquet ex citatis locis, & id ultrà *ex dicto Memorial. anni* 1473. *pag.* 29.

FELINUS SANDEO Ferrariensis, insignissimus Pontificii Juris Interpres, ac splendidissimum Patriæ nostræ lumen: A Francisco Aretino, & Bartholomeo Bellincini in legali scientiâ fuit eruditus, Ferrariæque maximâ cùm laude docuit per annos plures, ibiquè Antonium Franciscum Dottori, & Georgium Natta concur-

cur-

currentes habuit. Pancirol. *lib. 3. cap. 42.*, & *Memorial. del 1472.*; *fol. 15.* Pisis deindè professus est, Romam tandèm doctrinæ, virtutumque suarum Theatrum habuit, ubì circà annum 1488. à Pontifice Summo intèr Romanæ Rotæ Auditores cooptatus est, ac deindè Lucensis Ecclesiæ Infulâ insignitus: Romæ decessit 15. Kal. Septembris anni 1503., infrascriptis operibus post se relictis, videlicèt *Commentariis in Decretalium Libros: Tractatibus ad initiatum ab Abate opus: De Jure Patronatus: De Constitutionibus: De Rescriptis: De tre uâ, & pace: De lite contestatâ*, & *De Fide Instrumentorum*, aliisque: Latinè etiàm compendiosam de Regibus Neapolitanis Historiam scripsit, quam Alexandro VI., cujus à Secretis fuerat, dicavit: Ipsius MS. Originale Alexandro dicatum, Borgiæ Domus insignibus elegantèr pictis in fine decoratum vidimus in Librariâ supellectili doctissimi quondàm Præceptoris nostri Cæsaris Parisi Favalli, & apùd eum legimus, antequàm eo Palatinum Prælatum donaret. De Felino nostro scripsere etiàm Marchesi *de Viris illustr. Galliæ Togatæ*, *lib. 2. cap. 2.* Libanori, *Ferrara d'Oro*, *pag. 91.*, Sardi *Histor. Ferrar. lib. 6.* in fine, Superbi *Apparat. Huomini illustr. pag. 6.*, & alii.

GEORGIUS VALLA Humanarum Litterarum professor insignis: Hunc in Ferrariensi Lyceo docuisse credimus, innixi testimonio Antonii Baldassari, *Ristretto delle Vite dei Personaggi illustri*, *fol. 336.*, ubì inquit, Ponticum Virunio Bellunensem in Rhetoricâ fuisse institutum à Valla prædicto, & Baptistâ Guarini, in Philosophiâ à Nicolao Leoniceno, in Astronomiâ à Petro Bono dall'Avvogaro, & in Mathesi à Ludovico Jusberti Heremitâ, quòd apertè indicat, eum Ferrariæ studuisse, nàm Baptista Guarini Senior, Petrus Bonus, & Jusberti in Ferrariensi Academiâ tantummodò Lectores fuerunt, ibidemque Leonicenus annos plurimos, usquè ad extremum vitæ diem, docendo transegit: Ex his argui posse credimus, Valla etiàm Ferrariæ fuisse professum.

PETRUS BONUS AVVOGARI Ferrariensis claro ortus genere, Philosophus, Medicus, Astronomus, Astrologusque, si quis alius, doctissimus, ac multiplici scientiarum ornamento insignis: Hic Astrologiam in Universitate nostrâ legit ab anno 1467., usquè 1467
ad annum 1506., ut patet *ex Registro Decretorum Civitatis dicti anni 1467., signato M., pag. 82.*, & *ex Rotulo Memorialis anni 1473., ac sequentium*. Ferrariæ mortuus est, ac in Templo Divì Francisci tumu-

tumulatus: Tantì verò apùd Litteratos est habitus, ut ejusdem Imago ære cusa fuerit: Ex his unam servat D. Joseph Antenor Scalabrini Concivis noster, Antiquarius eruditissimus; cernitùr autèm in anticâ nummismatis parte Avvogari effigies, hac Epigraphe circumdata, nempè *Petrus Bonus Avvogarius Ferrariensis, Medicus insignis, Astrologus insignior*, In posticâ verò hæc leguntur, videlicèt *Æsculapius, Uraniæ opus Sperandei*.

JUSTINIANUS BONDINARI Ferrariensis, recolendi nominis Jurisconsultus in Studio nostro Lector, qui doctissima Consilia edidit, quorum tria præsertìm impressa habemus *in Tomo 2. Collect. Consil. Criminalium Joannis Baptistæ Ziletti*, scilicèt *Consil.* 54. 103., *&* 104. Ejus corpus Ferrariæ in Divi Andreæ Templo requescit. Guarini, *Chiese*, *lib.* 5., & Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 175.

HIPPOLYTUS BONACOSSA Ferrariensis: Nobilissimâ ortus Stirpe Legum studio operam dedit, & intèr celeberrimos ævi sui Jurisconsultos locum habuit: In patriâ Universitate docuit, ediditque *Volumen Quæstionum Criminalium: Aliud Quæstionum Civilium; Aliud Quæstionum Legalium, in Materiâ Equorum: Tractatum de Servis, & Famulis*, & alia: Si Hippolytus noster ille est, qui, juxtà sententiam Auctoris Tabulæ *in fine alle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni* Ferrariæ impress. anno 1713. per hæredes Pomatelli, librum Hætruscorum Rithmorum edidit, impossibile est, eum usquè ad annum 1591., ut ibì supponitur ætatem produxisse: Dicendum est igitùr, Auctorem Rithmorum fuisse Hippolytum Jurisconsultum à nostro alterum, nobis penitùs incognitum: Nostri corpus Ferrariæ, in Divi Francisci Templo, apùd præclarissimos Majores suos tumulatum est. Guarini, *Chiese*, *lib.* 4., Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 180., & Wolfang. Freymonio, *in Elench. Scriptorum Utrius. Juris*, *pag. m.* 53. *&* 82.

ACCURSIUS de MONTEFIORE: Esse hunc credimus, vel Accursium Lucardelli, qui anno 1467. Ferrariæ Potestas fuit, ut referunt Annales nostri, vèl, nisì idem fit, Franciscum Accursii Regiensis filium, insignem Juris Interpretem, de quo loquitur Panciroli, *lib.* 2. *cap.* 42. Bononiæ, & etiàm Ferrariæ docuit: *Memo-*
1465 *riale dell'anno* 1465. *fol.* 203.

FRAN-

FRANCISCUS MARESCALCHI Ferrarienſis: Platonicum Philoſophum, & profectò inſignem fuiſſe coligimus ex tribus Epiſtolis Marſilii Ficini, ad eum datis, in quibus, Egregium, & dilectum Conphiloſophum ſuum illum appellat: Epiſtolarum prædictarum prima 11. Septembris anni 1474. ſignata reperitur, in Volumine Epiſtol. dicti Ficini Editionis Baſileenſis Henricpetr., lib. 1. pag. 644. ſecunda, lib. 3. pag. 738., & tertia, data anno 1477. lib. 4. pag. 776. Mareſcalchi in Gymnaſio noſtro docuiſſe certò non conſtat, probabile tamèn credimus.

GULIELMUS de VIGNOLA Medicus à Civitate conductus anno 1465., ut Epidemicâ lue tactos curaret: *Memoriale di detto anno*, *pag.* 190. 1465

EGANUS FIORINI *in Regiſtro Publicorum Decretorum anni* 1466. *ſignato M.*, *pag.* 59. sìc deſcriptus habetur, videlicèt *Egregius Artium*, *& Medicinæ Doctor S. Eganus M. Egani Gerardi Pictoris*. 1466

JACOBUS MAGETTI Medicus, prò curatione peſte laborantium, anno 1476. conductus; *Memoriale di detto anno*, *pag.*83.

JACOBUS de PUTEO Alexandrinus: Parente ſcilicèt Alexandriâ à Paleâ expulſo natus Juris Conſulti eximii nomen aſſecutus eſt: Hunc in Ferrarienſi, Bononienſi, Ticinenſi, Patavino, ac Taurinenſi Gymnaſiis, ſummâ Auditorum frequentiâ docuiſſe ſcribunt Pancirol. *lib.* 2.*cap.* 107., & Papadopoli, *Tom.* 1. *ſect.* 1. *cap.* 12. Multa ſcripſiſſe dicitur; hæc tantùm edita ſunt, nempè *Interpretationes in II partem Infortiati*: *In I. partem Digeſti Novi*: *Diſputationes de Monetis*: *Allegatio in materiâ Confinium*: *Fragmenta quædam in Jure Civili*: Deceſſit Mediolani Senator antè annum 1486.

JOANNES de GAIBANA Ferrarienſis, Medicus conductus anno 1496., proùt patet *ex anni prædicti Memoriali*, *pag.* 65.

LUCAS de RIPA Ferrarienſis Regio oriundus, Grammaticus, Orator, ac Poeta inſignis fuit: Hic primùm anno 1468.; ad docendum Grammaticam pueros à Civitate conductus, deindè ad Poeſis Cathedram in Studio noſtro exercendam aſſumptus eſt *Me-* 1468

morial. dell'anno 1468. *fol.* 105., & *Memorial. del* 1487. *fol.* 28. Lucam Præceptorem ſuum fuiſſe ſcribit celeberrimus Latinus Poeta noſter Hercules Strozza, eidemque Elegiam inſcribit, quæ quinta eſt, in ordine Aldinæ editionis; aliàm verò dat Titus Srozza Pater, *Heroticon lib.* 6. Ripâ noſtro doctore ſe etiàm aliquandò uſum, dùm puer eſſet, ſcriptum reliquit Lilius Gregorius Giraldi, *in Dialogo* 1. *Poetarum ſuorum temporum*, ac illum intèr dotes cæteras, ſyllabarum moras, & tempora mirè percalluiſſe oſtendit, undè *Syllabarum Magiſter* vulgò nuncupari conſueverat: Tanto autèm Ripa à Giraldi prædicto fuit in pretio habitus, ut eidem Syntagma de Muſis, ſequenti datâ Epiſtolâ dicarit.

Lilius Gregorius Giraldus Lucæ Ripæ Præceptori.
S. D.

De Muſis puer olìm ſyntagma ſcripſeram, doctiſſimè Luca Ripa, verùm cùm aliquandiù intèr Schedas meas, ne potiùs dicam nugas delituiſſet, fortè fortunâ, cum eas nupèr revolverem in manus incidit: iterùm cognovi, placuit, ſed ut indulgentioribus parentibus tenelli filii. Quarè veritus, ne me amor fefellerit, mitto ipſum ad te velutì Litterarum Solem, exemplo ab Aquilâ d. ſumpto, ut de eo periculum faciam. Scio multos de Muſis antè me ſcripſiſſe, ſed hoc modo neminem: nàm Cornutus, quem Pharnutum quidam appellant, & Fulgentius, aliique ſolo capite eas notaſſe contenti fuerunt: Nos quoque minoris etiàm impendii ſcrutati fuimus, cùm præcipuè pueris pueri ſcriberemus. Vale. Mediolani, nonis Maii MDVII.

Ad Lucam noſtrum, cujus magnum apùd Litteratos nomen fuit, hoc à Hieronymo Balbi Gurcenſe miſſum legimus Epigramma, *impreſſum in Tom.* 1. *Delitiarum Italorum Poetar. recollect. per Ranutium Ghero, pag.* 327.

Ad Lucam Ripam.

Deſine divitias natis cumulare ſuperbas,
Divitiæ parvo tempore namque fluunt,
Non ità præcipites alterno vortice cymbas
Verſat arenoſo Scylla proterva mari;
Non ſic incertis agitantur fluctibus undæ,
Ut ſors inſtabiles impia verſat opes;

Munera

Munera nulla valent natis majora Parentes
Linquere, quam laudis nomina clara suæ.

ANTONIUS TEBALDEO Ferrarienſis Legum Doctor, itèmque Latinus, ac Italicus Poeta intèr inſigniores enumerandus, meritò idcircò laudatus ab immortali Vate noſtro Ludovico Arioſto, in ſuo Furentis Rolandi Poemate, his carminibus

Noma lo ſcritto Antonio Tebaldéo,
Ercole Strozza, un Lino, & un Orféo.

In Patriâ Univerſitate eum profeſſum fuiſſe ſcribit Abbas Antonius Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol.* 37., an verò Jura docuerit, vel Humanas Litteras reticet: Edidit. *Volumen Carminum Latinorum: Carminum Italicorum*, & fortaſsè alia: A multis magnâ cùm laude memoratur, quos intèr Paulus Giovio in Elogiis, & Lilius Gregorius Giraldi, *in primo Dialogo Poetar. ſuorum temporum*. Hercules Strozza ad eumdem dat Elegìam, *in libr. Elegiar. ſuar. impreſſam*. In Latinâ Poeſi Antonium noſtrum commendat etiàm Jo: Marius Creſcimbeni, *Hiſtor. della Volgar Poeſia, lib.* 2. *n.* 12. *ad annum* 1480., arguit verò, quòd à Petrarcæ Scholâ in Italicâ Poeſi diſcedens, novæ ipſe liberioris Scholæ Auctor, princepsque fuerit: Ut ut ſit, magna eorum temporum, ac ſequentium Ingenia Ducem noſtrum ſunt ſecuta. Cæterùm Ludovicus Caſtelvetro acerrimus Litteratorum Criticus, in Opere, cui titulus *Ragioni di alcune coſe, ſegnate nella Canzone di Annibal Caro*, Tebaldeo noſtrum appellat *Uomo di reverenda, e grande auttorità, per le ſue ſingolari virtù, e per la ſua rara Dottrina*. Floruit autèm circà annum 1480.

JUSTINIANUS CAVITELLI Cremonenſis Eques, Legum profeſſor inſignis, qui in Studio noſtro circa annum 1469. publicè 1469
docuit, ut *ex Libro Memoriali anni prædicti, pag.* 144. evincitur. Ab Huniade Pannoniæ Rege Ungarico Senatui Præſes datus, apùd Belgradum deceſſit anno 1485. Ariſi Cremon. Litterat. *Tom.* 1. *ad ann. prædictum.*

CORTESIUS de MUTINA præclarus Juris Conſultus, præſertìm memoriâ pollens: Hic in Univerſitate noſtrâ Jura interpretatus eſt, Borſii Ducis tempore, & Carolum Ruini in Lecturâ concurrentem habuit; cum autèm in certaminibus Corteſius Leges plurimas memoriæ mandatas extempore recitaret, reponebat

Ruini, illum utiquè eorumdem verba tenere, non sensum: An id jure dixerit, aliis relinquimus judicandum. Ultrà Pancirol. *lib.* 2. *cap.* 143. Cortesium Ferrariæ legisse meminit Ludovicus Vedriani, *Istoria di Modena*, *lib.* 17.

VINCENTIUS PALEOTTI Bononiensis, Genere nobilis, Legum studiis addictus, celeberrimum intèr Juris Consultos nomen adeptus est: Joanni Bentivoglio Bononiæ Principi admodùm charus fuit, Bononiæque, & deindè Ferrariæ sùb Hercule primo Duce Jura publicè interpretatus est: Ejusdem doctissima extant *Responsa*, & alia: Bononiæ obiit anno 1498., ac filiorum octo, quos genuerat humeris ad Ecclesiam D. Jacobi delatus, magnificè ibidèm tumulatus est: Pancirol. *lib.* 2. *cap.* 149., & Marchesi, *de Vir. Illustr. Galliæ Togat. lib.* 2. *cap.*2., qui Anglorum Regis Equitem illum appellat, tractatumque *de Arte* edidisse commemorat.

PAULUS de BARBOBUS Soncinas, Ord. Prædicatorum, Philosophus, ac Theologus insignissimus, Soncinas Doctor antonomasticè nuncupatus: Mediolani, Ferrariæ, Senis, ac Bononiæ Philosophiam publico conductus stipendio docuit, tandèmque Cremonæ decessit anno 1494. Ejusdem Opera publici juris facta, sunt *Elegantissima expositio in Artem veterem Aristotelis, cùm quæstionibus: Quæstiones Metaphysicæ: Epitome Quæstionum Joannis Capreoli supèr libros Sententiarum: Quæstiones in octo Libros Physicorum Aristotelis: Commentaria in decem Aristotelis Prædicamenta, & Commentaria in quinque Porphirii prædicabilia*, hæc autèm omnia fusiùs refert doctissimus Franciscus Arisi, *in suâ Cremonâ litteratâ, Tom.*1. *pag.*372.

JOANNES GATTO Messanensis, Ord. Prædicatorum, natus anno 1440., Philosophus, Theologus, Mathematicus, ac Orator præclarissimus: Egregiè etiàm calluit Græcorum linguam, quàm ut disceret, in Græciam contendit. Florentiæ, Bononiæ, ac Ferrariæ, publicè summâ cùm laude docuit; intèr nos autèm diù; meritis deindè suffragantibus Cefalù primò, postmodùm Cattaniæ Episcopatum obtinuit; Messanæ tandèm mortuus est, ac in Metropolitanâ dictæ Urbis Ecclesiâ tumulatus: *Orationes quamplures ad Romanos Pontifices elegantissimè* scripsit. Silvester Maurolico, *Mare Oceano di tutte le Religioni*, *lib.* 3. *fol.* 244. His addendum, quòd vir iste insignis Sacræ Theologiæ Doctoralem gradum, in Almo Ferrariensium Theologorum Collegio consecutus est, ut

ut patet *ex Albo Doctorum* hujus facultatis, ad finem Operis reservato.

TEBALDUS de BASILEA Medicus à Civitate nostrâ conductus anno 1472. *Memorial. di detto anno fol.* 40.

Anno 1473. *completi Lectorum Rotuli haberi incipiunt in Libris Rationum Publicarum vulgò* Memorialium *Communis Ferrariæ, quapropter Rotulum anni uniuscujusque, in quo primùm Rectores, Reformatores, Lectoresque Universitatis descripti sunt, & Librum Memorialis, in quo Rotulus registratus reperitur, hic indicare incipimus.*

Rotulus in Memoriali anni 1473.

JACOBUS de ARGENTINA Universitatis Scholarium Legistarum celeberrimi Ferrariensis Gymnasii Rector. 1473

ALBERTUS TROTTI Ferrariensis, optimus Juris Consultus nobilissimo ortus sanguine, in Patrio Gymnasio Juris Canonici Lector: Scripsit *De perfecto Clerico*: *In cap.* 1. *Presbyter. de celebrat. Missar.*, *supèr tert. Decretal.*, & *Juris Responsa* doctissima: In D. Francisci Minorum Conventualium Ferrariæ Templo ejus ossa conquiescunt: Guarini, *Chiese di Ferrara lib.* 4., Augustinus Superbi, *Apparato delli Huom. illustr. di Ferrara*, *fol.* 64., & Wolfangus Freymonio, *in Elench. Scriptor. Jur. Utriusque pag. m.* 44.

MARINUS de CALABRIA J. U. Doctor.

DOMINICUS BERTOLINO de MASSA Ferrariensis: Hic paritèr in Almâ nostrâ Universitate Jus canonicum interpretatus est, usque ad annum 1499., Albertum Trotti, ac Felinum Sandeo in Cathedrâ concurrentes habens: Celeberrimi Juris Interpretis titulo decoratur à Pancirol. *lib.* 2. *cap.* 129.

LUDOVICUS PAOLUCCI Forolivienfis Juris Interpres insignis in Lyceo nostro Canonica Jura docuit, Trotti, ac Sandeo concurrentibus: Deindè anno 1483. ad Ferrariæ Præturam, ejusdem doctrinâ, ac probitate suffragantibus assumptus est. *Memorial. dell'anno* 1483. *fol.* 24.

ANTONIUS dai LIUTI Ferrarienſis Juris Conſultus doctiſſimus, ut ex ejuſdem *Reſponſis*, quæ adhùc extant, patet: Sunt autèm impreſſa in Voluminibus quorumdam Conſulentium Ferrarienſium, præſertìm *intèr Reſponſa Joannis Mariæ*, & *Jacopini Riminaldo*, quorum *in Volumine* 4. *Conſil.* 717. Antonii noſtri eſt, ut de aliis taceamus: Ejuſdem eſt etiàm *Conſil.* 18. *in Tomo* 2. *Collect. Conſil. Crim. Joannis Baptiſtæ Ziletti*: Diutiſſimè, nempè uſquè ad annum 1510. in Patriâ Univerſitate ſummâ cùm laude docuit: Illum Juris Conſultum primi nominis, multæque virum prudentiæ appellat eruditiſſimus Cælius Calcagnini, *in Dialog.* cui titulus *Equitatio*. Ferrariæ obiit, ejuſque corpus in D. Franciſci Templo requieſcit, hoc cùm elogio.

D. O. M.

Ant. Leuto Pontificii, Civiliſque Juris Conſultiſſ. vitæ ſinceritate, religioneque nulli poſtponendo. Jo: Franc. Calcaneus Juriſconſult. conſumatiſſ., & Ducal. Conſil. hic pietatis ergò. FF.

Guarini, *Chieſe*, *lib.* 4., & Panciroli, *lib.* 2. *cap.* 129., ubi eum in Ferrarienſi Lyceo legiſſe memorat.

ANTONIUS VINCENZI Ferrarienſis: Hic quoquè præclarus Legum Doctor fuit, Gymnaſiique noſtri Lector, ut ex ſequenti conſtat elogio, quod in Templò D. Franciſci Ferrariæ, ac in Sacello Reſſurectionis Lazari, ubi ejus oſſa condita ſunt, extat: Illud à Guarini omiſſum refert Patruus meus Andreas Borſetti, *Supplement. al Guarini delle Chieſe*, *pag.* 84. Hujuſmodi autèm eſt.

Alberto, & Antonio Nicolai Vincentii Filiis, innocentiâ, ac Juris peritiâ Clariſſ., qui magnâ frequentiâ profeſſi ſunt, ac publicè e Jure reſponderunt, Franciſcus Nepos eorum poſuit Anno Domini MDXXXI. Menſ. Aprilis.

LUDOVICUS de FONTANA J. U. Doctor.

AUGUSTINUS BONFRANCESCHI Ferrarienſis, Ariminenſis etiàm dictus Ugulinum præclariſſimum Juris Conſultum, qui Criminalem Textum magno in pretio habitum edidit, patrem habuit, fuitque in Utroque Jure verſatus adeò, ut Romæ Advo-

cati

cati Concistorialis, Ferrariæ deindè Consiliarii Herculis I. Ducis munera dignissimè obierit: Hoc suadente, Nicolaum Estensem Leonelli Marchionis filium, qui Ferrariâ potiri gestierat capite mulctatum asserit Cælius Calcagnini, *in Vitâ Herculis MS.*, cùm enìm Augustinus Herculem ergà Nicolaum ad misericordiam ferri animadvertisset, illum ad ultionem de hoste summendam concitasse dicitur, vulgare illud effatus, *Mortuum hominem non pugnare*. Obiit Bonfranceschi die 11. Aprilis 1479. Scripsit etiàm Augustinus *supèr 2. Infortiati*, ut notat Wolfangus Freymonio, *in Elencho Scriptorum Jur. Civil., & Canon. pag. m.* 15.

JOANNES MARIA dal SAGRA' Ferrariensis Juris Utriusque Doctor.

BARTHOLOMEUS SOCCINO Senensis, Mariani Soccino celeberrimi Juris Interpretis filius: Bononiæ cùm Alexandrum Tartagni, & Andream Barbazza, Pisis Franciscum Aretinum audivisset, Patrem in eadem Scientiâ superavit. Omnium ætatis suæ Juristarum clarissimus extitit; at doctrinæ lumen morum illiberalitate fœdavit; etenìm in alearum ludo, cui intemperantèr adhæserat, patrimonium consumpsit, quòd in causâ fuit, ut lautè vivendi gratiâ, pecuniæ avidiùs inhiaret: Senis publicè legit, Pisis, Pistorii, quadriennio Ferrariæ, ubi magnam cùm Felino nostro familiaritatem iniit, postmodùm Bononiæ, ac Patavii: *Commentaria acutissima, ac Responsa* cùm edidisset, tandèm anno 1507. in Senarum Suburbio obiit, publicoque Senensium ære extrà Urbem in Observantiæ Ecclesiâ apùd majores suos depositus est; consumptis etenìm opibus, nihìl in ejus censu inventum est, undè funerum sumptus comparari possent. Pancir. *lib. 2. cap.* 26.

FEDERICUS MARGOTTI Ferrariensis Jur. Utr. Doctor, & quidèm insignis: Hic autèm annò 1491. Faventinæ Urbis Prætor, vulgò Potestas, fuit, quod dùm obiret munus, rebellionem adversùs Astorgium Manfredi Adolescentulum Civitatis Principem perpetratam repressit, adeò ut magnam ex eo gloriam fuerit consecutus. Cæsar Tonduzzi, *Cattalogo dei Governatori, e Podestà di Faenza*, & Hieronymus Bonoli, *Histor. di Lugo lib. 3. cap.* 23.

JOANNES MARIA RIMINALDO: Ferrariensis Familiæ Riminaldo genus deducit Guarini, *Chiese lib.* 4., cùm aliis Nos-

tratibus à Susinello Salinguerræ I. Torelli fratre: At Guido Pancirol. *lib. 2. cap. 120.* illud ab Arimino Urbe originem duxisse scribit, ac ex eo descendentes, à Patria, Rimini primùm, deindè Riminaldo fuisse appellatos; immò Marcellum ex eadem Familiâ Venetias Lares transtulisse perhibet, cujus deindè nomine ipsius filii Marcelli dicti sunt, undè Patritium Marcellorum genus ortum asseritur; Utcumquè se res habeat, nobilitatis fons uterque clarissimus. Joannes Maria Jurisconsultus, si quis alius, celeberrimus, Patriæ nostræ, ac totius Italiæ lumen anno 1434. natus, Bononiæ in Legali scientiâ Alexandrum Tartagni Præceptorem habuit; cùmque maximè profecisset, anno 1473. in Patrio Lyceo Juris Civilis Cathedram consecutus est, ac in eâ per annos 24. magnâ Auditorum frequentiâ docuit, Ludovicum Bolognini, Bulgarinum Senensem, Armanum Nobili, Cosmam Pasetti, & Joannem Lucam de Pontremulo, qui Regii lepidi Antistes fuit, respectivè concurrentes habens: Extant ejusdem in *Jus Civile Commentaria*, *& Consiliorum Volumina*, *in ævum victura*: Variis etiàm Joannes Maria, prò Ducibus Ferrariæ ad Principes Legationibus functus est, præsertìm verò prò Hercule I. ad Venetorum Rempublicam, quâ cùm quæstio, prò finibus Policini Rhodigiensis tùnc temporis orta fuerat: Tandèm Vir clarissimus in Patriâ decessit, anno 1497., ejusque corpus in Templo D. Francisci, magnifico admodùm funere apùd majores suos tumulatum est. De eo scribunt Panciro!. *De clar. Legum Interp. lib. 2. cap. 120.*, Gaspar Sardi *Histor. di Ferrar lib. 6.* Superbi, *Apparat. degli Uomini Illustr. di Ferrara fol. 59.*, Libanori, *Ferrar. d'Oro*, *part. 3. fol. 153.*, Wolfangus Freymonio, *In Elencho Scriptorum Juris Civil.*, *& Canonic.*, ac alii plures.

JOANNES JACOBUS TOREXELLA Frinianensis Jur. Utr. Doctor.

ALBERTUS VINCENZI Ferrariensis: In eodem elogio Antonio Vincenzi in Templo D. Francisci posito, quod paulò suprà retulimus, de Alberto quoquè mentio habetur: Celebris hic paritèr Legum Doctor fuit, ac in Universitate nostrâ Jus Civile est interpretatus.

JOANNES SADOLETTI Mutinensis J. C. eximius, Jacobi Cardinalis amplissimi Pater: Usquè ad annum 15[illegible] in Ferrariensi Universitate eum legisse, præsens, & sequentes [illegible] Rotuli: Mul-

Multa ſcripſiſſe dicitur, videlicèt, *Supèr Titul. de rebus dubiis* 2. *Infortiat.*, *Supèr tit. de Confeſſis* 1. *ff. nov.*, *In l. quod te ff. ſi cert. petat.*, & *In l. Hæc verba ff. de Legat.* 1., ut obſervat Wolfang. Freymonio, *in Elench. Scriptor. Juris Canon.*, *& Civil. pag. m.* 15.16. 28. *&* 32., ſed pauca tantùm *In titul. de Confeſſ.* edidiſſe: Ferrariæ mortuus eſt die 22. Novembris 1511., ut refert Paulus Zerbinati, *in ſuis MSS. Annalibus*, ejuſdemque virtuti in Eccleſiâ Cathedrali Mutinæ monumentum erectum eſt. Pancirol. *lib.* 2. *cap.* 129., & Vedriani, *Hiſtor. di Modana lib.* 18.

ALBERTUS dai LIUTI Ferrarienſis: Hunc inſignem Juris Interpretem in Almo Lyceo noſtro, Joannis Sadoletti tempore docuiſſe ſcribit Guido Panciroli, *de clar. Legum Interpr.*, *lib.* 2. *cap.* 129.

BOETIUS SILVESTRI Ferrarienſis: Ex nobili Silveſtri Familiâ Juris Conſultorum fœcundâ hic Legum, in Studio noſtro Interpres oriundus fuit: Hoc tantùm de illo conſtat, cætera ignoramus.

COSMA PASETTI Ferrarienſis: Famæ immortalis Juriſconſultus in Patriæ hujus Gymnaſio Jura publicè interpretatus eſt, Joannemque Mariam Riminaldo nactus eſt in Cathedrâ concurrentem: Legit autèm uſquè ad 1502., ut ex Rotulis conſtat: Relictis doctiſſimis *Reſponſis*, Ferrariæ obiit, ac in Templo D. Pauli ſepultus eſt. Pancirol. *lib.* 2. *cap.* 120., & Guarini. *Chieſe*, *lib.* 3. Subſcribit Paſetti noſter *Conſilio* 715. *Volum.* 4. *Reſponſorum Jo. Mariæ*, *& Jacopini Riminaldo*.

JOANNES ANDREAS VACCARI Argentanus, Legum in Ferrarienſi Studio Doctor, deindè die 20. Martii 1479. Mutinam ab Urbis illius Epiſcopo accerſitus, ut Vicariatus ejuſdem munere fungeretur. *Memorial. dell'anno* 1479. *fol.* 36.

ZACCARIAS ZAMBOTTO Ferrarienſis, Phil., & Medicinæ Doctor.

HIERONYMUS NIGRISOLI Ferrarienſis, Phil., & Med. Doctor.

MAT-

MATTHEUS dal BRUNO Phil., & Med. Doctor, ac Lector, qui obiit Ferrariæ die 4. Februarii anni 1481., ut *ex Rotulo anni ejusdem* apparet.

LUDOVICUS dai CARRI Ferrariensis, intèr Philosophos, Medicosque excellentissimus, qui ne dùm annis pluribus in celeberrimo patrio Lyceo Medicinam legit, verùm etiàm ejusdem Reformator fuit, ut videre est in Rotulo anni 1492. *Memorial di detto anno*, *fol.* 26. Ferrariæ è vivis excessit, ejusque ossa in antiquo B. Mariæ Virginis Servorum Templo, quod Arcis condendæ causà solo exequatum est, condita fuere. Guarini, *Chiese di Ferrar. lib.* 2. *In Collectione Delitiarum Poetar. Illustr. Italorum Ranutii Ghero*, *part.* 2. *pag.* 1029. extat Epigramma celeberrimi Vatis nostri Titi Strozza Ludovico datum, quod hìc promere missum facimus.

BALTHASSAR FONTANELLA DONINATO Cremonensis, Legum Doctor, ac Poeta Latinus, & quidèm insignis: In Universitate nostrâ legibus operam dedit, quo etiàm tempore Carmen elucubravit, cui Titulus *Quærimonia Dalmatiæ*, *in honorem Divi Borsii*, *ejusque Generis*; hoc autèm MS. possidetur à Cl. Vir. Hieronymo Baruffaldi: Franciscus Arisi, in Cremonâ Litteratâ, *Tom.* 1. *pag.* 303.

NICOLAUS di GIRARDINO Lendinariensis Phil., & Med. Doctor.

HIERONYMUS TURRIANUS, seù della TORRE Veronensis, Philosophus, ac Medicus insignis, qui Ferrariæ summâ cùm laude professus est, deindè Patavii, ubì è vivis excessit anno 1505. tertio Idus Februarii, ejusque cadaver à Marco Antonio filio Veronam delatum exequiis magnificis in Turrianâ Basilicâ sepultum est. Scripsit, edendaque paraverat *Commentaria continua in Galenum*: *Consiliorum libros III. De Variolis librum I. De Plantis*, *& Floribus libros II.* Papadopoli, *Histor. Gymnas. Patavini*, *Tom.* 1. *lib.* 3. *sect.* 2. *cap.* 6., & eruditissimus Eques, Italiæ decus March. Scipio Maffei, *Verona Illustrata*, *part.* 2. *lib.* 4.

LAURENTIUS MAJOLI Januensis, Philosophus, ac Medicus præclarissimus, Universitatum Patavinæ, Papiensis, & nostræ Le-

Lector, publico ſtipendio conductus, ut ex Epiſtolâ Aldi Manutii, in fronte Operis infrà dicendi patet: Ob doctrinam eximiam Laurentius Herculi I. Eſtenſi Ferrariæ Duci charus admodùm fuit: Opus Philoſophicum, cui titulus *Epiphyllides, ſeù Humanum Studium*, typis Aldi Manutii edidit, illudque Hippolyto Eſtenſi Cardinali ampliſſimo dicavit, & alia: Latinas, Græcaſque litteras etiàm egregiè calluit, ſummaque tanti Viri laus eſt, Joannem Pico Mirandulanum, & Albertum Pio Carpenſem Principes in Philoſophicis, aliiſque Scientiis diſcipulos habuiſſe. Januæ obiit anno 1501., & ſepultus eſt in Clauſtro S. Mariæ de Caſtello, tumulo hujuſmodi inſcriptione ſignato.

Laurentius Majolus magnus Medicus Patriæ decus hìc jacet, ideò Philoſophia luget. 1501. *die* 12. *Septembris.*

De Majolo multâ cùm laude ſcripſerunt Geſner., Tiraquell., Vanderlinden, Oldoin, & alii plures.

JOANNES FRANCISCUS SANDEO Ferrarienſis, Phil., & Med. Doctor, & Lector, celeberrimi Felini Sandeo fortaſsè frater, aùt Nepos.

NICOLINUS BONAZZOLI Ferrarienſis, Philoſophus, Medicuſque doctiſſimus, Græcarumque Litterarum optimè gnarus: In Univerſitate noſtrâ Philoſophiæ diù Cathedram tenuit, & Herculis I. Ferrariæ Ducis à Secretis fuit. Guarini, *Chieſe, lib.3.*, & Superbi, *Apparat. delli Uomini Illuſtr. fol.*129.

HIERONYMUS GIRONDI, Ferrarienſis, Phil., & Medic. Doctor, in Lyceo Patrio, ſummâ cùm laude profeſſus. Ferrariæ mortuus eſt, ejuſque oſſa in D. Romani Eccleſiâ requieſcunt. Guarini, *Chieſe di Ferrara, lib.* 4.

HORATIUS GIRONDI Ferrarienſis Hieronymi frater, ipſe etiàm Phil., & Med. Doctor præclariſſimus: Ferrarienſi in Gymnaſio Lecturam optimè exercuit, ſcripſitque *Conſiderationes Medicinales*, & *Commentaria* quedam. In dictâ D. Romani Eccleſiâ tumulatus eſt, & in funere à diſertiſſimo Viro Ludovico Carboni pro roſtris laudari promeruit. Guarini, *Chieſe lib.*4., & Libanor. *Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol.* 216.

AN-

ANTONIUS GIGLIOLI Ferrarienſis, Herculis I. Ferrariæ Ducis Medicus, excellentiſſimus à Guarini appellatus, *Chieſe lib. 3. fol.* 110. Hunc in Studio noſtro Lectorem fuiſſe, probabile eſt; non tamèn conſtantèr aſſerimus.

BARTHOLOMEUS de CESENA Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

ANTONELLUS dal SAGRA' Ferrarienſis, Phil., & Med. Doctor.

JULIANUS SASSAROLO Regienſis, Phil., & Med. Doctor.

ANTONIUS BENINTENDI Ferrarienſis, Phil., & Med. Doctor.

JOANNES de FERRARIA Ordinis Prædicatorum, dictus Zannetto, ex Familiâ Rafanelli Theologus celeberrimus, & publicus in Univerſitate noſtrâ Sacræ Scripturæ Lector: Multis in ſuo Ordine muneribus egregiè functus eſt, Sacrique Palatii, ob ſummam doctrinam, morumque abſolutiſſimam integritatem Magiſter fuit. Guarini, *Chieſe*, *lib.* 3., & Abate Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 250.

JACOBUS PIAMONTI MOMBELLI, Phil., & Medicinæ Doctor.

BARTHOLOMEUS de CREMA Philoſophus, ac Medicus, qui in Gymnaſio noſtro Chirurgiæ Lector fuit, ut ex præſentis, & ſequentium Rotulorum inſpectione apparet.

PALMERINUS ANGUISSOLI Placentinus, Phil., & Med. Doctor.

BARTHOLOMEUS de BRIXIGHELLA Phil., & Medic. Doctor.

NICOLAUS LEONICENO Vincentinus, Leonicenus appellatus à Leonico, ſeù Lunato Vincentinæ Ditionis Opido, ubì natus eſt: Fuit autèm Philoſophus, Medicus, Mathematicus, atquè Ora-

Orator insignissimus, Græcarum, Latinarumque litterarum peritissimus, & morum probitate eximius: Musis etiàm, ne dùm puer, sed senex quoquè feliciter operam dedit, quinimmò eundem in juvenili ætate extemporanea cecinisse carmina auctor est Lilius Gregor. Girald. *in Dialog. 2. de Poet. suorum temporum*: Claruisse illum sub Ludovico Sforza Mediolani Duce, & Carolo VII. Gallorum Rege, Patavii, at præcipuè Ferrariæ tradunt Vander Linden, *de Script. Medicis*, & Papadopoli, *Histor. Gymnas. Patavin.*, *Tom. 1. lib. 3. sect. 2. cap. 7.* Hæc autèm edidit Opera, nempè *Tractatum, quo probatur Ægris omnibus salutem, ac vitam restitui posse: Opus de Serpentibus, & Insectis Romanum Medicum Antisophistem: De Ordine doctrinarum trium: De Virtute Formativâ: Translationem Historiæ Dionis, & Dialogorum Luciani*, à se è Latino in Italicum sermonem factam: *De Plinii, ac aliorum in Medicinâ erroribus: De morbo Gallico: Præfationes in Libros Galeni*, à se è Græco in Latinum translatos, & alia: Herbarum scientiæ, quæ Barbaris in Italiam irruentibus ferè perierat, primus restitutor fuit. In Ferrariensi verò Gymnasio diutissimè docuit, nempè usquè ad annum 1510., & ultrà, ut ex Rotulis patet, Mathæsim primùm, deindè moralem Philosophiam. Quantæ verò Nicolaus Vir doctrinæ fuerit exindè arguas, quòd clarissimus Cardinalis Petrus Bembo Litteratorum hominum decus eo Præceptore se apùd nos usum fuisse glorietur, quòdque à Leone X. Pontifice O. M. eâ laudari Epistolâ promeruerit, quam refert Midendorp. *in suo Opere, Academiarum Univers. Orbis, pag.* 445. Eam nos in primâ hujus Historiæ parte edidisse meminimus; nihilominùs ad laudum Nicolai culmen, placet hìc iterùm scriptis mandare.

LEO PAPA X. Nicolao Leoniceno.

Te, & amavi profectò omni tempore, multiplicemque, & excellentem in optimarum artium studiis doctrinam tuam magnì, ut debui, feci; & nùnc etiàm Petri Bembi Scribæ à Latinis meì (qui te mirificè diligit, & Ferrariæ, in Prædominatu patris sui, admodùm adolescens cum esset, de tuo pleno fonte hausisse se præcepta Philosophiæ dictitat, rivulumque duxisse) apud me habito, multa cum tuâ laude sermone, facilè adducor, ut ad priorem meam in te benevolentiam, magno addito cumulo unicè te complectar, & prosequar, cupidusque sim, ornandi tui meritis, & præmiis, & laudibus. Id te scire volui,

volui, ut si quid esset, in quo tibi usui, & ornamento esse posset amor ergà te meus, consideres, te à me omnia, quæ velles, posse consequi. Datum quarto nonas Aprilis, Anno tertio. Romæ.

Tenui tamèn contentus censu Nicolaus, ac verè Philosophus, nihil ab amantissimo Pontifice sibi dari postulavit, Ferrariæque consistens, ibì tandèm dùm nonagesimum sextum ætatis annum ageret fato cessit, anno 1524. Memoratur autèm intèr celebriores ævi sui viros ab immortali Vate nostro Ludovico Ariosto, *Furioso*, *Cant.* 46. *ottav.* 14., ibì.

Veggo il Mainardo, e veggo il Leoniceno,
Il Panizzato, e Celio, e il Teocreno.

Ejus corpus in Templo veteri D. Dominici tumulatum est, immortalique tanti hominis nomini Epitaphium sequens, Bonaventura Pistophilo carissimo ejusdem Discipulo procurante, ab Alphunso I. Duce, & Senatu, Populoque Ferrariense positum est: Templo in nuperrimam formam reformato, ac sepulchro diruto habetur tantùm apùd Guarini, *Chiese di Ferrara*, *lib.* 3., & est hujusmodi.

D. M.

Nicolao Leoniceno Vicentino, qui sibi Ferrariam patriam maluit, ubì Ann. LX. Italos, & provinciales magnâ celebritate Græcè, & Latinè instituit; continua serie apùd Principes Estenses magno in honore habitus unus omnium magìs pectore, quam linguâ Philosophiam professus. Rerum naturæ abditissimarum experientissimus, quì primus Herbariam penè desitam, & Sylvam rei Medicæ injuria temporum negligentèr habitam in disquisitionem magnâ spe mortalium revocavit; in Barbaros conditores pertinacitèr stylum perstrinxit, & studio veritatis cum omni antiquitate acerrimè depugnavit. Annos natus Sex XC. cùm jàm æternis monumentis in Arcem immortalitatis sibi gradum fecisset, homo esse desiit. Alphonsus Estensis Dux III., & S.P.Q. Ferr. benè merenti posuere VI. Id Junii MDXXIIII. Bonaventurâ Pistophilo grato ipsius Discipulo procurante.

Sed antequàm aliò sermonem convertamus, Leoniceni ipsius lepidam sanè audiamus Elegiolam, ad Danielem Fino Gymnasii nostri Cancellarium datam: Hanc ab aliàs citato *Finiano MS.*, apùd Favalli hæredes existente, *ad pag.* 30. excripsimus.

Cla-

Clarissimus Philosophus D. Nicolaus Leonicenus Danieli Fino.

Tale tibi ingenium, Daniel, facundia tanta est,
Ut mutare queas carmina carminibus,
Plura tibi quotiès donant Epigrammata docti
Qui te mercedem sæpè favente petunt;
Sed tu vile putas pro verbis verba referre;
Vis potiùs nummos reddere pro numeris.
Heù cur non animis his est data summa potestas,
Aut animi non sunt hi quibus illa data est:
Langueo, nec mihi sunt nummi, queis semper egemus;
Sed tùnc præcipuè, cum malè corpus habet:
Non medicos Medicus, sed te nùnc, Fine, requiro;
Ferre salutiferam tu potes unus opem.
Quod promissa fides, quòd nostra exposcit ægestas,
Quod Ducis, in primis, verba verenda jubent,
Id rogo fac Daniel, nec longa in tempora differ:
Esto memor dicti, bis dare qui citò dat:
Te sine ad optatum, Daniel, perducere finem
Nil queo; tu nummos, tu mihi cuncta paras;
Cum dixi nummos, poteram non addere cuncta,
Nam quì dat nummos, omnia contribuit.
Quantùm egeam nummis, tu per te collige, qui scis,
Haùd hominem sola vivere posse domo.
Tu res, Fine, meas etiàm per somnia curas,
Jàm memori gestas pectore me, Daniel;
Sed nolim placidum tibi perturbare soporem,
Improbior sim, si tempus utrumque petam;
Fas tibi sit per me, tota requiescere nocte,
Invigiles rebus dummodò luce meis.
Qui citò dat bis dat, qui tardè, vix semèl hic dat,
Si qua venit lentè gratia, grata parum.
Tèrque, quatèrque domus à me petit improbus usum
Creditor, heù quid agam? non scio verba dare,
Tu potes ò Daniel, illud celerando, quod opto,
Hanc animo curam protinùs eximere;
Integra da nobis quæ munera poscimus, aut si
Dimidiata dabis, dimidiata feres.

Elige

Elige quod malis, geminatum Epigramma, vel unum,
Unum scis numerum tu, puto, non facere:
Si duo pauca putas, decies septena petentem
Reddere, cur totidèm carmina non repetis?
Librarum numero versus numerare juvabit;
Larga Thalia mihi est, sit tibi larga manus.
Langueo, nec possum curare negotia, ferre
Quæ auxilium poterant non mediocre mihi.
Tu, Daniel, solitus similes relevare labores,
Offitium præsta nùnc mihi quæso pium;
Non pigeat pro me, Patriæ rogare Parentem,
Qui donat precibus talia multa tuis,
Chirographum signare meum, dignetur ut ipse,
Undè mihi victus commoda multa paro:
Præstiterit sano quod sæpiùs antè benignus,
Non puto nùnc ægro posse negare mihi.

Rotulus, in Memoriali anni 1474. pag. 78.

1474 ANTONIUS de QUIETTO Argentanus Juris Utriusque Doctor.

ALPHUNSUS GALEOTTO de Marco Juris Utriusque Doctor.

LUDOVICUS BOLOGNINI Bononiensis Juris Interpres clarissimus, qui Alexandri Tartagni discipulus fuit: Bononiæ, deindè Ferrariæ docuit in Cathedrâ Juris matutinâ, & apùd nos primùm *Abatis Panormitani Responsa* in lucem emisit: Reversus in Patriam *Responsa Joannis de Annaniâ*, nonnullis de penu suo additis vulgavit, illa *Joannis de Imolâ* repurgavit, Librum *De Indulgentiis*, ac alia scripsit, ab Alexandro VI. Senatoris Almæ Urbis, Advocatique Concistorialis muneribus fuit decoratus; multis demùm cum perfunctus esset honoribus, Româ Bononiam redux interiit anno 1508. Ejus verò corpus in Patriam delatum, in Templo Sancti Dominici tumulatum est. Pancirol. *lib. 2. cap. 130.*

JOANNES MATTHEUS de GRADIBUS Mediolanensis, Joannem Mattheum ex Ferrariis de Grado eum appellat Vander Lin-

Linden, *de Script. Medic.*, asseritque eum Patriâ Mediolanensem fuisse, Papiæ circà annum 1480. floruisse, & hæc edidisse Opera, scilicèt *Practicæ Medicæ partem primam, & secundam : Commentaria in Nonum Rasis : Expositiones supèr vigesimam secundam, Fen tertiæ Canonis Avvicennæ : Consiliorum secundùm vias Avvicennæ utile Repertorium*. Ferrariensem verò facit Joannes Andreas Quenstedt, in Dialogo, de Patriis Illustrium Virorum, paginâ mihi 336., cuì tamèn minimè acquiescimus, cùm ipsemet Joannes Mattheus, in editis suis Operibus, se Mediolanensem inscribat: Ut ut sit, Philosophus acutissimus, ac magni nominis Medicus fuit, crediturque in Universitate nostrâ docuisse.

MICHAEL COSTANZO J. U. Doctor.

NICOLAUS à PISAURO J. U. Doctor.

LUDOVICUS VALENZA, seù de VALENZA Ferrariensis, optimi ingenii, ac summæ doctrinæ Vir: Hic legibus primò operam dedit, quas in Universitate nostrâ publicè interpretatus est, ingenti cùm laude, cumque integerrimis esset moribus, causas in Foro patrocinavit; sed altiora deindè meditatus Prædicatorum Ordinem ingressus est, studiumque ad Sacram Theologiam, Divinasque Litteras penitùs convertit, quas etiàm in Lyceo Ferrariensi Lector docuit, ut sequentibus ex Rotulis, præsertìm anni 1486. Cùm insignem in Patavino Archigymnasio Theologiæ Cathedram obtinuisset, (primus autèm Ludovicus Dominicanorum fuit, qui Patavii publicè Theologiam juxtà sententiam D. Thomæ Aquinatis legeret) Conclusionum de Rebus difficillimis, ut sui experimentum præberet libellum exposuit, magnoque Pico Mirandulano, intèr cæteros ad arguendum invitato, plurimis, & subtilissimis quidèm ejusdem objectis tantâ ingenii vi restitit, ut immortalem apùd omnes sibi famam comparaverit. Eum Estenses Principes etiàm plurimì fecere, præsertìm Hercules I. Ferrariæ Dux, pro quo Valenza ad Innocentium VIII. Papam Legatione functus est. Multa scripsisse, ac edidisse dicitur, sed nùnc extant tantummodò *Commentaria supèr Librum Ethicorum Aristotelis : Tractatus de Ente, & Essentiâ :* & *Tractatus de Corpore Christi :* Plures in Theologicâ facultate, Patavii instituisse, hosque intèr Hieronymum de Hippolyto, qui posteà Archiepiscopus Tarentinus fuit scribit Papadopoli, *Histor. Gymnas. Patavini, Tom. 2. lib. 2. cap. 14.* Valenza

Ordinis sui Procurator Generalis fuit, tandèmque vitæ cursu egregiæ consumato solo ereptus est anno 1496. Doctorem in sæculo famosum vocat Vincentius Maria Fontana, *in Sacro Theatr. Dominicano*, *pag.* 465. De eo quoquè Ambrosius de Altamurâ *in Bibliothecâ Dominicanâ*, *Centur.* 3. *pag.* 206. *&* 216. Libanori *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 192., Leander Alberti, *Italia*. Guarin., *Chiese*, *lib.* 3. & alii.

ROBERTUS GIRARDINI Lendinariensis, Universitatis Scholarium Artistarum Rector.

JOANNES de PARMA, Phil., & Med. Doctor.

JO: BAPTISTA MASSA Argentanus, Phil., & Med. Doctor insignis: Auctor, ut creditur opusculorum, quæ in quoddam antiquo Codice MS. servantur in Bibliothecâ Fratrum S. Dominici Ferrariæ: Sunt autèm *Opusculum de Fructibus vescendis*, *ad Herculem Estensem: Tractatus de modo conficiendi Ordeaceam*, *ad Petrum de Thrano Theologiæ Doctorem egregium*, *Philosophum acutissimum*, *Ducis Ferrariæ Prædicatorem dignissimum*: Hæc opera facta dicuntur anno 1472. Tandèm scripsit opus Italico sermone scriptum anno 1473. *De Venenis*, *& morsibus venenosis*. In omnibus verò prædictis Operibus se dicit Auctor, Artium, & Medicinæ Doctorem in felici Gymnasio Ferrariense.

JO: BAPTISTA CANANI Ferrariensis, clarissimi nominis Philosophus, ac Medicus, qui per annos multos in Patriâ publicè docuit: Egregiè etiàm Matthiæ Corvino, ac Beatrici Aragoniæ Pannoniorum Regibus inservivit: Demùm Ferrariam reversus, de Estensibus Principibus, ac Ferrariensi Republicâ optimè meritus vitam cum morte commutavit. In Sacrario Templi S. Dominici Ferrariæ sepultus est, ejusque mentio habetur in sequenti Epitaphio, Ludovico, ac Hyppolito filiis ibidèm posito: Refert Guarin. *Chiese*, *lib.* 3.

D. O. M.

Ludovicum, *ac Hyppolitum Baptistæ illius Canani filios*, *qui Matthiæ Corvino Ungbariæ Regi*, *ac Beatrici Aragonæ ejus Uxori multos annos fidelitèr inservivit*, *quorum ille mirâ in rebus agendis facilitate excelluit*; *hic verò à juventute totam ætatem in Ferrariensi Gymnasio Philosophiam*, *ac Medicinam*, *magno Studiosorum concursu professus est*, Jo:

Jo. Baptista, & Jacobus patrueles parentes carissimi hoc tumulo condiderunt Ludovicus annos agens LXXI. obiit MDLVI. Hyppolitus vixit annos LXV., & obiit MDLVIIII.

Librum, cui titulus *Musculorum humani Corporis picturata dissectio* scripsisse, ac Ferrariæ edidisse Canani nostrum, tradit Vander Linden, *de Script. Medic.*, & Jo: Jacobus Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ.*

FRANCISCUS CAMAZARINI Mutinensis, Phil., & Med. Doctor.

LUCAS de RAGUSIO, Phil., & Med. Doctor.

CORRADINUS GILLINI Ferrariensis, Medicus, ac Philosophus insignis: Docuit in Patriâ, scripsitque Opusculum *de Morbo Gallico*, quod in Tomo primo Operis Veneti *De Morbo Gallico* impressum cerni auctor est Vander Linden, *de Script. Medic. lib. 1.*

ANTONIUS CITTADINI Faventinus: Ipse etiàm Medicinam Ferrariæ, Bononiæ, & Parisiis quoquè, Gallis ejusdem doctrinam admirantibus, ac laudantibus publicè professus est: Typis autèm dedisse *Auscultationes in Galeni Artem parvam*, scribit Marcellus, *in suo Opere Illustr. Viror. Galliæ Togatæ, lib. 2. cap. 4.*, & Jo: Jacobus Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ.*

Rotulus in Memoriali anni 1475. pag. 55.

JO. ANDREAS TOREXELLA Frinianensis J. U. Doctor. 1475

ALBERTUS BELLO Perusinus: Hunc celeberrimum Juris Interpretem, ac in nostro Ferrariense Gymnasio publicè docentem ostendit eruditissimus Guido Panciroli, *in suo de clar. Legum Interp. Opere, lib. 2. cap. 129.* Obiit Albertus Ferrariæ die 23. Februarii 1482., Libris suis omnibus Capitulo Ecclesiæ nostræ Cathedralis relictis, ut constat ex Kalendario Anniversariorum Ecclesiæ ejusdem, ad diem 23. Februarii prædictam.

DOMINICUS de SALODIO J. U. Doctor.

JOANNES GRIFFO Ferrariensis J. U. Doctor, & Lector in

Studio nostro : Hic fortassè filius, vèl nepos Joannis alterius, quem Alberto Ferrariæ Marchione vitâ functo, Nicolao Marchioni ejusdem filio pupillo Contutorem à Senatu, Populoque Ferrariense datum fuisse legimus apùd Gasparum Sardi, *Histor. di Ferrar. lib.6. in fine*; quemque in Templo D. Francisci tumulatum asserit Guarini, *Chiese*, *lib. 3.*

ALEXANDER à FAVENTIA J. U. Doctor.

LEONELLUS dall' ASSAXINO Ferrariensis J. U. Doctor, & Lector, nobili Tolomei ortus Familiâ, quæ adhùc apùd nos viget. Guarin. *Chiese*, *lib.* 4. Duas autèm Ferrariæ habemus hujus Cognominis Familias, ab eodem fortassè stipite descendentes, quarum una *Tolomei* simplicitèr, altera *Tolomei dall' Assassino* nuncupatur.

PETRUS MARIA della BLANCA J. U. Doctor.

JOANNES JULIUS VISDOMINI Ferrariensis, claro admodùm ortus sanguine, in celeberrimâ Universitate nostrâ Legum Professor, & Doctor.

JACOPINUS de COMPAGNO Ferrariensis, celebris J. U. Doctor, & Lector : Ex eadem Familiâ memoratur à Guarini Joannes, olìm Borsii, & Herculis I. Ferrariæ Ducum à Secretis, cujus ossa in D. Francisci Templo requiescunt, eodem tèstante Auctore, *Chiese lib.* 4.

BARTHOLOMEUS de BUSSETTO, Phil., & Med.Doctor.

RODULPHUS AGRICOLA Groningensis, de Alemaniâ, Philosophus, Theologus, Rhetor, ac Poeta celeberrimus, multarumque linguarum peritissimus, qui Germaniæ summum decus haud injuriâ dici possit : Is Groningæ in Frisiâ natus, ut bonis litteris imbueretur Ferrariam venit, diùque constitit, & in Universitate nostrâ à viris clarissimis (plurimi tùnc aderant) eruditus profecit adeò, ut doctissimus evaserit, Cathedramque Philosophiæ in hoc Lyceo obtinuerit : Ferrariense Studium miris extollit laudibus Jacobus Middendorpi Germanus, *in suo Academiarum Univers. Orbis Libro*, *pagina* 445., eo quià Germa-

manorum multos, præsertìm verò Rodulphum in Litteris optimè instituerit, ac scientiarum opibus refertissimos in Patriam remiserit, multùmque hac de causâ Germaniam Ferrariæ debere gratissimus fatetur Auctor. Rodulphus autèm cùm in Alemaniam rediisset, Ingolstadii, & Heidelbergæ Litterarum palæstram aperuit, è quâ Viri summi ab ipso egregiè instituti prodière, quos intèr Joannes Camerario recensetur. Scripsit verò, ac edidit *Dialecticam*: *Rhetoricam*, ac *Varia tàm Latino*, quàm *Græco Idiomate* elegantissimè elucubrata, quæ Tomis duobus in folio continentur, quorum argumenta omnia habemus apùd P. Bertium, in *Commentar. Rerum Germanic. lib. 3., ubi de Gruningâ agit, fol. m.* 551. Ejusdem pulcherrimum Elogium habetur apùd Paulum Giovio, unà cum sequenti Tetrastico clarissimi Hermolai Barbaro, apùd Cæsarem Legati, dùm Rodulphi mors incidit.

Invida clauserunt hoc marmore fata Rodulphum
Agricolam; Frisii spemque, decusque soli.
Scilicet hoc uno meruit Germania quidquid
Laudis habet Latium, Græcia quidquid habet.

Elogium, ac carmina hujusmodi refert Laurentius Crasso, *Istoria dei Poeti Greci*: Videas quòque Antonium Teissier Gallum, *Elogi delli Uomini Letterati, tratti dall' Historia di M. de Thou, fol.* 95., & alios.

VINCENTIUS de FERRARIA Ord. Prædicatorum, Sacrarum Litterarum Lector.

FRANCISCUS FERRARI Placentinus, Phil., & Medicinæ Doctor.

LUDOVICUS NASELLI Ferrariensis, Philosophus, Medicusque, genere, ac doctrinâ admodùm clarus: Ex Naselli Familiâ insignes viri prodierunt; sed habet etiàm undè in fœminis glorietur: Hippolytam, Hieronymam, Antoniamque sorores innuere intelligimus, quæ bonis excultæ litteris, & Musarum studiis assuetæ maximum fœmineo sexui decus comparaturas se pollicebantur, nisi Virgines adhùc, in primo ætatis flore pestilentiæ vis intercepisset. In Ecclesiâ Divi Leonardi earum corpora sepulta sunt,

ipsisque in marmore pulcherrimum hoc incisum est Elogium, quod habetur apùd Guarini, *Chiese*, *lib.* 3.

Hippolyta, Hieronyma, Antonia sorores, antiquâ Nasellorum Familiâ prognatæ, tumultuario Sepulchro priùs conditæ, mox refossæ, & tumulo honestiori dignatæ hìc sitæ sunt, quas nisi vis fati rebus mortalium semper infensa, quasi tres flosculos nondùm in calicem dehiscentes, sæviente pestilentiâ, unoque impetu succidisset, haberet nostra ætas quas Majorum ætati obijceret, seù pudore virginali, seù matronali industriâ, seù Palladis artibus, seù Musarum studiis decertandum foret. Paulus frater lugens æmulis studiorum suorum, & B. M. posuit, MDXXVIII.

Viderat alma Venus ternas cecidisse sorores,
Numquid, ait, Charites tres cecidere meæ?
Cui Pallas, major jactura est in tribus istis,
Musas, & Charites tres cecidisse puta.

Rotulus in Memoriali anni 1476. pag. 37.

1476 GIBERTUS de FONTANA Universitatis Scholarium Legistarum Rector.

JOANNES SACCO de Sirolo J. U. Doctor.

THEODORUS PINCARO Parmensis J. U. Doctor.

JOANNES MARIA de VALISNERA Ferrariensis Legum Doctor, & Lector in Ferrariensi Gymnasio: Apùd nos Valisneri Familia viguit, cujus usquè hodiè extat Sepulchrum in Ecclesiâ Cathedrali.

PHILIPPUS PIAMONTI J. U. Doctor.

LUDOVICUS de PISAURO J. U. Doctor.

FRANCISCHINUS de CURTE celeberrimi nominis Doctor, qui non solùm Ferrariæ, ut perhibent Rotuli, sed etiàm in Univer-

versitate Patavinâ, & Papiensi, unà cum doctissimis Viris Jasone de Maino, Philippo Decio, & Rocchu de Curte jura interpretatus est. Gimma, *Italia Letterata, Tom. 1. cap. 20. num. 11.* Eum etiàm Galliarum Regis à Consiliis fuisse scribit Angelus Portenari, *Felicità di Padova, lib. 7. cap. 4.*

JACOBUS VINCENZI Ferrariensis, Philos., & Medicinæ Doctor.

SEBASTIANUS VILLANELLO, Phil., & Med. Doctor.

ANTONIUS de MUTINA Ordinis Minorum Conventualium: Ex Familiâ Zanasi, Sacræ Theologiæ, ac Divinarum Litterarum in Gymnasio nostro Lector insignis: Custodiæ Ferrariensis hìc Præses fuit, tantæque apùd omnes, præsertìm suos æstimationis, ut eidem vitâ functo effigies marmorea, ac monumentum sequens in Claustro S. Francisci Civitatis Mutinæ fuerint excitata.

Celeberrimo Theologo, & Philosopho Magistro Antonio Zanaso de se benemerito Conventus suâ impensâ posuit MCCCCLXXXXII.
Franchini, *in Bibliosophiâ, pag. 546.*

MARIANUS de JANUA Ordinis Servorum, Philosophiæ Lector.

JULIANUS SASSAROLO Regiensis Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1477. pag. 68.

JACOBUS PHILIPPUS GROTTO Universitatis Scholarium Legistarum Rector. 1477

BULGARINUS BULGARINI Senensis, præclarissimus Juris Consultus, qui acuto adeò fuit ingenio, ut Bartholomeus Soccìni dicere soleret, Bulgarini, Bartholum futurum, nisì is eum ætate prævenisset: Senis, Pisisque ingenti cùm laude publicè professus est; deindè cum quadragesimum quintum ætatis suæ annum ageret, ad legendum in insigni Universitate nostrâ fuisse con-

ductum ab Hercule I. Duce scribit Panciroli; sed in itinere, quod Ferrariam versùs instituerat, ut susceptum munus obiret, miserrimè vitâ functum fuisse anno 1494. Ejusdem necis hanc causam tradit, quòd scilicèt dùm sibi calamo aurem scalperet, cubito in proximum parietem casu impulso, cerebrum sibi transfixerit: Videtur tamèn idèm Panciroli sibi adversari; asserit enim Bulgarini in Ferrariensi Lyceo actu docuisse, dùm Bartholomeus Soccini Pisis profiteretur, idque in causâ fuisse, ut Senensis Academia Auditoribus ferè omnibus destitueretur: Posterior hæc Auctoris prædicti opinio veritati innititur, eamque comprobant Rotuli nostri, præsertìm verò anni hujus 1477., in quo Bulgarini expresse descriptus cernitur, mercesque eidem persoluta registratur, quòd neutiquàm fieri potuisset, nisi actu operam suam legendo præstasset. Panciroli, *lib.* 2. *cap.* 134. & 135.

MATTHEUS dal CANALE Ferrariensis Juris Utriusque Doctor.

RAYNALDUS SILVESTRI Ferrariensis Juris Utriusque Doctor.

CHRISTOPHORUS COCCAPANI Carpensis Juris Utriusque Doctor.

ANDREAS de SEGODO J. U. Doctor.

ANDREAS CONTRARI Ord. Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Professor, & Lector.

LEONELLUS BENCI Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor.

EGANUS del PITTORE, Phil., & Med. Doctor.

LUDOVICUS BECCARI Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor.

CAROLUS CATO Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor., & in Ferrariensi Studio Lector: Hic fortasse Cato ille, quem Ludovicus Bigo Pittori noster, tamquàm Vatem præclarissimum sequenti laudavit Epigrammate: Habetur in *libro Carminum ipsius*, *Uguccioni Contrario dicato*.

Ad

Ad Catonem.

Si, Cato, virtuti proprii debentur honores,
Si sua doctiloquo gloria danda viro;
Invenio nusquàm præconia digna libello,
Quem tuus argutâ scripsit Apollo manu.
Seù terrena doces nos, seù cœlestia prodis,
Musarum ignotis eruta sunt aditis:
Nemo illùc potuit descendere, vatibus ex quo
Tradidit excussas Pegasus altus aquas.

Rotulus in Memoriali anni 1478. pag. 82.

ARMANUS NOBILI de VIZZANO Januensis, Juris Consultus insignis: Hic cùm maximâ in Politicis experientiâ esset 1478 præditus, variis pro Ferrariæ Ducibus ad magnos Principes Legationibus egregiè functus est, ut *ex Memorialium libris* patet: In Lecturâ autèm Joannem Mariam Riminaldo concurrentem habuisse refert sæpè laudatus Guido Panciroli, *de clar. Legum Interpr. lib. 2. cap.* 120.

JOANNES LAZIOSI Ferrariensis, Legistarum Rector, juxtà Guarini opinionem, *Chiese lib. 3.* An verò fuerit hoc præcisè tempore, incertum.

JACOBUS de SENIS J. U. Doctor.

MALATESTA PERONDELLO Ferrariensis J. U. Doctor.

FRANCISCUS MASSA Ferrariensis J. U. Doctor.

UGUTIO . . . . . J. U. Doctor.

EGANUS FIORINI Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor.

JOANNES dal VESCOVO Ferrariensis, Phil., & Medicinæ Doctor.

Ro-

Rotulus in Memoriali anni 1479. pag. 36.

1479 JACOPINUS CIMISELLO Mutinensis, Universitatis Scholarium Legistarum Rector.

RAMBALDUS BOVINO Regiensis: Alter Universitatis prædictæ Rector, quòd dignum notatu est, numquàm enìm vidimus, nisi in præsenti Rotulo Rectores duos uni Studiorum Universitati anno eodem fuisse præpositos. Fuit etiàm Jur. Utr. Doctor, & Lector, ut in Rotulo anni 1477.

JOANNES FRANCISCUS CANALE Ferrariensis, in legali scientiâ peritissimus, Ducalisque Cameræ Consultor: Ejusdem operâ sæpè sæpiùs usus est Alphunsus I. Ferrariæ Dux, cujus præsertìm nomine Castrorum Centi, & Plebis, quæ in dotem Lucretiæ Borgia uxoris fuerant eidem constituta, possessionem cœpit: Mantuam quoquè Orator missus est, quò loci intèr Italiæ Principes de pace cum Julio II. Pontifice ineundâ agebatur: Ferrariæ demùm è vivis excessit, justisque, solemni pompâ tanto viro peractis, ejus corpus in Templo D. Andreæ depositum est. Guarini, *Chiese di Ferrara, lib. 5. In Tomo 4. Consiliorum Jo: Mariæ, & Jacopini Riminaldo, extat subscriptio Joannis Francisci nostri consil.* 715., ejusdemque est *Consilium* 19., *impressum in Tomo 2. Collectan. Consiliorum Criminal. Joannis Baptistæ Ziletti*.

JOANNES BAPTISTA BONZAGNI Regiensis Jur. Utr. Doctor, & Lector: Hic nobili Bonzagni Familià prognatus, descriptusque habetur sub anno 1511. *in Matriculâ Judicum, ac Advocatorum Regiensium, typis editâ, pag.* 12., & ille fortassè est, ad quem data *una Epistolarum* eruditissimi nostri Cælii Calcagnini, *impressa intèr ejus Opera in folio, pag. m.* 87.

JO: FRANCISCUS CAMPISACCO Ariminensis Jur. Utr. Doctor.

SEBASTIANUS ZILBERTI Ferrariensis J. U. Doctor.

ALEXANDER RUGGERI Regiensis: Hic paritèr Jur. Utr. Doctor, & Ferrariæ Lector genus præclarissimum, ætate nostrâ ex-

extinctum agnovit: Memoratur *in Matriculâ Doctorum Regiensium, typis editâ*, *ad annum* 1497. *pag.* 10., ibique habetur, eundem Urbinatis Ducis primùm à Consiliis Virorum extitisse.

BERNARDINUS de SAXOLO Universitatis Scholarium Artistarum Rector.

CÆSARIUS CONTUGHI Ferrariensis, Ord. Servorum, magni nominis suâ ætate Theologus, morumque sanctimoniâ, mirâ præsertìm in pauperes charitate commendatus: Is ille est, sùb cujus Decanatu Collegii Ferrariensis Theologorum Statuta reformata sunt, ut in Historiâ suo loco retulimus: Indè tamèn majorem sibi gloriam apùd Deum, hominesque comparavit, quòd publici Carceris Ferrariæ ædificandi auctor fuerit: Refert Guarini. *Chiese*, *lib.* 2., & ex sequenti constat Epitaphio, quod in antiquo Templo S. Mariæ Servorum dicti Cæsarii Sepulchro inscriptum cernebatur; scilicèt.

Cæsarion Ferrariensis Servorum Matris Dei Religionis Antistes, Dei viventis celebratus præco, publici Carceris pius ædificator: Obiit Anno Domini MCCCCXCVIII. K. Februarii G. A. G.

Cæsarium nostrum intèr Ferrariæ Episcopos, sed minùs verè ennumerat Placidus Maria Bonfrizieri, *Diario Sacro dell' Ordine de' Servi di Maria*, *sub die* 1. *Februarii*, nullus enìm Ferrariensium Scriptorum, nulla Chronologica Episcoporum nostrorum series, nèc, quod fortiùs est, Epitaphium suprà relatum, eum hac dignitate insignitum fuisse memorant.

HIERONYMUS SCHILLINI Brixiensis, Phil., & Medic. Doctor.

HIERONYMUS BONACOSSA Ferrariensis, Philosophus, Medicus, & in Patriâ Universitate Lector insignis: Augustinus Superbi, *Apparato delli Huomini illustri di Ferrara*, *fol.* 63.

NICOLAUS LUPPI Patavinus, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor; Fuit etiàm Rector Universitatis Scholarium Artistarum anno 1478., quemadmodùm ex anni ejusdem Rotulo apparet.

FRAN-

FRANCISCUS SOSENA Ferrarienfis, Philofophiæ, & Medicinæ Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1480.

1480 GASPARINUS de PALOL Cyprius, Scholarium Juriftarum Rector.

JO: BAPTISTA da CASTELLO Ferrarienfis J. U. Doctor.

NICOLAUS dall' AVVOGARO Ferrarienfis J. U. Doctor.

LAURENTIUS da TORTONA J. U. Doctor.

ANGELUS de MESSINA J. U. Doctor.

PAULINUS NEGROMONTI J. U. Doctor.

PHILIPPUS da SICILIA Præsbyter, S. Theol. Doctor.

BONMERCATO de IMOLA, Phil., & Med. Doctor.

PAULINUS de REGIO, Phil., & Med. Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1481. pag. 34.

1481 UGUTIO MORONI de Vignolâ, Univerfitatis Scholarium Juriftarum Rector.

ANTONIUS FRANCISCUS DOTTORI Patavinus, Nobilitate, Legumque peritiâ clariffimus: Jus Pontificium in Gymnafio noftro docuit, Felinum Sandeo habens in Lecturâ concurrentem: Multa fcripfiffe memoratur, quæ tamèn bellorum causâ perierunt, *Additionibus ad Panormitanum*, *ad Alexandrum Imolenfem*, *ad Joannem de Imolâ*, ac alios, quæ editæ funt tantummodò exceptis: Senex obiit in Villâ agri Patavini *Pernumia* nuncupatâ, quam in delitiis habebat, anno 1528. V. Kal. Augufti, ut fcribit Pancirol. *lib.* 3. *cap* 52. De eo fufiùs Papadopoli, *in Hiftor. Gymnaf. Patavini*, *Tom.* 1. *lib.* 3. *fect.* 1. *cap.* 17.

AN-

ANTONIUS JACOBUS de SICILIA J. U. Doctor.

LAURENTIUS della MONTANARA J. U. Doctor.

JO: LUCAS PUTEO de PONTREMULO, intèr celebriores Juris Interpretes jure merito recensitus: Diù apùd nos Lectoris munus obivit, nèc parùm ejusdem laudi adiicit, quòd Joannem Mariam Riminaldo in Cathedrâ concurrentem habuerit: Prætoris Ferrariæ Vicarius fuit; deindè moribus, doctrinâque suffragantibus Regiensi Infulâ condecorari meruit. Pancirol. *lib. 2. cap. 120.*, *Memorial. dell'Anno 1483.*, *pag. 15.*, & Ughelli, *Italia Sacra Tom. 2.*, *de Episcopis Regii Lepidi*.

AMATUS di BELTRAMINI Mantuanus J. U. Doctor.

HERCULES TASSONI Mutinensis, insignis Juris utriusque Doctor, in Ferrariensi Lyceo professus: Ejusdem cineres hoc parentavit Epitaphio Ludovicus Bigo Pittorio, *in Libro Carminum*, *Cæsari Aragonio dicato*.

Tassonus jacet Hercules sub istâ
Saxorum strue, raptus, ut potentèr
Astreæ comes hunc gubernet Orbem;
Qui pridèm sinè legibus minatur
Grandem (proh hominum pudor) ruinam.

ALBERTUS de UNGARIA, Universitatis Scholarium Artistarum Rector.

MATTHEUS de COMO Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Lector.

JO: LUDOVICUS NASELLO Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor.

FRANCISCUS MUZZANIGA Mediolanensis Diœcesis, Philosophus celebris, ac Theologus ex Minorum Conventualium Familiâ: Hic cùm Ferrariæ publicè docuisset, Ordinis sui Generalis Procurator constitutus est, ut patet *ex Franciscanæ Religionis Arbore*, quam edidit eruditissimus Coronelli.

THO-

THOMAS de FRIGNANO, Phil., & Med. Doctor.

AUGUSTINUS BENCI Ferrarienſis, Franciſci filius, Philoſophus, Medicus, ac Lector.

Rotulus in Memoriali anni 1482.

1482 CAROLUS RUINI Regienſis: Splendidiſſimum hoc Juris utriuſque ſidus Corradinum patrem habuit, qui ſubſtantiam omnem ludendo conſumpſit; quapropter cùm Carolus diſcendi Juriſprudentiam amore teneretur, Julio, & Timotheo Zoboli Regienſibus, Bononiam ſtudendi gratiâ contendentibus ſe comitem adjunxit, ibìque eorum ſumptibus degens profecit adeò, ut Doctoralem Lauream promeruerit, prò quâ obtinendâ, agellum, quod illi ex paternâ ſubſtantiâ tantùm ſupererat vendere coactus fuit: Ticini, Patavii, Bononiæ, præſertìm verò Ferrariæ ad multos annos publicè docuit, Corteſio Mutinenſe, qui multùm memoriâ polluit, concurrente: Ex Urſinâ Pincarâ Ferrarienſe uxore prædotua, nec non ex eruditis laboribus magnas ſibi divitias comparavit, ità ut, cùm nihil anteà poſſideret, aureorum 80000. valorem in cenſu habuerit: Felix etiàm in Diſcipulis fuit, ab eo namquè in Legali ſcientiâ eruditi ſunt Andreas Alciati, Marcus Mantua, Ludovicus Cato, Ugo Boncompagni, qui fuit Gregorius XIII. Pont. Maximus, & alii: Pulcherrimum, ac doctiſſimum edidit *Commentarium in librum primum Legatorum*; eo autèm mortuo, *quinque ejuſdem Reſponſorum Volumina* à Julio Scarlatino edita ſunt: Venuſtâ Carolum facie, gratâ voce, ſed aſperis moribus fuiſſe memoratur: Bononiæ obiit 7. Idus Aprilis 1530., tumulatuſque eſt in Templo S. Joannis in Monte ſuprà Portam, hujuſmodi cùm inſcriptione.

Carolus Ruinus MDXXX. ipſius deindè filio inibi ſepulto, inſcriptioni additum *Antonius filius MDXXXIX.*

Ità Panciroli, *lib. 2. cap.* 143., & Papadopoli, *Hiſtor. Gymnaſ. Patavini, Tom. 1. lib. 3. ſect. 1. cap.* 19.

JOANNES dal POZZO Papienſis, Juris Interpres præclariſſimus, in Univerſitate noſtrâ Lector, cujus ſe *MSS. Commentaria* vidiſſe

vidisse testatur laudatus Panciroli, *lib. 2. cap. 107.* Universitatis nostræ Reformator fuit, ut patet *ex Rotulo anni 1492. Memorial. di detto anno, pag. 26.* Subscribit Joannes *Consilio 715. Voluminis 4. Responsorum Jo. Mariæ, & Jacopini Riminaldo*, ibidèmque se *Ducalem Consiliarium intitulat.*

NICOLAUS BONLEI Ferrariensis, Juris Consultus, nobili, vetustissimoque ortus genere: Ejusdem sibi amicissimi lepidè admodùm mentionem habet immortalis noster Ludovicus Ariosto Satirâ 5., ubì illum senem admodùm nupsisse improbat, Hannibalique Malagucci suadet, ne uxorem ducturus, ultrà diferat.

Pigliala, se la vuoi, fà, se dei farlo,
E non voler, come il Dottor Bonleo,
All' estrema vecchiezza prolungarlo.

Ferrariæ senex obiit Bonlei, & in Ecclesiâ S. Nariæ Novæ, in Majorum suorum sepulchro depositus est: Guarini, *Chiese lib. 2.*

LUDOVICUS SIVIERO Ferrariensis J. U. Doctor.

BERNARDINUS NIGONI Regiensis J. U. Doctor.

FRANCISCUS LOMBARDINI EMILIANI Ferrariensis Juris Consultus insignis: Senis Ducis Justitiæ offitium integerrimè exercuit; prò Alphunso I. Ferrariæ Duce Venetias Legatus contendit, Arcis Regii Lepidi Præfectus fuit, & deindè Provinciæ Romandiolæ Generalis Commissarius: Divi Francisci Templum ejus servat exuvias, sepulchroque Bartholomæi Patris hoc Epitaphium à Francisco positum est. Refert Guarini, *Chiese lib. 4.*

Bartholomæo Lombardini, de Emilianis patri Civi optimo, geminisque filiis infantibus sibique, ac Samaritanæ Uxori. Franciscus Equestris ordinis vir, & Jurisconsultus finis offitiique memor p. fuit MDXXVII. Hex. Monumentum H. non seq.

ANTONIUS MARIA NOVARA Ferrariensis, Vir nobilitate, & Juris utriusque scientiâ, quam in Patriâ professus est, admodùm commendatus. Libanori, *part. 3. fol. 80.*

DO.

DOMINICUS MARIA NOVARA Ferrarienſis, ex eadem Familiâ Philoſophus, Aſtronomuſque celeberrimus, qui Matheſim Ferrariæ, Bononiæ, Peruſii, & Romæ publicè docuit; & famatiſſimi Nicolai Copernico Præceptor fuit: Novara noſtrum anno 1464. natum, 1514. vitâ Bononiæ functum, Copernico prædictum ab anno 1484. uſquè ad 1514. in Aſtronomiâ inſtituiſſe, maximam Solis declinationem grad. 23. minut. 29. obſervaſſe tradit doctiſſimus P. Joannes Baptiſta Riccioli Ferrarienſis, *Almageſt. Tom. 1. part. 1. In Indice Aſtronom.*, *Aſtrolog.*, *& Coſmographorum*. Patriæ noſtræ Novara Civem ſuum vindicamus, Riccioli prædicti, Hieronymi Salio, Hieronymi Cardano, & Antonii Magino, Ferrarienſem, ut erat, appellantium teſtimonio ſuffulti: Cætera de viro hoc præclariſſimo videas, ſi lubet, apùd citatos Auctores, & Libanori, *Ferrar. d'Oro, part. 3. fol.* 80. His addimus etiàm Nicolaum Burtio Parmenſem, qui *in ſuâ Bononiâ Illuſtratâ*, Novara noſtrum Ferrarienſem dicit.

JOANNES MAINARDI Ferrarienſis, nobiliſſimâ Familiâ Mainardi, quæ antiquioribus Sæculis Ferrariæ potentiſſima fuit ortus Philoſophiæ, Medicinæque operam dedit, ſub doctiſſimo Franciſco Benci, digno Ugonis filio, ut ait Mainardi idem *in Epiſtolâ 1. libri 2. Epiſtolarum Medicarum*, eòque profecit, ut Medicus omnium ſuâ ætate doctiſſimus fuerit judicatus; Jure quidèm optimo, nàm medendi artem jàm diù in barbariem prolapſam magnâ ipſe ingenii vi, laborumque contentione reparavit. Plurimos, docens patriâ in Univerſitate diſcipulos probè inſtituit, poſteriſque etiàm ſcribendo conſuluit: Hæc autèm à Vander Linden, *de ſcript. Medicis*, & Guarini, *Chieſe lib.* 3. ejuſdem opera memorantur, videlicèt *Interpretationes Dioſcoridis*: *Medicinales Epiſtolæ*: *Epiſtolarum Medicinalium libri XX. Commentarium in Librum primum Artis parvæ Galeni*: *Epiſtolæ duæ de Morbo Gallico*: Itèm *duæ de Ligno Indico*: *Liber Nominum Morborum*: *Adnotationes in Antidota Meſue*, & alia: Græcam, Arabicam, Caldeaſque linguas etiàm egregiè calluit, Aſtrologiam novit, omnigenæque vir eruditionis fuit, undè ab incomparabili Vate noſtro Ludovico Arioſtò, in ſuo *Orlando Furioſo, Cant.* 46. meritò laudatus, ibì.

Veggo il Mainardo, e veggo il Leoniceno,
Il Panizzato, e Celio, e il Teocreno.

Cele-

Celebriores Italiæ Universitates, ultrà Ferrariensem, Patavii, Ticini, ac Perusii præsertìm docentem sunt admiratæ, medentem potentissimi Principes honoribus, muneribusque cumularunt: Senex tandèm Ferrariæ decessit, ac in Templo D. Pauli sepultus est; Sepulchro verò hoc incisum cernitur Epitaphium.

Jo: Mainardo Ferrarienſ. viro uni omnium ore integer., ac sanctiss. Philosopho, & Medico doctiss. qui annos p. m. LX., continentèr, tùm docendo, & scribendo, tùm innocentiss. medendo omnem Medicinam ex Arce bonar. litterar. fœdè prolapsam, & in barbar. potestatem, ac ditionem redactam, prostratis, ac profligatis hostium copiis identidèm ut Hidra renascentib., in antiquum, pristinumque statum, ac nitorem restituit. Lauream omnium bonorum consensu adeptus IIII., & LXX. Ann. agens omnib. omnium ordinum sui desiderium relinquens, humili se hoc Sarcophago condi jussit.

Julia Mainarda Ux. mœstiss. quod ab eo optabat, posuit.

Hæc brevis exuvias magni capit Urna Manardi,
Nam virtus latè. docta per ora volat:
Mens pia cum Superis Cæli colit aurea templa,
Hinc hospes vitæ sint documenta tuæ.
MDXXXVI. Menſ. Mart.

De Manardo nostro scribunt Paulus Giovio *in Elogiis*, Jacobus Gaddi, *de Scriptor. non Ecclesiasticis*, Guarini, *Chiese di Ferrara*, *lib.* 3., Augustinus Superbi, *Apparat. delli Huom. Illustri*, *fol.* 74. Ab. Ant. Libanòri, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 130., Joan: Andreas Quenstedt, *Dialog.*, *de Patriis Viror. Illustr. pag. m.* 336., & Gimma, *Italia Leterrat. fol.* 578., sed hic in eo labitur, quòd Manardi Mediolanensem faciat, cùm Ferrariensem fuisse omnibus innotescat: At Epitaphia nonnulla Clarissimorum Poetarum edentes, finem Manardi laudibus imponamus.

Danielis Fini Ferrariensis.

Stemmatis antiqui mea stirps, Podalirius alter,
Cætera fert de me fama, Manardus eram;
Ars perit in proprio, ratus es me vivere forsàn,
Mortua quæ fuerant si rediviva tuli.
In MS. Finiano, penès Hæredes Favalli, ad pag. 187.

F Cælii

Cœlii Calcagnini Ferrarienfis.

Qua patet Oceanus, qua terras plurimus ambit,
Cognitum erat nomen, Magne Manarde, tuum.
Inque animis hominum monumenta æterna locaras,
Qualia non poterit longa abolere dies.
Nùnc demùm, pofito terrai pondere, virtus,
Gloriaque in meritam te revehit Patriam.
Carminum Editorum ejufdem Calcagnini lib. 2.

Ejufdem Calcagnini.

Felicem Manardi animam, quæ carcere claufa
Aetherias poterat profecuiffe vias.
Nùnc levior Naturæ aditus, cælique receffus,
Nùnc cognata Deis purior aftra fubit;
Nam priùs auratis Sophiæ confifa quadrigis;
Nùnc tantùm pennis nititur illa fuis.

Ejufdem Calcagnini *in libr.* 4. *Codicis MS. Carminum fuorum*, exiftente apùd Marchiones Calcagnini de Fufignano, nobiles Ferrarienfes.

Cinthii Jo: Baptiftæ Giraldi Ferrarienfis.

Non hæc, quam fpectas, claudit brevis Urna Manardum,
Claudere tàm magnum nam brevis urna nequit.
Eft ipfi tumulus quidquid Sol lumine luftrat,
Et quidquid magnus proluit Oceanus.

In Tom. 1. *Delit. Poet. Italorum, recollect. à Ranutio Ghero, pag.* 1243.

BERNARDINUS DISCALZI Ferrarienfis, Phil., & Med. Doctor.

SEVERUS VARINI Placentinus, Monachus Ciftercienfis: Hunc etiàm intèr Lectores Almi Gymnafii noftri recenfemus, Abbatis Antonii Libanori fide fuffulti, qui in fuo Libello, cui titu-

titulus *Notizie degli Uomini Illustri della Badia di S. Bartolomeo di Ferrara*, *fol.* 45. illum antequàm Cistercienfibus nomen daret, in eadem Universitate nostrâ Primariam Juris Cathedram tenuisse auctor est, quò autèm præcisè tempore non designat, quapropter nos eum hìc, antè suum de quò infrà, in Religionem ingressum, memorandum duximus: Fuit autèm Severus, qui nullâ Cognominis mentione factâ *Il Monaco Severo* nuncupabatur, Theologus, Philosophus, Mathematicus, Legum Doctor, Orator, Poetaque celeberrimus, quibus omnibus summam Linguarum, Grææ præsertìm peritiam copulavit, adeò ut à Paulo Cardinale Cortesi *Græcus Paraphrastes diceretur*. Erat autèm omnigenæ eruditionis, sanique criterii Vir, quapropter Litteratorum ævi sui quisque aliquid in editionem parans ipsius limam priùs subire cupiebat: Is tandèm Sæcularia fastidiens Cistercienfium institutum amplexatus est, in insigni nostro Sancti Bartholomei Cœnobio, quod tùnc temporis, teste Baccetti citando infrà, locum tùm Sacris, cùm prophanis Musis, cæterisque Facultatibus, ac Scientiis aptissimum exhibebat, undè Viri multi egregiè eruditi prodière, ibidèmque Professionem suam emisit septimo Kalendas Junias anni 1493. Hujus Professionis Originalem Cartulam membranaceam, quæ in Archivio Monasterii prædicti servatur humanissimè cùm nobis potestatem excribendi fecerit Donus Alexander Bottonelli Ferrarienfis, ipsius Monasterii Monachus, eam, proùt jacet hìc sistimus: Est autèm scripta antiquo, sed pulcro charactere, & Majusculorum Litterarum aliæ rubro, aliæ verò cæruleo colore alternatìm sunt efformatæ.

EGO FR. SEVERUS

Clericus promitto stabilitatem meam, & Conversionem morum meorum: & obedientiam secundum Regulam Sancti Benedicti. Coràm Deo, & Beatis Martiribus, quorum reliquiæ hìc habentur, & omnibus Sanctis In hoc loco qui vocatur Sanctus Bartholomeus Cistercienfis Ordinis Co gregationis Sancti Benedicti: Constructo in honorem Beatissimæ Dei Genitricis sempèrque Virginis Mariæ, & Sancti Bartholomei: In præsentiâ Domini Angeli Abbatis: Anno Salutis MCCCCLXXXXIII. septimo Kalendas Junias.

A tergò prædictæ Cartulæ, recentiori charactere scripta sunt duo quæ sequuntur Ludovici Ariosto carmina, & Paragraphus exceptus ab Historiâ Septimianâ Nicolai Bacceti Florentini, videlicèt.

„ *E'l Lascari, e Musuro, e Navagero,*
„ *E Andrea Marone, e'l Monaco Severo.* Ariosto.

Severus Cisterciensis, S. Bartholomei Ferrariæ Monachus professus, Divi Areosti amicissimus ob singulares animi dotes, obque litterarum omnium peritiam, è Claustro evocatus, Romæ, in Aulâ Cardinalis Bandinelli Saulii prò Theologo versabatur, Leoni X. Pontifici, & ipse carus. Vir adeò reconditæ doctrinæ, adeò in aliorum scriptis dijudicandis emunctæ naris, securique juditii, ut nullus jàm esset, nequè remotus, nequè citimus, qui quæ vulganda essent, non vellet Monachi Severi limam subire. Hic sivè luderet versu, sivè prosâ oratione gravis incederet, ubique, & sempèr mirabilis apparebat, eoque magìs quod Hetruscas Musas Latinis ferè dicendo, scribendoque æquaverat.

Nicolaus Baccetius, in Sept. Historiâ.

1493. *Die Veneris trigesimo Junii prædicto.*

Ultrà prædictum aliâ etiàm in Cœnobio nostro S. Bartholomei de Severo Monacho usquè in hanc diem monumenta supersunt, præcipuè in Libris Receptionum, à Dono Alexandro Bottonelli prædicto nobis ostensis; in libro enìm anni 1492., nempè Novitiatus Severi ejusdem, hæc partita legitur.

E de dare adì 3. di Luglio per penne, ed un putervolo per D. Severo.

Ad annum verò 1497. hæc, in Receptionum libro, habentur.

Conto di Cassa de dare adì 26. d'Aprile lire una soldi XI. di moneta per tanti mi consegniò D. Severo rivisto el conto suo à uno suo quadirnetto, e quali gli erano davanzo per denari gli avea presi, e stati consegnati dal Priore.

Conto di Cassa de avere lire trè de moneta, e quali ebbe D. Severo dalla elemosina del Duca inanzi che io venisti per ispendere per bisogni di Casa e quali ebe da Zoamalberto Colombo come apare a li-

bri-

brizolo delle elemosine scritto di mano di detto Zoamalberto in numero di lire sei avute in due volte adi 23. Marzo.

Cernitur etiàm usquè adhùc in cubiculis Reverendissimi Abbatis dicti Cœnobii S. Bartholomei picta Severi effigies lauro caput redimita, quod decus nonnisi Poetis celeberrimis impertiri solet: Multam librorum suppellectilem circà Severum effinxit Pictor, ad omnigenam ejus eruditionem denotandam, in superiori autèm Tabulæ parte, magnis characteribus hujusmodi legitur inscriptio *Severus in hoc Monasterio professus Anno MCCCCXCIII* Cùm autèm fuerit immortalis Vates noster Ludovicus Ariosto Severi amicissimus, ac æquissimus scientiæ ejusdem existimator, adeò ut, in multis ad suum Furentis Poema pertinentibus eum consuluisse dicatur, ejusdem mentionem habere voluit, in fine incomparabilis Operis sui, ubì præclarissimos ævi illius Litteratos sibi gratulantes inducit: Igitùr *Furioso*, *Cant.* 46. *Stanza* 13. hæc, quæ haùd gravatè repetimus cecinit.

E'l Lascari, e Musuro, e Navagero,
E Andrea Marone, e'l Monaco Severo.

At Thomas Porcacchio in suis Annotat. ad hunc locum asserit, minimè verò probat, Poetam nostrum non de hoc, sed de Severo Volaterano Monaco Camaldulense sermonem habere voluisse: Ratio quâ innititur est, quòd supponat, Severum nostrum conjurationis per Cardinalem Petruzzi in Leonem X. ordinatæ participem, seù saltèm conscium fuisse, eo quià Bandinelli Saulii familiaritate uteretur, qui conjurationis particeps dicebatur; hìnc autèm concludit, improbabile esse, quòd Ariosto, Virum, qui in Sanctissimum Ecclesiæ Caput conjurasset, intèr tot alios honestissimos, integerrimosque Litteratos recensere voluerit: Sed Severi nostri causam egregiè defendit, probitatem, ac innocentiam adversùs Porcacchio tuetur, ac Poetam nostrum de illo scribere intellexisse validissimis ostendit argumentis Nicolaus Baccetti, *Historiæ Septimianæ*, *lib.* 6. *à pag.* 228. *usquè ad* 238. Vide etiàm Libanori, *in Opere suprà citat. fol* 45., *& seqq.*, qui tamèn circà Professionis annum fallitur. Sed hæc fortassè fusiùs, quàm par sit, consultò tamèn disseruimus, ne Viri doctissimi, qui diù intèr Ferrarienses versatus est, apùd nos periret nomen.

Rotulus in Memoriali anni 1486.

1486 DOMINICUS GUARINI de Bagnacaballo, Universitatis Scholarium Legistarum Rector.

JACOBUS dal CANALE Ferrariensis Decretalium Doctor.

PETRUS BONUS LOMBARDI Ferrariensis, Philosophus, Medicusque doctissimus: Edidit *Introductionem in divinam Chæmiæ Artem*, & *Margharitam novellam correctissimam*. Vander Linden, *de Scriptis Medicis*, *lib.* 1. In eadem Lombardi Familiâ excelluere Petrus Sculptor insignis, qui Bononiæ Sepulchrum marmoreum D. Dominici Patriarcæ pulcherrimis simulacris ornavit, & Alphunsus, ipse etiàm Sculptor, sed fictilium præcipuè Imaginum Structor mirificus, quem immortalis Michael Angelus Bonarota Terræ Deum appellari consueverat, eo quià ex luto imagines quascumque, naturæ similimas efformaret. Ità Georgius Vasari, *Vite dei Pittori*, *Scultori*, *&c.* Guarini, *Chiese*, *lib.* 3. Libanori, *par.* 3. *fol.* 227., Joannes Jacobus Mangeti, *Bibliothecâ Medicâ*, & alii plures.

FRANCISCUS BRASAVOLA Ferrariensis, Phil., & Medicus, ac Lector, celeberrimi Antonii Musæ pater.

ELEONORUS SANSEVERINO, Phil., & Med. Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1487 pag. 28.

1487 BAPTISTA PLATAMOMO Siculus, Universitatis Scholarium Legistarum Rector.

ANTONIUS MARIA CATTABENI Ferrariensis Jur. Utr. Doctor.

MATTHEUS MURTANO de Sebenico, Universitatis Scholarium Artistarum Rector.

PETRUS CARRERO de Montesilice, insignis Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, qui postquàm Patavii Doctoralem gradum obti-

obtinuit, majoris eruditionis gratiâ diù in Orientem, Sarmatiam, Germaniam, Galliam, Hispaniamque peregrinatus est: Indè verò in Italiam reversus, in Lyceo nostro, ut ex Rotulis patet, publicè docuit: Venetiis obiit anno 1506. Edidit verò juxtà Van-der Linden, *de Script. Medicis lib. 2. Quæstionem de Venenis, ad Terminum*. Et alia ejusdem opera, nempè *Commentariorum in Hippocratem libros VI. In Galeni Artem libros II. Scholia in Celsum: Meditationes in Aræteum, & alios libros Medicos Græcorum*, & *De Embamate Clysteris*, recenset Pignoria, citatus à Papadopoli, *in Historiâ Gymnas. Patavin. Tom. 2. lib. 2. cap. 12.*

HIERONYMUS à VERONA, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor.

POLICRITUS de MANTUA, Philosophus, Medicusque.

PETRUS MALFETTA Ordinis Minorum, Philosophiæ, ac Theologiæ Magister insignis: Dùm Ferrariæ publicè profiteretur, *Tria Principia Naturæ Antonii Andreæ*, qui Schoti subtilissimi Discipulus fuit, nec non *Opuscula diversa Francisci Maironi*, ejusdem Scoti discipuli emendavit; scilicèt *Expositionem super octo Libros Physicorum: Tractatum Formalitatum: De Principio complexo*, & *de Terminis Theologicis*, quæ omnia Nicolao Mariæ Estensi Adriensi Episcopo ab Auctore dicata Ferrariæ typis edita sunt anno 1490. per Laurentium Rossi de Valentiâ.

SIMON BRAMI Regiensis, Philosophus, Astrologus, Medicus, Theologus, Orator, ac Poeta excellentissimus, Latinas itèm, Græcasque Litteras optimè callens: Bononiæ primò legit in Cathedrâ Humanitatis, Ferrariæ deindè: Ejusdem disticha in Collectione Vezzani impressa cerni scribit Guasco, *in suâ Litterariâ Historiâ, pag. 26.*, ibique legi etiàm sequens Epitaphium à Dionisio Ruggeri, in Simonis morte elaboratum, ac sepulchrali lapidi, qui olìm in veteri Ecclesiâ S. Dominici Civitatis Regii visebatur insculptum.

Hoc tumulo Bramî requiescunt ossa Simonis,
Regia se Urbs tanto jactat alumna viro;
Felsina mirata est, Ferrariaque ipsa docentem
Græca, Latina, Artes, Pœnis, Astra, Deos.

HIERONYMUS SANTI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor excellentiſſimus, Græcique ſermonis valdè peritus: Ejuſdem *Lecturas plurimas MSS.* vidiſſe meminimus, dùm adoleſcentes eſſemus, in Cartofilacio ejuſdem Familiæ: Obiit Hieronymus Ferrariæ, ac ſepultus eſt in parvo Periſtilio Fratrum S. Mariæ Angelorum, ad quod per lateralem portam Eccleſiæ aditus immediatè habetur: Sepulchralis lapis magnus eſt, ac in eo ſtemma Santi, Hieronymique noſtri nomen legitur, undè miramur, quommodò Marci Antonii Guarini diligentiam effugere potuerit. In libro Carminum inſignis Poetæ noſtri Ludovici Bigo Pittorio, Cæſari Aragonio dicato hoc habetur in Santi morte Epitaphium.

Hoc Santes Hieronymus Sepulchro
Mandavit cineres ſuos humari,
Qui ſi longa hominum, breviſve vita
Pro virtute foret, dies perennes
Victurus fuerat, ſacræ ſupremum
Ut qui jàm Sophiæ gradum tenebat.
Quod notum eſt ſemel, aut rude, aut peritum,
Aut fauſtum, aut miſerum, aut novum, aut vetuſtum
Nulli mitior, aut ſeverior mors,
Sed cunctis eadem rapit, vocatque.
Hæc quiſquis legis alligato cordi.

DOMINICUS MARIANO Carpenſis, Juris Conſultus celebris, cujus eſt *Conſilium 727., impreſſum in Volumine 4. Conſiliorum Jo: Mariæ, & Jacopini Riminaldo:* In ejuſdem Conſilii ſubſcriptione ſe Lectorem Ordinarium Juris Canonici, in Univerſitate noſtrâ profitetur. Nos hìc eum referimus, nàm in Rotulis deſcriptum non reperimus, quove præcisè tempore legerit ignoramus; credimus tamèn circà finem Sæculi XV. floruiſſe.

Rotulus in Memoriali anni 1488. pag. 53.

1488 PHILIPPUS COCCAPANI Carpenſis, Univerſitatis Scholarium Legiſtarum Rector.

ALEXANDER BORDOCCHI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor, ac Almi Gymnaſii noſtri Reformator electus

tus die 20. Martii anni prædicti 1488., ut patet *ex Decreto Magistratus*, quod habetur *in Registro signat. N. pag.* 82.

ANTONIUS ODO Cesenatensis, J. U. Doctor.

THOMAS DAINIERO Mutinensis, Universitatis Artistarum Rector.

VINCENTIUS PALIOTTI Bononiensis, Philos., & Medic. Doctor.

SIMPLICIANUS de CREMONA: Medicum, Philosophum, Astronomum, linguarumque Latinæ, Hebraicæ, Græcæ, & Caldaicæ peritissimum fuisse, ac *De Doloribus*, *de Fluxu Ventris*, & alia scripsisse refert Bresciani, *Virtù ravvivata de' Cremonesi*, *part.* 3. *pag.* 151.

MATTHEUS BATTIFERRO Urbinas, Jacobi Battiferro Medici optimi doctissimus filius, idem & ipse institutum secutus: Ferrariæ legit, & Venetiis Medicinam exercuit, ubi anno 1488., die 4. Januarii in lucem edidit *Commentaria B Alberti Magni in Libros Aristotelis*: Ex Mattheo nostro natus est Antonius celeberrimæ Lauræ Battiferro Poetriæ pater.

PETRUS de MONTAGNANA, Philosophus, ac Medicus excellentissimus, qui laudatissimum opus edidit, picturis, & imaginibus interiora Hominis dilucidè exprimens, optimis etiàm expositionibus à se illustratum, ut testatur Paschalis Gallo *in Bibliothecâ Medicâ*, citatus à Joanne Andreâ Quenstedt, *in suo Dialogo, de Patriis Illustrium Virorum*, *pag. mihi* 729.

Rotulus in Memoriali anni 1489. pag. 61.

ALBERTUS dal FORNO Mutinensis, Universitatis Juristarum Rector. 1489

STEPHANUS de LUGO, Philosophus, ac Medicus. Fuit etiàm Universitatis Scholarium Artistarum Rector, ut patet *ex Rotulo suprà citato*.

MAT-

MATTHEUS MURIANO, Phil., ac Med. Doctor.

ANSELMUS de MEYA Mantuanus, Phil., & Med. Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1490. pag. 42.

SCIPIO OROBONI Ferrarienſis J. U. Doctor.

1490. BENEDICTUS de NOVARA Ferrarienſis J. U. Doctor.

GERARDUS SARACENO Ferrarienſis, nobilis genere, Legumque ſcientiâ excellentiſſimus: Eum Alphunſus I. Ferrariæ Dux intèr intimos habuit, ejuſdem namquè Principis Referendarius, & à Conſiliis fuit: Tanti autèm Dux illum fecit, ut cùm vitâ exceſſiſſet, defuncti corpus, una cum Neapolitani Regis Filio, Univerſoque Sæculari, ac Regulari Clero ad Divi Franciſci Templum, mœrens fuerit comitatus: Juſtis ibì eidem perſolutis, in quibus Alexander Guarino ſenior orationem habuit, ſepultus eſt ſupèr unâ ex Portis minoribus proſpectus Templi, hoc cùm Elogio, quod habemus etiàm apùd Guarini, *Chieſe*, *lib.* 4.

D. O. M.

Gerardo Saraceno Jure. Conſ. maximâ apùd Alphonſum Ferr. Ducem auctoritate, & Franciſco ejus Filio itèm Jure Conſ. tantâ in foro nominis celebritate, ut litigatores acriùs de eo ſibi Patrono cooptando, quàm de causâ ipsâ diſceptarent. V. A Lui. Gerardus, & Opizo fratres auo, & Patri monumentum hoc qualecumque eſt faciendum curaverunt, magnificentiùs curaturi, ſi eis ſuam ipſorum pietatem magìs quam paternum teſtamentum exequi licuiſſet ...

MDLVII. XIII. Kal. Aprilis.

De clariſſimâ Familiæ Saraceno, adhùc Ferrariæ vigentis nobilitate, multa apùd Eugenium Gamurrini *delle Famiglie Nobili Toſcane*, *& Umbre*, *Tom.* 3. *fol. m.* 309., *& ſeqq.* Legitur *in MSS. Finiano* apùd Hæredes Favalli Epitaphium in morte Gerardi noſtri per Danielem Fini confectum, extat autèm exaratum, *pag.* 66.

Publicus Interpres Juris, probitaſque, fideſque,
Alphonſi arcanum, conſiliumque Ducis,

Præ-

Præditus ingenio, sincerâ mente, sepulchro
Saracenus in hoc ossa Gerardus habet.

BERNARDINUS dalle CALZE Ferrariensis Juris Utriusque Doctor.

DOMINICUS CARPI Ferrariensis J. U. Doctor.

PETRUS de BECCARIA Ferrariensis J. U. Doctor.

CATTALDUS de FEDE Siculus, Phil., & Med. Doctor: Latinus etiàm Poeta fuit, & scripsisse *de Morte Alphunsi Principis*: *De Bello Aphrico*: *Libros Elegiarum*, & alia testatur Lilius Gregor. Giraldi, *Dialog. 2. Poetar. suorum temporum*.

LAURENTIUS de PONTREMULO, Phil., & Medicinæ Doctor.

ANTONIUS CAGNACCINI Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor.

LEONELLUS de EGANO, Phil., & Med. Doctor.

JO: BAPTISTA LOMBARDI Corrigiensis, Phil., & Med. Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1491. pag. 40.

ULDARICUS de ALEMANIA, Universitatis Scholarium Legistarum Rector. 1491

LEONELLUS BRUTTURI Ferrariensis, J. U. Doctor egregius, cujus Lecturas MSS. vidisse meminimus.

ANTONIUS MARIA PRISCIANI Ferrariensis, Philos., & Med. Doctor.

LUDOVICUS JUSBERTI, HEREMITA Ferrariensis: Hic cognominis, non instituti ratione Heremita vocatus, celebris Matheseos in Universitate nostrâ professor fuit.

AN-

ANTONIUS DIPINTORI Regienſis, Philoſ., & Medic. Doctor.

CAROLUS SUSENNA Ferrarienſis, Aſtrologiæ Lector.

Rotulus in Memoriali anni 1492. pag. 26.

JACOBUS BAZZALIERI Finalenſis, Univerſitatis Schola-
1492 rium Juriſtarum Rector.

ALBERTUS MARIA de VALISNERA Ferrarienſis, Carmelita: Theologus, & Orator, qui edidit *Venti Lezioni ſopra i Miſteri della S. Meſſa*. Libanori, *part. 3. fol.* 252.

LUDOVICUS de EGANO, J. U. Doctor.

ORLANDUS à MANTUA, Artiſtarum Rector.

LUDOVICUS BONAZZOLI Ferrarienſis, præclariſſimus Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor, magnæ auctoritatis Medicus à Vander Linden appellatus: Hic ne dùm Gymnaſii noſtri Lector, ſed ejuſdem etiàm Reformator fuit, quod & generis nobilitate, & doctrinæ vi ſibi munus promeruerat: ſcripſit *De uteri, partiumque ejus confectione*: *De effectibus variis circà mulieres gravidas*: *De conceptionis inditiis*: *Annotationes in Librum Galeni, de Methodo medendi*, & Librum, *Eneas Muliebris* nuncupatum, quæ omnia primùm in Italia edita, Lugduni deindè recuſſa ſunt anno 1541., & alia: Tandèm in Patriâ obiit, ejuſque cadaver in Divi Franciſci Templo requieſcit. De Bonazzoli ſcribunt citatus Vander Linden, *de Scriptis Medic.*, Superbi, *Apparat. delli Huomini Illuſtri*, *fol.* 75., Guarini, *Chieſe di Ferrara*, *lib.* 3., Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 194., & alii. Ad Ludovicum noſtrum hoc Marci Antonii Antimacho, Poetæ elegantiſſimi Epigramma datum legitur.

Ad Medicorum Principem Ludovicum Bonacciolum.

O Medicæ Princeps Artis, dilecte Camœnis
Si tibi ſint Latiâ verba canenda lyrâ,

Seù

Seù libeat grajo modulari carmina plectro ,
Pieridum docto connumerande choro ;
Quid laudis vastum mea lintea mittis in æquor,
Cùm nequeant tanti terga secare sali;
Radat arenosum puppis mea littus oportet ,
Obruta ne mediis turbine fidat aquis :
Laus magìs apta tibi , quàm carmine ducere silvas,
Et medicâ extinctos erigere arte potes .

Ex quibus liquet, Bonaccioli Latinum , Græcumque Poetam fuisse. De eo etiàm Jo: Baptista Giraldi Cinthius , *Elegiar. lib.* 1.

BARTHOLOMEUS NIGRISOLI Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor .

LAURENTIUS GENOVESE , Philosophiæ , & Medicinæ Doctor .

DOMINICUS BALETTI Ferrariensis , Philos. , & Medicinæ Doctor .

JOANNES de MUTINA , Phil. , & Med. Doctor .

NICOLAUS MARIUS PANIZZATO Ferrariensis , Orator, & Poeta insignis , Græcarum , Latinarumque Litterarum in Lyceo nostro Professor . Ejusdem meminit Lilius Gregorius Giraldi , *in Dialogo* 2. *Poetarum suorum temporum* , probique , ac docti viri decoratur titulo ; duriusculis tamèn sermone , ac moribus fuisse idem Auctor perhibet: Memoratur etiàm intèr doctissimos ævi sui viros à Ludovico Ariosto , *Furioso* , *Cant*. 46. *stanz*. 14. , ibi.

Veggo il Mainardo , e veggo il Leoniceno ,
Il Panizzato , e Celio , e il Teocreno .

In funere Herculis Cantelmo strenuissimi Soræ Ducis , quod illi Ferrariæ , in Divi Francisci Templo magnificè peractum est elegantissimè peroravit ; sèd & carmina egregiè scripsit , quorum mox specimen sumus edituri : Eius ossa in Ecclesiâ S. Vitalis Ferrariæ servari asserit Guarini , *Chiese* , *lib*. 5.

Cla-

Clarissimus, & Utriusque Linguæ Professor, ac Doctor Publicus D. Nicolaus Marius Paniziatus Danieli Fino S.

Annua cùm præceps renovaret festa December,
Natalem Domini quæ celebrare solent,
Tùnc mea pacato nubem discussit ab ore,
Atque hilares oculos pandere visa Domus.
Garrula Natorum plausit manus, omine fausto,
Certa salutarem non procul esse Deam.
Te Duce mox, Daniel, nostras ingressa Penates,
Præbuit optatam copia dives opem;
Nec mora, consuetos pretium partimur in usus,
Jamque frui luxu splendidiore licet:
Æra sonant, dubiis hæc furfur condit acervis,
Pro strenâ vulgus quæ puerile tulit;
Hunc agitans nucibus positis, & turbine, ludum,
Fallitur, & fallit subdolus arte Puer.
Qui prior optavit, cumuli mox ditis in orbem
Distribuit partes, protinùs indè legit;
Inque vices munus propiori traditur, illi
Ære gravis, sed huic furfure dextra levis;
Pars quoquè triticeæ purgamina sæpè farinæ
Ventilat, hanc ridet cui stipe plena manus:
Hìnc atque hìnc strepitù resonat penetrale jocoso,
Quem geminâ Janus fronte iterare parat:
Hos ego solemnes ritus nùnc luce beatâ,
Cùm Talami sociâ, progenieque colo:
At tù lætitiæ nempè auctor diceris hujus,
Fine decus Clarii, præsidiumque gregis:
Deme tuum munus, tùnc omnia muta jacerent,
Aspicerem festo tristia cuncta die;
Non benè si desint Fortunæ dona potentis,
Pauperies genio sacra litare potest:
His meritis nequeo par solvere, deniquè proles
Quam veneror summo nata Tonante feret.

Ejus-

Ejusdem ad eumdem.

Irrita Priscorum, Daniel, proverbia nunquàm,
Certior est illis namque adhibenda fides:
Vulgo ajunt, Domini fuerit si fortè serenus
Natalis, pluvio Pascate, frigus erit.
Hoc verum experior, nubes, quas Bruma fugavit,
Sidere nymboso tempora verna ferunt.
Hibernus rutilâ fulsit quia luce December,
Mœsta Dioneo mense futura dies;
Mœsta dies; hilarem non est mihi reddere; sed tu
Sole tuo hanc nobis exhilarare potes.
In MS. Finiano, apùd Hæredes Favalli, pag. 29. *& seq.*

PHILIPPUS CESTARELLI Ferrarienfis, Almi Gymnasii nostri Reformator.

Rotulus in Memoriali anni 1493. pag. 37.

CIPRIANUS de CIPRO, Juristarum Rector. 1493

ANTONIUS de PLACENTIA, Artistarum Rector.

VINCENTIUS PAVESE, Phil., & Med. Doctor.

BERNARDINUS à TARVISIO Ordinis Minorum, Philosophus, Astrologusque insignis, qui in Venetorum ditione Inquisitor fuit: Is *De legitimâ Fratrum Minorum dispensatione*, adversùs Joannem Perini acerbè scripsit: *Commentaria* quoquè *in libros Meteorologicos Aristotelis* Ludovico Sforza, Moro nuncupato, Mediolani Duci dicata elucubravit, quæ in Bibliothecâ Sancti Francisci Bononiæ MSS. servari asseruit Petrus Ridolfi, *Serafic. Histor. lib.* 3. Horum autèm in Epistolâ nuncupatoriâ legi testatur Auctor idem, Bernardinum paulò antè, hoc nempè anno 1493. dum Ferrariæ doceret, Nicolao Mariâ Estense Adriensi Episcopo suadente Tractatum *de Judiciali Astrologiâ* conscripsisse, ut Ludovico Duci prædicto morem gereret.

Ro-

Rotulus in Memoriali anni 1494. pag. 52.

1494 JACOBUS CALEPINO Centensis, Universitatis Scholarium Juristarum Rector.

PETRUS de VERONA J. U. Doctor.

HIERONYMUS Ord. Prædicatorum S. Theol. Lector.

PETRUS RIDOLFI Spoletanus, Phil., & Med. Doctor.

PHILIPPUS de REGIO, Phil., & Med. Doctor.

FRANCISCUS de FOROLIVIO, Phil., & Med. Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1495 pag. 44.

1495 JACOBUS ZUAFEO Pannonius, Universitatis Scholarium Legistarum Rector.

LUDOVICUS PASETTI Frinianensis, J. Utr. Doctor, celeberrimi Cosmæ filius.

MARCUS ANTONIUS TRANO Mantuanus, Universitatis Scholarium Artistarum Rector.

SEBASTIANUS dall' AQUILA, clarissimus Medicinæ Doctor, ac fidus Galeni sectator. Ferrariæ docuit, præcipuè verò sub Ludovico Gonzaga Mantuæ Antistite floruisse dicitur. Opera ab eodem edita sunt *Quæstio de Febre sanguineâ ad mentem Galeni*, & *Tractatus de Morbo Gallico*. Vander. Linden., *de Script. Medicis.*

BERNARDINUS MALAPELLE, Phil., & Med. Doctor.

ANDREAS da RIPA, Phil., & Med. Doctor.

LUDOVICUS CARENSIO Patavinus, Tosetto cognomento appellatus in Philosophiâ, Medicinâ, & in Mathematicis maximè excelluit, ut ex Operibus ab eo relictis constat: Sunt autem

Quæ-

Quæstio de tribus doctrinis ordinariis in Universali, secundùm Galeni sententiam, & *Introductorium in Artem Medicam practicam*. Ità pluriès citatus Vander Linden, *de Script. Medicis*. In Ferrariensi, ac Patavinâ docuit Universitate, decessitque in Patriâ V. Idus Octobris anni 1539., & sepultus est in Templo D. Augustini, cùm Epigraphe, quàm videre est apùd Papadopoli, *Tom. 1. lib. 3. sect. 2. cap. 10.*

Rotulus in Memoriali anni 1496. pag. 57.

JO: FRANCISCUS BUDI Cesenatensis, Universitatis Scholarium Legistarum Rector. 1496

CAROLUS NICOLINI Florentinus, Juris Utriusque Doctor.

PHILIPPUS ALIOTI Mutinensis, Universitatis Scholarium Artistarum Rector.

ALEXANDER DONESMONTI Mantuanus, Phil., & Med. Doctor.

LACTANTIUS FUSCO de Montefiore, Philos., & Medic. Doctor: Hunc virum doctissimum fuisse credimus, & eum fortasse, qui intèr ævi sui insigniores viros recensetur ab immortali Vate nostro Ludovico Ariosto, *Furioso*, *cant.* 46. *ottava* 12.

Con lor Latantio, e Claudio Tolomei,
E Paulo Pansa, e 'l Dressino &c.

Nàm alium nullum hoc nomine, sivè Agnomine, vèl intèr Ferrarienses, vèl intèr Lectores exteros, aùt Litteratos alios quoscumque, qui Ferrariam incoluere, invenire potuimus.

LUDOVICUS FERRARI Centensis, Philos., & Medic. Doctor.

JACOBUS de SICILIA, Ordinis Prædicatorum, Philosophiæ Lector.

ZACCARIAS dal POZZO Feltrensis, insignis Medicinæ Doc-

 tor:

tor: Extant infrascripta ejusdem Opera, videlicet *Clavis Medica Rationalis Spargyrica, & Chirurgica Officina Chimica, & Historia de Gummâ Indicâ*. Vander Linden *de Scriptis Medicis*, & Mangeti Bibliothecâ Medicâ.

Rotulus in Memoriali anni 1497. pag. 76.

PINUS NUMAGI Forolivienfis, Scholarium Legiftarum
1497 Rector, posteà Legum insignis Doctor, & Ferrariæ Poteftas anno 1499. ut nostri scribunt Annalistæ.

NICOLAUS de FAVENTIA, J. U. Doctor.

SIGISMUNDUS NIGRISOLI Ferrarienfis, Philofophiæ, & Medicinæ ftudiis præclarus adeò, ut ne dùm Ferrariæ, fed extrà etiàm, præfertìm apùd Principes fummo in pretio fuerit: Multa fcripfit, quæ in Medicorum Scholâ plurimùm auctoritatis obtinent; funt autèm *Decisiones Medicinales: De curandâ fracturâ Capitis: De Concoctione Humorum: De Somno: De Causâ Morbi Comitialis: An Fructus Febricitantibus fint exhibendi: De Sectione venæ: De Frenectitudine*, & alia. Ità Superbi, *Apparat. delli Uomini illuftr. fol.* 76., Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol.* 235., & Jo: Jacobus Mangeti, *Bibliothecâ Medicâ*.

NICOLAUS BECCARI Ferrarienfis, Philof. & Medicinæ Doctor.

AUGUSTINUS de FERRARIA Ord. Prædicatorum Theologiæ Doctor.

BARTHOLOMEUS FOSSATO Mantuanus, Phil., & Med. Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1498. pag. 102.

1498 ALEXANDER RAIMONDI Regienfis, Univerfitatis Legiftarum Rector.

JO: FRANCISCUS CALCAGNI Corriggienfis Juris Confultus

tus præclarissimus, qui Ferrariam, publicè docendi causâ vocatus, in eâ nobilis Calcagni Familiæ fundamenta jecit: Pro Alphunso I. Duce Legatione ad Leonem X. Pont. Maximum egregiè functus est; quapropter intimos intèr Ducales Consiliarios cooptari meruit. Obiit in Urbe nostrâ, ejusque ossa in Templo D. Francisci servantur. Guarini, *Chiese lib.* 4.

ANDRONICUS PANIZZATO Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor.

GUIDO dai LEUTI Ferrariensis, J. U. Doctor.

VICTOR PASETTI Ferrariensis, Pub. Notariæ Lector.

JO. BAPTISTA MONTACHIESE Ferrariensis, Philos., & Med. Doctor.

PETRUS MARIA SUAVI Regiensis, Philos., & Medic. Doctor.

Rotulus in Memoriali Anni 1499. pag. 119.

FRANCISCUS CAMELLO Pistoriensis, Universitatis Scholarium Legistarum Rector. 1499

CHRISTOPHORUS ALBERICI Papiensis, insignis Juris Interpres, qui Patavii, Papiæ, & Ferrariæ, magno cùm plausu docuit: Scripsit *Relectiones ad Rubr. de Rebus creditis, ff. si certum petatur*: Floruit circà finem Sæculi XV. Papadopoli, *Historia Gymnas. Patavin. Tom. 1. sect. 2. cap. 15.* Wolfangus Freymonio, *in Elencho Scriptor. Juris Civil. & Canonic. pag. m.* 14. 17. 29. & 32., ubì varia Alberici opera recenset, & Panciroli, *de claris Legum Interpretibus, lib. 2. cap. 143.*

LUDOVICUS BARDELLA Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor.

BARTHOLOMEUS dalla SERRA Mantuanus, Universitatis Scholarium Artistarum Rector.

FRANCISCUS LIGNAMINI Tarvisinus, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor: Ex insigni Lignamini Stirpe Franciscum habuimus, qui Ferrariensi Thiarâ fuit decoratus: Hunc tamen Patavinum appellat Guarini, *Chiese*, *lib.* 1., *Cattalogo dei Vescovi di Ferrara*.

BLASIUS COSTABILI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

ANTONIUS de HISPANIA, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

NANNE CANANI, Phil., & Med. Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1500. pag. 144.

1500 MASO AMADEI Lugiensis, Universitatis Legistarum Rector, qui deinde fuit J. U. Doctor, ut scribit Hieronymus Bonoli, *Histor. di Lugo lib.* 3. *cap.* 23.

ALOYSIUS BONZAGNI Florentinus, Juris Utriusque Doctor.

FEDERICUS BARDELLA Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor.

BARTHOLOMEUS de EGANO Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

HIERONYMUS LARDI Ferrariensis, clari nominis Medicus, qui annis pluribus in Patriæ Lyceo professus est: Hanc Ferrariæ, in Templo D. Dominici apud Majores suos fuisse tumulatum, scribit Guarini, *Chiese*, *lib.* 3.




ALMI FERRARIENSIS GYMNASIJ HISTORIA.

PARS SECUNDA.

LIBER SECUNDUS.

Rotulus in Memoriali anni 1501. pag. 92.



HANNIBAL de MANFREDONIA, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, & in Gymnasio nostro Lector celebris; hunc autèm, & duos sequentes habemus in Rotulo, qui est in Memoriali anni 1501. pag. 92. & 99. 1501

JO: ANDREAS LAZARI Siculus, Universitatis Scholarium Artistarum Rector.

JOANNES BAPTISTA de PARMA, Philos., & Medicinæ Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1502. pag. 116.

1502 LUDOVICUS BERNO Mirandulanus, J. U. Doctor.

MARCUS ANTONIUS BEGATII de Massâ Longobardorum J. U. Doctor celebris, qui Ferrariæ Potestas fuit anno 1534 ut referunt Ferrarienses Annalistæ.

LUDOVICUS THESSIRA Lusitanus, Sancti Jacobi de Spatâ Eques nobilissimus, insignisque in Lyceo nostro Juris Interpres, qui scripsit *Lecturas in 2. Infortiati*, *titul. de rebus dubiis*, & *Repetitiones in titul. ad Senatusconsult. Trebellian.*, ut refert Wolfangus Freymonio, *in Elencho Scriptorum Juris Canon*, *& Civil. pag. mihi* 15., *&* 32. Tensiram vocat Lilius Gregorius Giraldi, *in Dialogo 2. Poetar. suorum tempor.*, fuit namque Ludovicus elegans Musarum sectator :- Florentiæ ab Angelo Politiano bonis fuerat litteris institutus, quapropter illic, deindè intèr nos, copioso sibi scientiarum thesauro comparato, tandèm in Lusitaniam rediit: Ibi verò cùm Magistratum quemdam sibi conferri postularet, à Rege repulsam passus atrabilari morbo ruri interiit. Lil. Gregor. Girald. *loco citat.* Multâ cùm laude memoratur Thessira ab Herculo Strozza nostro, *in suâ Venatione* ad Lucretiam Borgiam Ferrariæ Ducem, ubi.

Alipedum Thessyra bonus nutritor equorum,
Musarum decus, & gemini nova gloria Juris.

In Finiano MS., apùd Hæredes Favalli extat ad pag. 33. familiaris Elegia, quæ sequitur, â Thessira ad Fini data.

Thessira Lusitanus Danieli Fino.

Si quo jure petis doctos non reddere versus
Fine tuos possem, nil nisi verba darem.
Aspice quam placeant: precibus surdescere visus,
Qui cupit ad nutus cuncta referre tuos.
Quot juga Parnassi, totidèm jàm carmina debes
Fine, mihi, hesterno carmina pacta mero,
Non tamèn, aut cyathos, aut Baccum olitura, sed illum,
Qui pharetræ, & doctæ præditus arte liræ est.

Sæpè

Sepè optata sitis queis plurrima vina supersunt
Longa sitis nostra est, pocula nulla domo.
Ergò sitim potiùs propera sinè fine malignam
Perdere, quam vivam linquere; Fine, meam.
Cœna velùt certa est, certi leve munus amoris,
Sic dubia incertæ pignus amicitiæ.
Non Amor, aut pernix potuìt tibi nomina Fama
Pandere, Cælicolis nomina grata Deis.
Illa ego, si possim, cuperem nescire fateri,
Ipse licèt Vates sis, bone Fine, tibi.
Pocula carmen agunt, veniunt per carmina vina,
Tu meliùs gratìs mi dare utrumque soles.
Hesperium cujus mutasti nomen Hibero
Callaico accitus nomine mutus erit.
Non ego te Vatem, non te certamina nostra,
Sed facit ingenium, candide Fine, tuum
Quo sinè nec vigili debentur præmia curæ,
Est nequè mercedi debita cura suæ.
Jàm satìs atquè supèr quæsitum nomen Amicæ
Ut pateat nostræ non finit almus amor.
Carmen inane tibi, ut sol do, pro carmine pendam,
Damna rependo gravi pondere amicitiæ.
Pantheon, ut Romæ Templum quondàm omnibus unum
Numinibus posuit credula turba suis,
Sic paritèr nostris redeunt communia sacra,
Suntque simùl sanctis templa dicata viris;
Sed tua nùnc Daniel differ jejunia; cunctis
Quod datur acceptum nullus habebit opus.
Quin potiùs Genio indulgens, dic annua luce hac
Cur Capitolinâ Mensa oneratur ave.
Frigus inest curis Veterum sententia, at illas
Corda quod exurant nomen habere ferunt.
Pugnant ista nihìl, Vates cultissimè, quandò
Urendi vires frigus, & ignis habent.
Quòd si ità; cur nomen curæ designat Amorem?
Torqueat accensas cùm puer ille faces.
Esse tria haùd ullo, quæ possint obice sisti.
Undam, ignem, & populum versibus adde tuis.

CHRISTOPHORUS ROSSI Januensis, Universitatis Artistarum Rector.

HIERONYMUS PEDEMONTE Veronensis, Phil., & Med. Doctor insignis, qui docuit etiàm in Paravinâ Universitate, ut refert Angelus Portenari, *Felicità di Padova, lib.7. cap. 4.*

CHRISTOPHORUS MORARI Mantuanus, Phil., & Medic. Doctor.

THOMAS CANANO Ferrariensis, celebris Legum Doctor, Carpi Archipresbyter, & ad Adriensem Episcopatum à Julio Cardinali Canano ejus Patruo nominatus, sed eum inopinatò mors sustulit, antequàm Infulam obtineret: Ejus corpus in Templo D. Dominici apùd Majores suos depositum est, ut videre est in Guarini, *Chiese di Ferrara, lib. 3.*

GUIDO FRANCHINO Ferrariensis, Philos., & Medicinæ Doctor.

JOANNES ANDREAS de BARI, Philos., & Medicinæ Doctor.

PETRUS de MARANO, Phil., & Med. Doctor.

SIGISMUNDUS SANTI Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor.

FRANCISCUS BUSA Laudis Pompejanæ, Ord. Minorum, Philosophiæ, & Theologiæ Lector.

FERRANTES de CAZZANO Mediolanensis, Chirurgus, & Lector, ut *in Memoriali anni* 1502. *fol.* 98.

Rotulus in Memoriali anni 1503. pag. 75.

JO: BOSELLI Mutinensis, J. U. Doctor.

1503 GELLINUS GELLINI Ferrariensis, recolendi nominis Jurisconsultus, qui multa ob eximiam virtutem tàm Sæcularia, quam Ecclesiastica munera unus obire potuit; fuit enim Ferrariensis Cathe-

thedralis Ecclesiæ Canonicus, nec non à Secretis, & à Consiliis Alphunsi I. Ferrariæ Ducis intimus, prò quo ad Maximilianum Imperatorem, ad Galliarum Regem, ad Pannonios, ac ad Pontificem Maximum Orator missus est: Cymacli itèm Infulâ decoratùs, & in Urbe Ferrariæ, ejusque Diœcesi, prò Episcopo Cardinali Salviatì Suffraganeus extitit: Tot functus muneribus senex admodùm in Patriâ decedens ad Superos evolavit: Hoc Elogium viro celeberrimo in Templo D. Francisci positum; quod videas etiàm apùd Guarini, *Chiese*, *lib*.4.

D. O. M.

Gillino Episcopo Comaclen. Utriusque Juris Doct. Com. Pala ; & Equestri ordine insigni, amplissimis Germaniæ, Galliæ, & Romanæ Curiæ Legationibus bonorificè, & ad vota functo, & Illustrifs. Æstinæ fami. Ducibus, præcipuè cariss. , qui tantâ liberalitate in pauperes suas opes effudit, ut in acquirendis moderatior ne fuerit, an in elargiendis intemperantior difficile sit cognitu, & quem ann. nat. LXXXII. vitam sanè, si ad labores, nimìs diuturnam, si verò ad ejus virtutem, & Patriæ desiderium spectes perbrevem, mors improba nobis erip. superst. pietatis ergò poss. ob. autèm XII. Kalend. Januarii MDLIX.

De Gillini nostro mentionem habent Cœlius Calcagnini, qui eidem Librum *De Verbor.*, & *Rerum significat.* inscripsit, Ughelli, *in Italiâ Sacrâ*, quamvìs perperàm eum Patriâ Alexandrinum appellet, Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 1. *fol.* 74., & alibi.

UGUTIO CATTANI Ferrariensis, J. U. Doctor.

HIERONYMUS MEDICI Lucensis, J. U. Doctor.

CÆSAR CATTANI Lendinariensis, Scholarium Artistarum Rector.

PETRUS NICOLA CASTELLANI Faventinus, Philosophiam, Medicinamque in Universitate nostrâ egregiè professus est: Nonnullas ex suis Epistolis Medicis ad eum dedit doctissimus noster Joannes Mainardi: Humanis etiàm Castellani litteris, & latinæ Poesi operam dedit, ut ex his liquet carminibus, in citato pluries *Finiano MS. ad pag.* 34. registratis.

Excel-

Excellens Doctor, ac Poeta D. M. Nicolaus Castellanus Faventinus Danieli Fino.

Pieridum consors Daniel carissime, cujus
Res Academicas scribere munus adest,
Prò tot in hanc Urbem meritis, pro culmine amoris
Ergà te nostri, pro sociis studiis,
Comenda, precor, ore potes quo multa, clientem
Costabili fidum Nicoleum Domino;
Et Mecænati si comendare poetam
Dedecet, ad mentem, quod decet, ipse refer.
Te studiis natum paribus, te fecit amicum
Par studium; fautor sis modò, præstat amor;
Utque potes, sic jure velis apùd ore Tribunum
Nicoleum, Daniel, meque juvare tuum.
Et si ꞏdamem nec ob id Daniel, sed jure canendas
In laudes omni provehor ipse tuas;
Et licèt esse neges te Vatem carmine, Vatem
Te tamen ostentas carminis arte tui.
Versibus insuetum per crebra negotia quamquàm
Scribis, & asuetum versibus esse probas.
Ingens præcurrit, Daniel, tua carmina nomen,
Sed majora mibi nomine lecta patent.
Hactenùs ex solo & cum te rumore putarim,
Nùnc scio te Vatem versibus esse tuis.

TIBERIUS BACILIERI Bononiensis: Hæc circà tempora Tiberium Ferrariæ docuisse autumamus, Georgii Viviani Marchesi, *de Viris Illustr. Gall. Togatæ*, *lib.* 2. *cap* 3. testimonio innixi, qui illum Bononiæ, Patavii, Tarvisii, Ticini, & Ferrariæ ingenti cùm laude legisse scribit. Fuit autèm Philosophus præclarissimus, multaque posteris doctrinæ suæ monumenta mandavit, scilicèt *In tres Libros de Animà Tractatum in parva Naturalia, & Librum Averrois de Substantiâ Orbis*: *In duos Libros de Generatione, & Corruptione*: *In octo Libros Aristotelis de Cœlo*: & *in Universum Aristotelis, ac Averrois Dialecticam*: Romæ mortuus est anno 1511.

FRANCISCUS CASTELLI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, & Lycei nostri Reformator electus die 6. Martii 1505., ut habetur *in Registro Publicorum Decretorum*, *signato O. pag.* 85.

pag. 85. Hic Alphunsi I. Ferrariæ Ducis Medicus, & quidèm carissimus fuit: Quæ scripserit ignoramus; hoc certum est, litteratissimum fuisse, multumque de Gymnasio nostro fuisse promeritum. Eidem Nicolaus Leonicenus versionem suam è Græcâ in Latinam linguam Operis *de Tribus Doctrinis ordinatis secundum Galenum* inscribit.

Rotulus in Memoriali anni 1506. pag. 103.

CO: ANTONIUS de LODRONO Brixiensis Diœcesis, Decreti Lector. 1506

MATTHEUS de FERRARIA Ordinis Minorum, Philosophiæ Lector.

ANSELMUS Ordinis Minorum, Philosophiæ Lector.

HANNIBAL ANDREASI Mantuanus, Matheseos Lector.

PETRUS ANTONIUS de TRANO Universitatis Scholarium Legistarum Rector.

ALEXANDER GUARINI Ferrariensis, Baptistæ Guarini filius, Orator, ac Poeta insignissimus, Gymnasiique nostri Ferrariensis, in quo Humanarum Litterarum, per annos multos Præceptor fuit, columen, ac summum decus. Is auctor pulcherrimi Enigmatis, in obitu Philippæ Varano, quod in Sacello nobilissimæ ejusdem Familiæ, Ferrariæ cernitur in Templo D. Mariæ in Vado: Hujusmodi autèm est: *Quæ sunt, pro his, quæ non sunt, quæ si essent, pro bis, quæ cum sint, non sunt quæ videntur esse; pro his quæ clàm sunt, in causâ sunt; ut quod estis sitis*: Clariora sæculi ingenia eo in enodando insudarunt, Andreas Tiraquello præsertìm, & Vincentius Maggi; hic verò postremus Sphingis obscurissimæ Œdipus fuit: Hoc Enigma elegantèr explicavit etiàm ætate nostrâ, sequenti *Sonetto* insignis Poeta Ferrariensis Julius Cæsar Grazzini: Est autèm hujusmodi.

Un

Un esser' apparente, e un esser vero,
L'un mostra, e l'altro à noi cela il sembiante,
Vario l'uno, volubile, e incostante,
E vano, insufficiente, e menzognero.
L'altro ascoso al nostr' occhio, ed al pensiero,
Tutto è nel suo durar fermo, e costante,
Ed è mai sempre nel suo eterno istante
Quell' essere immutabile, e primiero.
L'uno è un ombra, un enigma, un falso aspetto,
In cui, come in ispecchio, il vero scerna
Dall' imagine sua nostro intelletto.
Così da quel, che appar sale, e si interna
Nostra parte immortal nel vero oggetto,
E, qual raggio in sua luce, in lui si eterna.

Cæterùm Alexander ob summam in rebus etiàm arduis prudentiam Secretarii, Consiliariique Ducum Estensium munus egregiè sustinuit, quinimmò, eorum nomine Orator ad Paulum III Pontificem, ac ad Florentinam Rempublicam missus est, dùm ærumnis gravissimis Italia vexaretur, quâ posteriori in Legatione capitis periculum vix effugit: *Orationes varias*, *Commentaria in Catullum*, *Carmina*, *Ritmosque* scripsit, omnia elegantèr adeò, ut à Vate nostro Ludovico Ariosto, *Orlando furioso*, *cant.* 46. laudari promeruerit, ibi.

Ecco altri due Alessandri, in un drapello,
Da gli Orologi l'un, l'altro il Guarino.

Eidem tandèm defuncto sequens Elogium in Templo D. Pauli, Ferrariæ positum est.

Alexander Baptistæ fil. prò Alphonso E. N primo Ferr. Duce Legationem diuturnam atquè difficilem in Florentinæ Urbis obsidione sustinuit. In redditu ab Aurantio Principe, Cæsareique exercitus Imperatore captus, magnâ animi fortitudine periculum capitis non evasit modò, sed libertatem quoquè ipsam redemit: ejusdem Alphon., & Herculis filii, posteà per multos annos à Secretis. Demùm totius Fisci Procuratoris munus exercuit. Guarin., *Chiese*, *lib.* 3.

De Alexandro nostro, noster item multâ cùm laude scribit Lilius Gregorius Giraldi, *in Dialogo* 2. *Poetarum suorum temporum*; quìn

quin etiàm Sintagma decimum sextum, *De Fortunâ* eidem hisce versibus inscribit.

Ingens Herculei decus Senatus,
Idemque Aoniæ pater catervæ:
Unus nam potè sustinere curas
Magni Principis, & præesse rebus,
Idem & Rhetoricos doces colores,
Et priscos simùl explicas Poetas.
Quare quem tibi dedico libellum,
Quo Fortuna Dea est relata paucis;
A tot si liceat vacare curis,
Hunc Limâ expolias severiore;
Tentesque indice Lydio rogamus:
Ne fallax Dea ludat hinc, & indè.

Sed & Ludovicus Bigo Pittorio noster Alexandrum nostrum sequenti pulcherrimo laudat Endecasillabo: Nos habemus *in Libro Carminum Bigo ejusdem, Cæsari Aragonio, Regio Puero dicato:* Hujusmodi autèm est.

Ad Alexandrum Guarinum.

Seù vis grandisonâ tubâ sonare,
Seù vis ludere leviore plectro,
Seù fari cupis in stilo soluto,
Sempèr, seù fuerit gelu, vel æstas,
Seù nox turbida, seù dies serenus,
Totas in numerato habes Camœnas.
Quarè te, per Avi, Patrisque magnas
Oro Pieridas, Guarìne, sacri
Fontis gloria, provocare nobis
Ad certamina nos gregem pusillum,
Aùt conventio fiat, ut vicissìm
Tù solummodò versibus duobus,
Nos, quotquot volumus, queamus uti,
Quìn nos hoc etiàm modo timemus
Aùt pelli, aùt oculis, vel bis, & illì,
Dà nobis rogo, & oro commeatum,
Vitandus locus est periculorum.

Lau-

Laudatur etiàm Guarini à Cinthio Joanne Baptistâ Giraldo, in Commentariis, & in Sylvarum Libris: In Finiano verò MS. apud Hæredes Favalli, pag. 32. & 33. extant pauca Guarini nostri Carmina, ad Finum data, quæ hic Lectori exhibemus:

Clarissimus, & Utriusque Linguæ Professor, ac Doctor
Publicus D. Alexander Guarinus
Danieli Fino.

Cur, Daniel, prohibes studiis incumbere græcis
Tessinum, & suades nostra videre prius?
Nonne potest ambas pariter perdiscere linguas?
Si modò qui norit traddere doctor adest:
Nam nisi Græca forent non multùm nostra valerent,
Priscorum, ut monstrant scripta diserta virûm:
Hortatur Flaccus nos exemplaria græca
Versare assiduâ, nocte, dieque manu:
Græca priùs disci, sanxit si Quintilianus,
Non te illum contra velle jobere decet:
Nonne etiàm nostri verbis utuntur Archivis?
Codicibus nostris millia græca legis:
Omnia de Grais nostri vertêre Poætæ,
Omnis & ex illo fabula fonte venit;
Fontibus è Danais nostræ fluxere Camœnæ,
Fontibus ex illis nostra redundat aqua.
Quid tibi prodessent græco sinè codice Musæ,
Nomina quis nondùm lingua latina dedit:
Quæso igitùr, Daniel, elementa capescere græca
Horteris juvenem moribus ingenuum.
Quamvis non liricæ tibi munera mitto Camœnæ,
Accipies placido tu tamèn hæc animo.

Idem eidem.

Si modò des nummos, Daniel præclare, Parenti
Sapiùs ipse tibi carmina multa feram;
Nec tu mireris sempèr quòd bina reportem,
Namquè uno libras tu quoquè das numero:
Si posthàc nobis dare multa nummisinata pergas,
Me quoquè jàm pudeat scribere pauca tibi.

Me

Me tibi recta patris cogunt persolvere grates,
Quod labor hæc fecit surgere ad alta tuus.

AUGUSTINUS de FERRARIA Philosophiæ Lector.

Rotulus in Memoriali anni 1507 pag. 44.

JO: BAPTISTA FACCHINI de Sermido, Universitatis Scholarium Juristarum Rector. 1507

ALBERTUS BISCAZZA Rodigiensis, Cathedralis Rodigii Archipresbyter, Juris Utriusque Doctor.

BENEDICTUS ANTIQUINO, J. U. Doctor.

JO: BAPTISTA GRASSALEONI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor.

LUCAS GAVRICO Neapolitanus, Pomponii Gaurico Vatis præclarissimi frater, Mathematicus, Astronomus, Geometra, Chronologus, Philosophus, Medicus, & Poeta celeberrimus, à Paulo III. Pontifice, apùd quem ingens sibi nomen conciliarat Castellanæ Civitatis Episcopus constitutus: Astrologorum maximum appellat Julius Cæsar Scaligero, qui ab ipso fuit Mathematicis facultatibus eruditus; malè autèm Gaurico cessit Astrologia, cum enim Italo cuidam Principi Regno spoliatum iri prænunciasset, immanitèr adeò ejusdem jussu, crebris funium ictibus tortus dicitur, ut intèr cruciatus animam efflaverit: Referunt Ughelli, *in Italiâ Sacrâ*, & Antonius Teissier Gallus *in Elogiis Litteratorum Homin. excerptorum ex Historiâ M. de Thou*, *pag.* 168., apùd Auctores eosdem fides sit. In almâ Universitate nostrâ Astrologiam docuit Lucas, ut *ex Rotulis* patet, multa verò scripsisse Opera, ac edidisse refert Teissier loco citato, & sunt *Supèr diebus criticis Axiomata*: *Hyppocratis, & Galeni Theoremata enucleata*: *Libellus Isagogicus*, quo pueri, juvenes, & senes perdiscerent horis tercentum Dogmata Grammatices: *Ars Mistica*, *de quantitate Syllabarum*, *in componendis versibus necessariâ*: *Annotationes in Ptolomei Almagestum*: *Schemmata, & prædictiones usquè ad Annum* 1552. *Isagoge in totam ferè Astrologiam*: *De Ventis*: *Fragmenta de Aeris qualitate*, *ex Theophilo*: *Quid Lunæ peragrationes portendant*, *ex Hefestionis Tebani juditiis*: *De conceptu nato-*

natorum, *& Septimestri partu*, *ex Valente Antiocheno*: *Tractatus Astronomicus*: *Calendarium Ecclesiasticum novum*: *De Ecclipsi miraculosâ in Passione Domini*: *Castigatio Tabularum Astronomicarum Alphonsi Regis Castellæ*, *& Reginæ Helisabet*: Itèm *Tabularum Directoriarum Joannis de Monte Regio*: *Tabularum Joannis Blanchini*: Itèm *Castigatio Librorum de rebus Cœlestibus Laurentii Bonincontri*: *Examinatio Libri Hemar. de Nativitatibus &c. Castigatio tractatus Abrahami Judæi*, *de Nativitatibus*, *& ejusdem illustratio*, & Italico sermone *Libro delli effetti delle Comete*. Hæc de Gaurico, prò instituto nostro, satìs dicta arbitrantes, illius latina Tetrasticha duo, & Julii Cæsaris Scaligerò discipuli amantissimi, in ejus morte Epitaphium, edimus.

Lucæ Gaurico.

Aurum quid prodest homini? quid gloria? quid vis?
Pallida mors dirâ singula falce metit.
Nil aurum, nil pompa juvat, nil sanguis Avorum;
Excipe virtutem, cætera mortis erunt.

Ejusdem.

Pulvis, & umbra sumus, pulvis nihil est nisi fumus;
Sed nihil est fumus, nos nihil ergò sumus.
Hora fugit, celeri properat mors improba passu,
Et tegitur cœlo quidquid acerba rapit.

In Collect. Gheriana Delitiar. Poetar. illustr. Italorum, *Tom.* 1., *pag.* 1216.

Julii Cæsaris Scaligeri.

Epitaphium Lucæ Gaurici Præceptoris, Astrologi omnium excellentissimi.

Post leges cœli varias, adscriptaque mundo
Fœdera, post superis reddita jura Deis,
Quamvis syderei ingentem cæpère recessus,
Hac, Hospes, modico limite terra tegit.
Vivere dignus erat sempèr; sed vita futuris
Auctior æterno lumine vita fuit.
Tom. 2. *dictar. Delitiar. pag.* 904.

AL-

ALMERICUS MATALETTI Parmensis, Universitatis Scholarium Artistarum Rector.

OLIVERIUS SENENSIS, Phil., & Med. Doctor.

JACOBUS GRASSETTI Mutinensis, Philosophiæ, & Medic. Doctor.

NICOLA PRISCIANI Ferrariensis, Philosophiæ, & Med. Doctor.

JOANNES AMIGHETTI, Ordinis Servorum, Philosophiæ Lector.

ANTONIUS MARIA AMOLINO Rodigiensis, Philos., & Medicinæ Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1508. pag. 59.

UBERTINUS ZUCCARDI Corrigiensis, clarissimus Juris Interpres, qui in Ferrariensi Studio docuit à præsenti, usquè ad 1508
annum 1538., quemadmodùm à Rotulis perhibetur; Memoratur à Panciroli, *de claris Legum Interpretibus*, & à Sardi *Historia di Ferrara*, *lib.* 6., scripsitque *in titul. ff. si certum petatur*: *In titul. C. de pactis*: *In leg. posthumo C. de bonor. possess. contrà tabul.*, & *in l. final. edicto*, *de Edicto D. Adrian. tollen.*, ac alia, ut refert Wolfgangus Freymonio, *in Elencho Scriptor. Utriusque Juris*, *pag. m.* 28. 36. 39. & 40. Varia ejusdem Consilia etiàm impressa reperiuntur *in Voluminibus Consiliorum Jo: Mariæ*, & *Jacopini Riminaldo*, ultrà *Volumen Consiliorum*, quod ipse seorsùm edidit. Ad Ubertinum nostrum à Daniele Fini datum legitur sequens Tetrasticon, quod in sæpè citato *Finiano MS.* legitur, *pag.* 205.

Ad Clarissimum D. Ubertinum Zuccardum
Daniel Finus.

Dedecet exiguum scribentem grandia nomen,
Conveniens non est, quod modò nomen habes;
Hæc tua nàm Lector cum perlegit ardua, dicit:
Uberti hic magni nomina jure tenet.

H VIN-

VINCENTIUS à CREMA Pavese nuncupatus, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

JOANNES UTINENSIS Ordinis Prædicatorum, Theologiæ Lector.

BERNARDINUS de SALUTIO Ordinis Prædicatorum Philosophiæ Lector.

JO: MARIA de PORTIOLO Ordinis Prædicatorum. Philosophiæ Lector.

JO: BAPTISTA PANZA Ferrariensis, Pantheum alii latinè, & Veronensem appellant: Fuit autèm magni nominis suâ ætate Philosophus, ac Medicus, ediditque *Confabulationes de Thermis Calderianis*, teste Vander Linden, *de script. Medicis*. Scripsisse etiàm Libellum *de Pestilentiâ*, nitidasque *Orationes*, quarum una, & pulcherrima quidèm contrà Detractores, tradit Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part. 3. fol.* 150., & Superbi, *apparato delli Uom. illustr. di Ferrara*, *fol.* 78.

AGATHUS Cremonensis, variæ eruditionis in celeberrimâ Universitate nostrâ Professor, qui in eâdem, sùb disciplinâ Nomici Parmensis claruit: Francisci Nichini Ferrariensis excellentissimi Gemmarum Sculptoris hìc amicus fuit adeò, ut ejusdem in laudem *Italica Carmina* elocubraverit: Conscripsit etiàm *Epitaphium in morte Idaliæ*, *Nomici ejusdem Præceptoris filiæ*, ut fusiùs habetur apùd eruditissimum Franciscum Arisi, *Cremon. Litterat. Tom.* 2. *ad annum* 1508.

FRANCISCUS MARIANO Cremonensis, Medicus, Astronomusque famatissimus, qui non tantùm Ferrariæ docuit, sed etiàm Pirani in Istriâ, & Papiæ: Scripsit Tractatus *De Morbo Gallico*: *De Balneis*, &: *De Febribus*: Pirani decessisse dicitur anno 1528., teste Bresciani, *Virtù ravvivata dei Cremonesi*, *part.* 3. *pag.* 152., ejus tamèn corpus Cremonam translatum esse, ac in primo Peristylio Templi D. Dominici tumulatum, hoc addito Elogio.

Fran-

Franciscus Marianus Art., & Medicinæ Doctor in Colleggio Physicorum Cremonæ, & Papiæ cooptatus, primùm in Ticinensi Gymnasio Logicen, Physicen, & Metaphysicen annos XX. pub. legit: Deindè ea Urbe à Gallis obsessâ Piranum Istriæ optimâ conditione accersitus Medicinam egregiè exercens obiit, anno MDXXVIII., translatusque à Jo: Baptista fratre in Com. Familiæ Sepulchro jacet F. B. M. M. D.

Quamvis in hoc Epitaphio reticeatur, Franciscum Ferrariæ legisse, in *Rotulis nostris* id manifestè ostenditur: De hoc etiàm Campi, *Histor. lib.* 3., *ad annum* 1582., & Alexander Camo, *Sogno*, *cant.* 2.

JOANNES TODESCO, Philos., & Medic. Doctor.

CÆLIUS CALCAGNINI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor, Theologus, Philosophus, Mathematicus, Orator, ac Poeta celeberrimus, & immortalis, Linguarum, omnigeneque eruditionis expers, sui sæculi miraculum nuncupatus: Cælium Litterarum decus futurum clarissimus Antonius dai Leuti, qui ejusdem Baptismati interfuit, indè ominatus, quòd, cùm infans lustrali aquâ perfunderetur, manum è fasciis exerens Rituale Librum apprehenderit tantâ virium contentione, ut Sacerdos, ac Obstetrix magno vix nisu extorquere valuerint: Refert idem Cælius in Dialogo, cui titulus *Equitatio*. Plurima de viro hoc doctissimo dicenda occurrerent, sed partium nostrarum esse arbitramur, ea tantummodò, quæ ad Studium nostrum pertinent summatim perstringere, proùt usquè adhùc (ni fallimur) effecisse credimus: Cathedralis Ferrariensis Ecclesiæ Canonicus fuit Cælius noster; in patrio verò Gymnasio pluribus annis utriusque linguæ, latinæ scilicèt, ac græcæ Professor, magnâ nostratum, alienigenorumque Scholarium frequentiâ, qui ex eo purissimo Eloquentiæ, & Universæ eruditionis Flumine rivulos deduxere; quapropter ab incomparabili Vate nostro Ariosto intèr insigniores ætatis suæ Litteratos jure meritò memoratur, *Furioso*, *cant.* 46. *stanz.* 14., ubi:

Veggo il Mainardo, e veggo il Leoniceno,
Il Panizzato, e Celio, e il Teocreno.

Plurima scripsit, egregiè omnia; hæc autèm sunt: *Epistolarum*, & *Quæstionum Libri: Juditium Vocalium: Commentarium de rebus Ægyptiacis: In libros Officiorum Ciceronis: De re Nauticâ: De Verborum, & Rerum significatione: Quòd Cælum stet, & Terra moveatur*

 Com-

Commentarium: *De concordiâ*: *De Calumniâ*: *De Libero animi motu*: *Paraphrasis trium Librorum Meteororum Aristotelis*: *In Politicam ejusdem*: *Orationes*: *Dialogi*: *Carmina*, & opera alia Theologica, Philosophica, & Oratoria, quæ omnia typis data sunt; plurima quoquè Auctoris ejusdem usquè nùnc magno Litterarum damno promeritam lucem expectant; hac verò quamprimùm fruitura speramus, operâ Cl. V. Concivis nostri Hieronymi Agnella, qui ea omnia hùc illùc dispersa collegit, notisque additis illustravit. Anno 1546. hoc Patriæ lumen terris ereptum est, ac in Bibliothecâ suâ, quam Fratribus D. Dominici jure legati reliquerat, tumulatum: Elogium Arcæ inscriptum retulimus in 3. Partis primæ Historiæ Libro, ad dictum annum 1546. Celeberrimi Viri hujus testamentum percurrentes, editum die 4. Maii 1539. rogitù Galeatii Schivazzappi Ferrariensis Notarii, incidimus in lepidum Prolegatum, ab eo factum Joanni Hieronymo ex Monferrato Alumno suo dilectissimo, ac Familiari, quem ipse in Calcagnini Familiam assumpserat: Illud autèm hìc edere statuimus, ut gratus etiàm in bestias Calcagnini animus appareat: Tenor est. *Itèm jure prolegati reliquit dicto Domino Joanni Hieronymo Mulam Seniorem ipsius Testatoris, quæ per plures annos eum portavit, & inservivit eidem, & quam equitavit per Pannoniam, Germaniam, Sarmaciam, & multas partes Italiæ, & rogavit, ac rogat eum, ut velit omnem operam impendere, in gubernando, & gubernari faciendo eam, & eidem alimenta optima, & cibaria præstare, ut Bestiam, & Mulam talem decet, & tamquàm benemeritam, usquè ad ejus Mulæ exitum vitæ*. Sed nonnulla elegantissimorum Poetarum Carmina in Cælii laudem de more proferamus: & primò.

Cinthii Jo: Baptistæ Giraldi Ferrariensis,
De Cælii Calcagnini Hymno.

Annè tuo rupes etiàm de carmine surgunt?
Promit & arenti de nuce Musa nemus?
Aura Parætonias colubris præmiscet arenas,
Marmoricusque leo servat herile latus.
Illyricus pater in mediâ perlustrat herèmo
Cælum, & Cælicolas, Tergeminumque Patrem.
Idem animo, idem oculis nostræ Vexilla salutis
Spectet, & inclusum pectore Numen adit.

Si

Si nux tantarum monstrat spectacula rerum,
De Nuce quis promptum perneget Illiada.
In Tom. 1. Delit. Poetar. Italor. Collect. Gherianæ, pag. 1240.

Julii Cæsaris Scaligeri Cælius Calcagninus.

Cælius haud Romæ genitus, nec natus Athenis,
Non ubi Castalias ungula fecit aquas;
Arpinum æquavi; patrem Stagira salutat;
Aut genui Musas, aut peperere suum.
Juditium, ingenium, pietas, facundia, census,
Nobilitas, gravitas, gratia, forma, lepor.
Si quid prætereà mortalem rarius orbem
Concelebrat, si quid sydera magna colunt;
Cuncta fui; verùm humano tàm pectore majus,
Cuncta aliis dare, quam cuncta habuisse mihi.
Tomo 2. dict. Delitiar. pag. 798.

Lilii Gregorii Giraldi Ferrariensis, Tumulo Cælii Calcagnini.

Adsta Viator, non moræ est dispendium.
Mortalitatis hoc memor nuperrimè
Sibi sepulchrum Cælius construxerat,
Quo doctiorem neminem Sol lampade
Quacumque spargit lumen Orbi, viderat:
Heù, repentè raptus, hìc est conditus,
Cui sunt parem visura non sæcula.
Hic gloriæ, dùm vixit, invidit suæ;
Celant opes tantas avarus ingeni,
Tot splendida eruditionis lumina;
Quæ maximo Alcidâ jubentur Principe
Vulgata, densas different caligines,
Quæ passim oberrant sensibus legentium.
Jàm abi, Viator, & memento sedulò,
Præclàra tantùm facta Fata vincere.
*In Tom. 1. dictar. Delitiar. pag.*1233.

At post aliorum Carmina, ipsius quoquè Cælii Musam audiamus,

in ſequenti, *De moribus Scytarum Elegiâ*, quam hic eo lubentiùs Lectori legendam ſiſtimus, quòd intèr edita ejuſdem carmina minimè reperiatur.

Rariſs., & Rever. Canonicus, & utriuſque Linguæ Profeſſor, Clariſs., ac Nobilis Ferrar. D. Cælius Calcagninus, Agriæ exiſtens Danieli Fino.

De Moribus Scytarum, Ad Danielem Finum.

Quæ loca nùnc teneam, Daniel, ſi fortè requiris,
Flebile Peligni perlege Vatis opus;
Hic ubi deſcribit Pontum, & loca proxima Ponto,
Exiliique gemit triſtia fata ſui;
Nec mala, quæ ſcribit, credas ſcripſiſſe Poetam,
Sed crede à Clario cuncta relata Deo;
Teſtis ego, atquè utinàm teſtis ne nota loquatur,
Omniaque à verâ ſint aliena fide.
Naſo Tomos coluit, quem nùnc dixere Temiſvar;
Bis quater hinc procùl eſt millibus ille decem,
Quamquàm alii ſe ſe illuſtres tanto hoſpite jactant,
Qui propè Paraſiæ Doridos arva colunt;
Oſtentant alii nitido perfecta argento
Arma, quibus Naſo triſte notavit opus.
Hæc quoquè nùnc, ſi vera ferunt, in margine ſervant:
Hoc calamo curas Naſo levare ſolet;
Atque ità quæ fuerant miſero ludibria Vati,
Nùnc ſunt barbarico nomen, honoſque ſolo.
Sic quoquè noſtra legens fors olim barbarus hoſpes
In noſtras lacbrymas ambitioſus erit:
Hoſpitium miſero Vati dedit Axena tellus,
Hoſpitium nobis Agria terra dedit;
Axena nomen habet, quoniàm ſit inhoſpita, verùm
Hæc nomen nacta eſt à feritate loci.
Nec tu Pannoniâ credas me vivere terrâ,
Pannoniæ fines concitus Iſter habet:
Atquè datum eſt poſtquàm profugos tranſire Sicambros,
Quæ nùnc barbarico eſt nomine Buda vetus;
Et quà parvus Igon magno committitur Iſtro,
Undè Iſtrigonium nomen habere putant.

Jàm

Jàm Scythiæ latè arva putent, Bessique, Getæque,
Et qui de secto Sarmata potat equo;
Jàm sinuant rapidi lunatos Jazyges arcus,
Hei mihi penè illas hostis ademit opes;
Nàm modò præsidium revocabat Jazyge terrâ
Barbara segnities, & malè suada fames.
Sed Pater omnipotens tanto in discrimine regni
Rebus opem lapsis, subsidiumque tulit.
Ipse manu pedites salebrosa per avia duxit,
Et tempestivas obsidionis opes.
Hunc verò natura locum devovit, & illa
Abstulit undè homines vivere dona solent.
Non hìc Palladiæ ramum spectabis olivæ,
Nec quid portendat pacis amator habet.
Non hìc arboreos fœtus gravis educat annus,
Phyculus undè sibi nùnc quoquè nomen habet;
Non glandes formosa suas Amarillis amabit;
Non hìc Hesperidum carpet avarus opes.
Morus abest, quod abest, sapientis nomine digna,
Et Phylis gemitus non habet, undè probet;
Nec potìs est Phœbus circumdare tempora lauro,
Nec cingunt Veneri myrtea serta comas.
Nec Ceres hìc segetes profert, nisì victa labore,
Quasque parit fruges terra, coacta parit.
Ipse pater Bromius, qualis Titanas agebat,
Qualis materno protulit igne caput,
Talis adest, tales dat toto pectore flammas;
Ah, quantò meliùs prorsus abesse fuit!
Tetra tegunt passìm steriles absyntia campos,
Delitias, & opes testificata soli.
Adde, quòd æternâ torpet caligine Cœlum,
Et diræ nubes occuluere diem;
Magnarumque intèr rerum miracula censent,
Sol quotiès puro protulit ore jubar.
Tristis Hyems madidâ verrit vestigia palla,
Hirta comas, duro pectus operta gelu.
At Boreas pulchræ nùnc immemor Orithyæ,
Irato gelidas conspuit ore nives.
Tùm duræ Matres excludunt Pignora tectis,
Ut semiusta igni corpora duret hyems;

At nudi infantes perfusi membra rubore
Excursant campos, & juga operta gelu;
Dum sua defessi repetentes lustra, labore
Appositas pultes emeruisse probant;
Mox cinere, & largâ strati fuligine somnum
Concipiunt, fornix quâ niger igne caret:
Implexos videas; caput urget cruribus ille,
Hic femur, hic turpes occupat ore nates.
Polluit infames undas, & sulphure tellus,
Nec facilè occurrit vena salubris aquæ;
Sulphurei sanè corrumpunt flumina cursus,
Sed nil, quod morbis auxilietur, habent.
Sic habet ingenium, Daniel, cœlique, solique,
In sita quæ genti me meliora putes.
Segne hominum genus est, & turpia in otia natum,
Et cui tempus iners per scelus omne perit:
Non hoc ingenuas artes exercet, abestque
Qui tabulas urat, qui rude marmor aret;
Rarus & hic cultor male grato incumbit aratro,
Hirsutique trahunt vix juga dura boves.
Nemo in quincunces novit disponere ramos,
De clivo nullas ducere novit aquas.
Quidquid habent, quidquid tractant, fortuna ministrat,
Nec ratio, nec habet docta Minerva locum.
An pietas, an fortè fides fera pectora tangat,
Moribus à Gentis nùnc quoquè scire potes.
Illa quidèm credit facinus jejunia rumpi,
Occidisse hominem sed scelus esse negat.
Quisquis erit fulvo cui zona exturgeat auro,
Hospes sit quamvìs, hospes, & hostis erit;
Et plerique solent densâ se se abdere sylvâ,
Hoc quæstum facere, hoc æra merere putant;
Si quis enim infelix occurrat fortè Viator,
Protinùs infandum sica facessit opus;
Nec vitam exuviis redimit, sed cuncta sub ictu
Depereunt; animos tanta cupido premit.
At quam dulce manus Italo si sanguine tingant!
Nàm palma hæc pondus majus honoris habet.
Cùm peterem, cur sint Italos sine fine perosi,
Responsum est: Gens hæc ingeniosa nimìs;

Nèc

Nèc tantùm de plebe homines hoc fortitèr audent,
Verùm est præcipuum Nobilitatis opus.
Scilicèt hos intèr comites mihi vivere dulce?
Scilicèt his demens moribus utar ego?
Quæritur his nomen per pocula plena, putantque
Corpore in humano perdere vina decus.
Oh, quot es, videas distentos viscera Baccho,
Turpitèr in mediâ procubuisse viâ;
Atquè alios circùm madidis saltare Choreis,
Dùm saltant, trepidum præcipitasse caput;
Dant plausum socii, dat raucum tibia cantum,
Inguine perspicuum succutiente femur;
Nam femur, hæc regio nullis campestribus abdit,
Fibulaque exurgens, quæ liget inguen, abest:
At cùm Cyaneas latè nox explicat alas,
Mortalesque ad se cum vocat alma quies,
Nota feræ cum lustra petunt, arbusta volucres,
Cumque suos Proteus pellit in antra greges;
Is nullus locus esse solet, cui corpora credant,
Fessaque per lucem membra labore levent;
Sed quicumque locus fuit obvius, illicèt illo
Corpora farta cibo deposuisse juvat;
Scilicèt in mensâ deprehensi, mensa cubile,
Deprehensi in templis, horrida templa tenent,
Quin etiàm pueris, adeunt quicumque magistri,
Luce dabunt fulcrum scrinia, nocte torum.
Ille Maro Cyrthæ decus, & tua fama Cytheron
Testis erit, carmen non nisi vera loqui:
Quandò Palatinus præses sua pignora Vati
Artibus ingenuis erudienda daret,
Ille viri magni precibus pellectus, & arte
Spectabat largè cuncta futura sibi,
Atquè ob iter fessus cum primâ nocte rogaret,
Instrueret facilem quâ sibi parte torum;
Proh pudor exclamat præses, quæ ignavia tanta,
Ut nisi pulvinis non juvet empta quies;
At nobis, quibus est factis mos prodere famam,
Et stratum, & scortum poscere, crimen idem est.
Erubuit Vates, & fœni membra maniplis
Vix tandem inventis fessa labore locat.

At

At Palatinâ pheretrum, non lectus in aulâ est;
Nam pheretrum lecti suevit habere vices,
Ut planè agnoscas, hoc viva cadavera condi,
Quæ planè efferri par foret ante diem.
Quid, quòd & inclusi thermis se ardentibus urunt,
Et quæ non possum ferre, hypocausta colunt;
Nec satìs hoc; epulis etiàm sua viscera torrent,
Et pipere accendunt, gingibereque dapes:
Unà acres rhaphanos, fastiditumque cyminum,
Quodque Helenæ ex lacrymis nomina servat olus,
Et sale duratos caules, & frigore ponunt,
Cumque suis setis rancida terga suis;
Hùc omnes sinè more manus immittere certant,
Plusque, potest qui plus carpere, laudis habet.
Turpia concretis addunt mantilia villis,
Nec, quâ te possis tergere, mappa datur.
Omnia, quæ stomachus non solùm ferre recusat,
Sed vix hoc carmen te, puto, posse pati;
Nam benè si ingenii mores agnosco, palati
Nausea de versu jàm tibi facta meo est;
Sed licèt & montes, & dividat invia tellus,
Et mare, & excelsis flumina nata jugis,
Infensique hominum mores, & inhospita Mundi
Portis, & heù miserum, me mea fata trahant;
Non tamèn hæc, cumque his incommoda mille valebunt,
A patriâ curas dissociare meas,
Quin vivat vestri sempèr mihi cura, sodales,
Absentemque absens me procùl esse negem;
Et tua, præ cunctis, Daniel, succurrat imago,
Illa mihi innumeris dulcis imago modis,
Exoptemque memor dempto tibi fine salutem,
Optatæ quamvìs ipse salutis inops.

In Finiano Codice MS., apùd Hæredes Favalli, *pag.* 9. De Cælio nostro summâ ejusdem cùm laude Auctores scripsere, Paulo Giovio excepto, qui *in Elogiis* æquè parùm de eo loquitur, fortasse quià dùm scriberet, Siluri controversiam animo revolveret.

LUDOVICUS CÆLIUS RICHIERI **Rhodiginus**, Philosophus

phus, Orator, ac eruditionis, Rerum Antiquarum præsertìm fons copiosissimus: In hunc, & meritò quidèm Ferraria nostra plurimùm sibi juris asserit, fuit enìm nedùm Rhodigiensis, quæ Civitas olìm Estensibus Ferrariæ Ducibus suberat, sed primò, in florentissimo Ferrariæ Lyceo, bonis Litteris, ac Philosophiâ sùb Nicolao Leoniceno institutus, ac deindè in Lyceo eodem, Alphunso I. Duce imperante anno scilicèt 1508. Oratoriæ facultatis Cathedram ascendit, Ferrariæque Lares fixit, deindè Ducis prædicti, maximi Litteratorum Mecænatis sumptibus, Gallias peragravit, quo in itinere nobilissimas Bibliothecas ingressus ditissimum sibi, in opus, quod meditabatur, eruditionis thesaurum comparavit: Indè verò in Italiam reversus Mediolani primò, Patavii postmodùm, Græcarum, Latinarumque Litterarum Cathedram cumulatissimè implevit, multosque instituit egregiè, quos intèr Julium Bordoni, qui se Julium Cæsarem Scaligero appellari voluit: Patavii obiit Cælius anno 1520., ætatis suæ septuagesimo, sed ejusdem cadaver Rhodigium translatum, ibidèm in Perystilio Cœnobii Divi Francisci tumulatum est, tumuloque, multos post annos, à Joanne Baptistâ Bonifazio Epitaphiùm, ac defuncti simulacrum imposita: Scripsit Cælius *Annotationes in Orationem Ciceronis prò Milone: In Homerum: In Naturalem Plinii Historiam*: Edidit verò *Antiquarum Lectionum Libros*, opus ab eruditis omnibus maximo in pretio habitum, bonâ Pauli Giovio dixerimus veniâ, qui Cæliis parùm æquus Rhodigini labores, in Elogiis, acerbè sugillat: Sed oblocutori vices strenuissimè rependit eruditissimus Papadopoli, à quò hæc omnia mutuati sumus, *in suâ Historiâ Gymnasii Patavini, Tomo* 1. *lib.* 3. *sect.* 2. *cap.* 7. Vide etiàm Cælii nostri Vitam à Carolo Silvestri Rhodigino scriptam *in Tomo* 4. *delli Opuscoli Scientifici*, *P. Calogerà*, *num.* 4.

Rotulus in Memoriali anni 1509.

JOANNES, Anglus, Universitatis Scholarium Legistarum Rector. 1506

HIERONYMUS TORNINO J. U. Doctor.

AN-

ANDREAS CARTARI Regienſis, Juris Utriuſque Doctor.

PAULUS OLTRAMARI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor.

JACOPINUS RIMINALDO Ferrarienſis, maximi nominis Juris Conſultus, Joannis Mariæ, de quo ſuprà dictum eſt, filius: Domi ſplendidiſſimum ſe hoſpitibus, litteratis præſertìm exhibuit, ingenti Auditorum frequentiâ in Patriâ legit, & Joannis Mariæ patris *Commentaria in Digeſtum vetus*, ejuſdemque *Reſponſa* in lucem edidit, quibus ſua etiàm adiecit, quamvìs Typographi ignaviâ tanti Auctoris nomen plerumquè eorumdem in fronte fuerit ommiſſum, quapropter omnia Patri aſſeruntur: Plura etiàm editurus fuerat, nisì propera adhùc juvenem mors intercepiſſet: Ejus cadaver Ferrariæ, in Templo D. Franciſci, in Familiæ ſepulchro conditum eſt. De Jacopino noſtro ſcribunt Wolfgangus Freymonio, *in Elencho Scriptor. Juris Civilis, & Canon. fol. m.* 92., Panciroli, *libr.* 2. *cap.* 121., Guarini, *Chieſe*, *libr.* 4., Libanori, *Ferrara d' Oro*, *part.* 3. *fol.* 118., Sardi, *Iſtor. Ferrar. lib.* 6., Superbi, *Apparat. Huomin. illuſtr. fol.* 59., & alii.

VIRGILIUS SILVESTRI Ferrarienſis, Juris Conſultus egregius, qui nobis *Reſponſa varia*, ac *Lecturas* reliquit: Obiit Ferrariæ, ejuſdemque oſſa in Templo D. Franciſci ſervantur, teſte Guarini, *Chieſe lib.* 4. De hoc ſcripſere etiàm Libanori, *Ferrara d' Oro part.* 3. *fol.* 236., Superbi, *fol.* 64., & Sardi, *lib.* 6.

RAPHAEL LANZI Regienſis, Legum Doctor celebris; ac Poeta: Nonnullis hic pro Patriâ Legationibus laudabilitèr functus, Mutinæ demùm, quo loci Magiſtratus plures honorificè ſuſtinuerat, diem extremum obiit. Guaſco, *Hiſtor. Letterar.*, *fol.* 31.

AUGUSTINUS CAVLA Saxolenſis, Univerſitatis Scholarium Artiſtarum Rector.

PEREGRINUS PRISCIANI Ferrarienſis, Priſciani filius, Philoſophus, Aſtrologus, Hiſtoricus, ac Poeta præclariſſimus, & re-

& rerum antiquarum acuratissimus indagator: Astrologiæ in patriâ Universitate Doctor fuit, & Jurium Estensium Principum, & Ferrariensis Urbis Conservator constitutus, ut in primâ Historiæ parte vidimus: *Novem* propterea *de Ferrariensium Rebus Tomos*; aureâ latini sermonis elegantiâ refertos ingenuâ fide conscripsit, quos se Ferrariæ vidisse testatur in Italiâ suâ Leander Alberti; sèd maximâ nostrum jacturâ postmodùm perierunt, paucis tantummodò fragmentis ad hæc usquè tempora reservatis, quæ veluti magni naufragii tabulæ recoluntur: Peregrini ossa in veteri Divi Dominici Templo Ferrariæ servabantur, teste Guarini, *Chiese*, *libr.* 3. Videas etiàm Marchesi, *in Monument. Virorum illustrium Galliæ Togatæ*, *libr.* 2., *cap.* 5. Extat in Peregrini morte sequens Marci Antonii Antimacho Tetrasticon.

Qui benè utramque Arcton norat, nitidamque Coronam,
Quæ vaga, quæque polo sidera fixa manent,
Migravit superas, moriens, Peregrinus ad oras;
Nèc mirùm, in Patriam, venerat undè, redit.

Obiit autèm die 19. Januarii 1518. ut refert Paulus Zerbinati, *in suis MSS. Ferrariæ Annalibus*.

JOANNES BAPTISTA dalla ROVERE Vercellensis, Chirurgiæ Lector, ab Urbe nostrâ conductus. *Memorial. di detto anno* 1509. *fol.* 72.

JOANNES de LITIO Aretinus, Ordinis Prædicatorum, Philosophiæ Lector.

Rotulus in Memoriali anni 1510. pag. 118.

JULIUS GRASSETTI Mutinensis, Universitatis Scholarium Legistarum Rector: Hìc Legum Peritus fuit, Mutinæque publicè legerat: Decessit autèm Ferrariæ, dùm Rectoratus munere fungeretur anno 1528., & sepultus est in Ecclesiâ Sanctæ Mariæ Angelorum, ut refert Ludovicus Vedriani, *Dottori Modonesi*, *fol. mihi* 96. 1510

GUIDO POSTHUMO Pisaurensis, Philosophiæ, ac Medicinæ celebris in Gymnasio nostro Professor: Eum etiàm Musis, sed parùm felicitèr dedisse operam testatur emunctæ naris Criticus noster Lilius Gregorius Giraldi, *in Dialog. 1. Poetar. suor. Tempor.* Convivia intemperantèr nimiùm fuisse sectatum auctor idem affirmat, quapropter in adversam incidit valetudinem: Ejusdem tamèn habetur Elogium apùd Paulum Giovio, *in Vitis Litteratorum Illustrium*: De eo etiàm hoc Tebaldei nostri Epitaphium.

Antonii Tebaldei Ferrariensis.
Epitaphium Guidi Posthumi.

Posthumus hic situs est; ne dictum hoc nomine credas,
In lucem extincto quòd patre prodierit;
Mortales neque enìm talem genuere Parentes;
Calliopea fuit Mater, Apollo Pater.

In Tom. 2. Delitiar. Poetar. Italor. Collect. Gheriana, pagina 1152.

VINCENTIUS CATO Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

GRATIUS MARTINELLI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

FRANCISCUS GRASSETTI Mutinensis, Universitatis Scholarium Artistarum Rector.

BONVICINUS TINTI Regiensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, filius nobilis viri Beltrandi Tinti, qui Ferrariæ obiisse perhibetur.

JO: PAULUS MAGAGNINI, Phil., & Med. Doctor.

PETRUS POMPONIAZZO Mantuanus, vulgò *Pedretto* nuncupatus, doctissimus equidèm Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, ac in Patavinâ, Ferrariense, ac Bononiense Universitatibus Professor: Scripsit *Volumina XII. Commentariorum in Dogmata Aristotelis*,

lis, *& Arabis Peripatetici: Tractatum de Intensione, & Remissione Formarum: Opusculum de Incantationibus, & Librum de Immortalitate Animarum*: Bononiæ decessit anno 1530. ejusque cadaver Mantuam translatum est. Cæterùm ingenii acumen impiis Dogmatibus, Catholicæque Religioni adversantibus fœdissimè commaculavit, præsertìm Animæ immortalitatem apertè denegans, quòd in duobus, qui sequuntur Epitaphiis apparet: Primum est Julii Cæsaris Scaligero ejus quondàm in Philosophiâ Discipuli, qui intèr Magistri laudes, hanc illi dum in vivis ageret, notam inhæsisse quodammodò innuere videtur, secundum verò Jani Vitalis, qui ejusdem impietatem lapidissimè sugillat: Hæc autèm sunt.

Julii Cæsaris Scaligeri Peretto Pomponatio Præceptori.

Nùnc jàm vera vides fulgenti exceptus Olympo,
Principia æterno semine nostra capi.
Hoc tibi Naturæ socio tum defuit unum.
Cætera nec cuncti sic potuere loqui.

In Tom. 2. Delitiarum Poetarum Italorum Collect. Gherianæ, pag. 794.

Jani Vitalis Panormitani in Petrum Pomponatium.

En Animarum ingens globus, en legio omnivagantum,
Quas tu perpetuâ luce carere negas;
Mortuus ut discas, æternam has vivere vitam,
Ad cineres ululant, Pomponiate, tuos.

In d. Tom. 2. Delitiar. pag. 1438. Petri Lecturas, *supèr Libros Aristotelis de Animâ* MSS. vidimus apùd Cl. V. Egidium à Fabrâ. De eo Papadopoli, *Tom. 1. lib. 3. sect. 2. cap. 9.*

Rotulus in Memoriali anni 1517. pag. 26.

PETRUS BECCARI Ferrariensis, Juris Canonici Lector celebris, cujus subscriptionem habemus *Consilio* 715. *Volum.* 4. *Jo: Mariæ, & Jacopini Riminaldo.* 1517

ALBERTUS MAZZONI de Valisnerâ. Sexti Doctor.

CA-

CAMILLUS VISTARINO Papiensis, celeberrimus Juris Interpres: Extant nonnullæ Cælii Calcagnini Epistolæ ad eum datæ, quæ in ejusdem Cælii Operibus leguntur impressæ. Intèr famosos Gymnasii nostri Doctores recensetur Camillus etiàm à Gasparo Sardi, *Istoria di Ferrara lib. 6.*, eumque *Repetitiones in Rubr. ff. soluto matrimon.* elucubrasse tradit Wolfangus Freymonio., *in Elencho Scriptor. Utriusque Juris*, *pag. m.* 30. Sed & Cælius Calcagnini sequens illi inscripsit Epigramma, quod habetur *lib.* 2. *Codicis MS. ejusdem Carminum*, apùd Marchiones Calcagnini de Fusiniano servati.

Vicimus; ut justi potiaris parte triumphi,
Hæc tibi de victis hostibus arma damus;
Namque tuo ingenio cum sit victoria parta,
Magnaque pars belli viribus acta tuis;
Hic te Victorem Clypeus testetur, & ornet
Hæc laurus titulos, magne Camille, tuos.

CÆSAR MAGNANI, J. U. Doctor.

LUDOVICUS CATO Ferrariensis, Juris Consultus celeberrimus summæ fidei, ac prudentiæ vir, in maximis negotiis prò Ferrariensi Civitate, ejusdemque Principibus continuò versatus. Frustrà verò de ejus laudibus à nobis sermo institueretur, postquàm hanc provinciam duobus jàm ferè elapsis Sæculis occupavit Bonaventura Angeli Juris Consultus, qui Ludovici nostri Vitam accuratè conscripsit. In Patriâ mortuus est Cato, humatusque in antiquo Templo S. Mariæ Servorum, teste Guarini, *Chiese*, *lib.* 2. De Ludovico, Renato, ac Sigismundo Cato, extat sequens Epigramma Joannis Baptistæ Pignà Ferrariensis, *Carminum ejusdem libro* 2.

Unus fuit Romæ Cato, sunt hic Cati
Tres, Jure Consultissimi;
Tres, eloquentiâ valentes plurimùm:
Sivè explicationibus
In publicis angustias Legum aperiant,
Ex eminente pulpito:
Seù rebus in perarduis sint integrâ
Excriptione consules:

Seù

Seu lucidè, doctèque, acutèque Dubia
De Re forensi differant.

Scripsit Cato noster *Repetitionei in l. cum prò eo, C. de senten. quæ prò eo quod intereſt*, ut notat Wolfgangus Freymonio, *in Elencho Script. Juris Utriuſque*, *pag. m.* 41: Plura etiàm Ludovici *Reſponſa* impreſſa leguntur *in Voluminibus Conſiliorum Jo: Mariæ*, *&* *Jacopini Riminaldo*, præſertìm *in Volum.* 4. Edidit inſupèr Cato noſter, Ferrariæ anno 1533. typis Franciſci Roſſi Librum, cui titulus *Ludovici Cati, Equitis, & J. C. Ferrarienſis benivoli, & familiaris ad Clariſſ. Juriſconſultum Andream Alciatum, in interpretatione l. Quinque Pedum C. fin. regund. Admonitio*. Opus autèm ab Auctore dicatum *Magnificæ, atquè ornatiſſimæ Scholaſticorum Cæſarei, & Pontificii Juris Ferrariæ commorantium Sodalitati*. Extant quoquè Cati *Orationes duæ*, una ad Adrianum VI., impreſſa Cæſarauguſtæ, altera ad Senatum Venetum, ad quos Principes Orator fuerat.

JO: MATTHEUS VIRGILI Urbinas, Georgii filius, ac Polidori frater, qui de Rerum Inventoribus, & alia ſcripſit. In Philoſophiâ, & Medicinâ, in quibus egregiè profecit, doctiſſimi Pomponiazzo Ariſtotelici diſcipulus fuit; à Præceptore ipſo Scholæ ſuæ Auditor primarius meritò appellatus: Ità Pomponiazzo, *in ſuâ Apologiâ, lib. 3. cap. 3.* Patavii, Ferrariæque Jo: Mattheus docuit, ejuſdemque *MSS. Tractatus ſuper Opera Ariſtotelis in Vaticanâ Bibliothecâ* aſſervantur: Sunt autèm *De Motu Terreſtri, & Cæleſti, & de Rerum generatione, & corruptione.*

Rotulus in Memoriali anni 1518. pag. 54.

MARCUS THEASTI Ferrarienſis, Galeotti filius, Jur. Utr. Doctor. 1518

Rotulus in Memoriali Anni 1519. pag. 54.

FRANCISCUS CATTABENE Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor. 1519

FRANCISCUS MANTOANO, Phil., & Medicus.

VINCENTIUS de VINCENTIA, Ord. Prædicatorum de Observantiâ, Philosophiæ, & S. Theologiæ Magister.

JO: FRANCISCUS FAERNO Cremonensis, Ordinis Minorum, Theologus in Collegio nostro laureatus, & Concionator præclarissimus, Sacrarum litterarum, dùm viveret, oraculum habitus: Hieronymus Vida, *Act. 3. Cremon. contrà Papienses*, *pag.* 46. Ministri Provincialis munere in Bononiæ Provinciâ fuisse functum testatur Vadingo, *de Scriptor. Ord. Minorum*, *pag. mihi* 207. Bononiæ autèm decessit anno 1537. *Orationibus latinis variis, Sermonibusque Quadragesimalibus* relictis: Petrus Ridolfi, *in Seraphicâ Historiâ*, *lib. 3. pag. m.* 323.

THOMAS BADIA Mutinensis, Ordinis Prædicatorum, Philosophus, ac Theologus præclarissimus, qui circà hæc tempora in Universitate nostrâ Philosophiam legit, & deindè à Paulo III. sacrâ Purpurâ donatus est: Hæc autèm scripsit, nempè *Certamen duorum Angelorum Homini assistentium*: *Tractatum de Providentiâ*: *Commentaria supèr Physicam*, & *Metaphysicam*: *Tractatum de Intensione Formarum*: *De Analogiâ Entis*: *Quæstionem de Immortalitate Animæ*, & alia: Ità Ludovicus Vedriani, *Vite*, & *Elogii dei Cardinali Modenesi*, & alii, ab eo citati.

THOMAS de VINCENTIA, Ord. Prædicatorum, de Observantiâ Philosophiæ, & S. Theologiæ Magister.

JOANNES de PERUSIO, Ord. Servorum B. M. V., Philosophiæ, & S. Theologiæ Magister.

SONCINUS BENCI Ferrariensis, Philosophus, ac Medicus excellentissimus, Soncini senioris, ut credimus filius, Magni Ugonis Benci certè nepos: Huic Lilius Gregorius Giraldi *Sintagma Decimumquintum Operis sui De naturâ Deorum*, hisce dicat Carminibus.

Disertissime mi Socine Benti
Antistes Sapientiæ, & peritus
Artis Pergameæ, simùlque Coæ:
Conscripsi tibi Demonas, Pelasgi
Quos dicunt, Genios quos vocant Latini,

Ipsos

Ipsos multiplici subindè voce,
Et Manes, Lemuresque nuncupantes,
Et Faunos, Inuos, Lares, Penates,
Et quae nomina colligo hoc Libello.
Quae si non fuerint benè explicata,
Tu qui me stygio additum Tiranno
Sustentas medicâ frequentèr arte,
Ignoscas rogo, deniquè me tuere.
Sic sint prospera cuncta, liberique
Majores referant, avum, patremque;

Rotulus in Memoriali anni 1520. pag. 51.

HIPPOLITUS CANANO Ferrariensis, Joannis Baptistae Medici celeberrimi filius, ipse quoquè in eadem facultate paternae 1520 virtutis imitator: Postquàm à juventute aetatem omnem docendo in Gymnasio nostro, maximo Auditorum profectu, impendisset, Ferrariae obiit annos natus LXV., & in antiquo D. Dominici Templo sepultus est, proùt ex Epitaphio, quod suprà retulimus, dùm de Joanne Baptistâ sermonem haberemus. Guarini, *Chiese, lib. 3.*

NICOLA CORLO Ferrariensis, Phil., & Medicus.

DOMINICUS MELGUIZZO Hispanus, Philosophus, & Medicus insignis, cujus intèr opera varia scripta, extat edita tantùm *Epistola de Pleuritide*. Joannes Jacobus Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*.

LAURENTIUS de CASTRO FRANCO Ord. Servorum B. M. V., Theologus.

PETRUS CANEVAZZO de Mutinâ, seù Monsestinensis: Vander Linden *de Scriptis Medicis* illum Cremensem appellat: Fuit autèm in Medicinâ insignis, scripsitque, eodem Auctore referente, *Opus de Atramentis cujuscumque generis, in sex descriptiones digestum.*

GASPAR MAZZONI Ferrariensis, Notariae Lector.

LANFRANCUS GESSI Lugiensis, Universitatis Scholarium

Legistarum Rector. Humanarum Litterarum hic studio primò optimè exclutus Legibus operam dedit felicitèr adeò, ut ne dùm Lauream consequi promeruerit, verùm etiàm intèr Consiliarios, & Judices Aulicos Herculis II. Ferrariæ Ducis assumi. Scripsit, vulgavitque *Consiliorum Civilium, & Criminalium Volumina*, & *Antiparadoxon* adversùs Andream Alciati, Ferrariæque decedens in Templo Societatis Jesu sepultus est, hujusmôdi cùm Epitaphio.

D. O. M.

Lanfranco Gipsio Lugien. J. C. peritiss., qui post Rectoris Gymnasii Ferrar. munus obitum, gestasque sum. integrit. nobiliores totius Ditionis prætur. postremò Herc. II., cui fuit acceptiss. Magn. procur. creatus IX. Magistratus anno prudentiss. exacto, naturæ cessit anno Domini MDL. X. Junii, ætat. verò suæ XLIX.

Refert Guarini, *Chiese*, lib. 4. Videantur etiàm Lilius Gregor. Giraldi, *in secundo Dialog. Poetar. suor. temporum*, Leander Alberti, *Descrizione d'Italia, e Provincia di Romagna ne Boi Galli Togati*, *fol.* 312., Libanori, *Ferrara d'Oro*, *par.* 3. *fol.* 186., Hieronymus Bonoli, *Historia di Lugo*, *lib.* 3. *cap.* 23. §. 2. Sed & extat *inter edita Hieronymi Phaleti carmina*, *pag.* 51. sequens, ad Lanfrancum nostrum datum Epigramma.

Ad Lanfrancum Gipsium summum Ferrariensium Principis Procuratorem.

Nonne sub obicibus latitat Vulcanius ignis;
Et tamèn inclusus spiritus intus inest?
Nonne etiàm rutilum pluvias post sæpè reducit
Delius, ardenti vectus in axe diem?
Nonne etiàm hunc cæcâ totum sub nocte latentem
Cernimus auratis mane redire comis?
Nonne etiàm occultat florentes spica racemos,
Et tamèn humenti subrubet uva mero?
Non & bruma cadit gelidis comitata pruinis
Cum matutino rore madescit humus?
Niseæque latent obducta fronte sorores,
Meonia quamvìs tempora fronde vacent.
Non arbor, non planta viret, non gramina surgunt,
Cum torpet cano terra perusta gelu.

At

At cùm flant Zephiri, glacie cum terra soluta est,
Prata virent, surgit non priùs ausa Ceres.
Erumpunt gemmæ tunicis in palmite fissis,
Luxuriat densis quercus opaca comis;
Sic me, Gipse puta, quamvis mihi vena maligna est
Carminis, ad laudes surgere posse tuas.
Si tua, quæ nunquàm patitur torpere Poetas,
Inspiret Musæ mollior aura meæ.

JO. FRANCISCUS BEBIO Regiensis, ex Familiâ Comitum Bebio, armigeris, litteratisque viris quam pluribus decorata olìm, nùnc verò extinctâ, oriundus fuit, ac in legali facultate doctissimus: *In Matriculâ Doctorum Regiensium, fol.* 14. hæc leguntur de eo verba *Hic miles, & Eques Auratus insignis Jurisconsultus Tridenti Prætor fuit, & Patavii Jus Civile aliquot annis professus, in Patriâ Civilibus honoribus, & Legationibus perfunctus fuit;* Ferrariæ publicè docuisse etiàm præsens, ac sequentes Rotuli apertè demonstrant. Laudatur ab Alphunso Isacchi, *in Libro SS. Regiensis Urbis Protectorum.*

ANTONIUS MUSA BRASAVOLA Ferrariensis, Philosophus, Medicusque omnium suâ ætate maximus in Patriæ Lyceo docuit, cujus etiàm Reformator fuit, nèc nòn Parisiis, ubì Gallos omnes in sui admirationem convertit, cùm illìc, omnibus arguendi potestate factâ, de omni scibili doctissimè respondisset; quinimmò à Rege ipso Francisco I. gloriosissimum *Musæ* cognomentum obtinuit, ac si Scientiarum Auctor extitisset: Galeni, & Hippocratis accuratissimus interpres fuit, claruitque sub Hercule, atquè Alphunso Ferrariæ Ducibus; multa verò egregiè scripsit, ediditque, scilicèt *In primum Hippocratis Aphorismum Commentarium: In* 8. *Libros Aphorismorum Hippocratis, & Galeni Commentaria, & annotationes: In Libros de Ratione victus in morbis acutis Hippocratis, & Galeni Commentaria: Examen omnium Simplicium: Examen omnium Syruporum: Examen omnium Loch &c.* cui accessit *De Morbo Gallico Tractatus lepidissimus: Examen omnium Electuariorum, Pulverum: Examen omnium Catapotiorum, seù Pillularum: Examen omnium Trochiscorum: De Medicamentis, tàm simplicibus, quàm compositis: De Morbo Gallico: De radicis Chinæ usu: Dialogum, quòd mors nemini placeat: Muricis Encomium: De Cœna, & Prandio: De Temperie*

Ferrarienfis aeris: *De Laudibus Dialecticæ*: *Commentaria in Paulum Venetum*: *In Prædicamenta Ariftotelis*: *In librum de Interpretatione*: *In pofteriora Ariftotelis Analitica*: *In Librum Boætii de Divifionibus*: *In Librum Avverois*: *De Subftantiâ Orbis*: *In Libros Phyficorum Ariftotelis*: *In Libros de Animâ*, & Italico fermone *La Vita di Christo Signore*, & alia. Ferrariæ deceffit, ac in Templo D. Andreæ tumulatus eft: Cælium Calcagnini amiciffimum habuit, qui illi Differtationes varias infcripfit, nempè *In primum Librum Ethicorum Ariftotelis*: *In Politicam ejufdem*: *In ejufdem Commentationem de Senfu*, *& Senfili*: *Quòd Stoici dicunt magis fabulofa*, *quàm Poetæ*, & *de Citrio*, *Cedro*, & *Citro*, ut intèr ejufdem Calcagnini opera videre eft: De eo, multâ cùm laude Lilius Gregor. Gyraldi, Marchefi, *in Monumentis Viror. illuftr. Galliæ Togatæ*, *lib.* 2. *cap.* 4., Vander. Linden., *de fcriptis Medicis*, Guarini, *Chiefe lib.* 5., Libanori, *par.* 3. *fol.* 45., & alii plures.

CHRISTOPHORUS BALDISSERI de Solarolo, Univerfitatis Scholarium Artiftarum Rector.

Rotulus in Memoriali anni 1521. pag. 44.

1521 ALPHUNSUS BOETIO Neapolitanus, Univerfitatis Scholarium Legiftarum Rector.

JO. PETRUS TOLOMEI dall' ASSAXINO Ferrarienfis, J. U. Doctor.

PROSPER REGIENSIS Ordinis Minorum, Philofophiæ Lector.

Rotulus in Memoriali anni 1528. pag. 23.

1528 HIERONYMUS SCALABRINI Ferrarienfis, delli ORATORI dictus, J. U. Doctor infignis, cujus eft *Confilium* 101. *Tomi-2. Confilior. Criminal.*, *per Ziletti collectorum*.

SIGISMUNDUS SALIMBENI Ferrarienfis, Almi Gymnafii noftri Reformator.

JA-

JACOBUS ALVAROTTO Patavinus nobilis, Almi Lycei nostri Reformator, Ducis Ferrariæ Consiliarius: Hoc Hieronymus Phaleti ad eumdem dedit Epigramma.

Munera legitimis mittuntur plura diebus,
Turbaque servorum cursitat, itque frequens.
Hic leporem portat, turdos fert alter obesos,
Hic de Phasiaco littore portat avem,
Antiquos igitùr servans ego tempore ritus,
Hæc tibi, pro dono, carmina pauca dabo.
In Libello Carm. dicti Phalet. pag. 92.

JACOBUS CAGNACINI Ferrariensis, Legum Doctor insignis, & amœnioribus studiis addictus: Variis hic Magistratibus, tàm in Patriâ, quàm alibì egregiè perfunctus est, doctrinæ etenim summam quoquè prudentiam copularat, quapropter ad legendum in Ticinensi Gymnasio, magnis propositis præmiis fuerat invitatus; at illum iter eò meditantem, in Patriâ prævenit mors, ejusque corpus, ut refert Guarini, *Chiese, lib.* 5., sepultum est supèr laterali minori januâ Templi S. Mariæ in Vado, forinsecùs hoc apposito Elogio.

Quis fuerim, quid egerim, qui Monumentum posuerint si tua scire refert Viator, hanc ædem ingressus scito; Manibus bona precàre, sicque vive, ut & quem vixeris vivas, ex bonis defuncti, P. qui interiori pariete sepultus est.

Intùs verò, supèr eadem portâ hæc alia leguntur.

Jacobo Cagnacino J. C., qui pòst perfunctos in Patriâ summâ æquitate Magistratus, publicèque docendi munus, magnâ sui nominis gloriâ doctrinæ ergò accersitus Ticinum, morte præventus obiit. Ann. MDL. Amici B. M. F. curarunt.

Reliquit Jacobus noster *Lecturas in Jure* doctissimas, & *Consilia*, quorum plura impressa cernuntur *in Voluminibus Consil. Jo: Mariæ, & Jacopini Riminaldo*, præsertìm *in Volum.* 4. Sed & latina carmina elegantèr conscripsit, meritò idcircò laudatus à Lilio Gregorio Giraldi *in* 2. *Dialog. Poetar. suorum temporum*. Hujus Epi-

I 4 gram-

grammata duo, quæ extant *in citato pluries Finiano MS. Codice ad pag.* 137., de more edimus.

Spectabilis D. Jacobus Cagnacinus Legum Doctor, & Locumtenens Magnifici D. Judicis XII. Sapientum Danieli Fino.

Loquitur autèm de Libro sexto dicti Codicis MS. Finiani.

Sex, Daniel, scriptos vidi à te carmine libros,
Æternam ad vitam tres tibi sufficiunt.
Tres sunt Nasonis Libri, tres ampla Properti
Dixisti pompa, & funeris esse tui;
Tres potes ergò tuis, Daniel, præstare Patronis,
Ut possint tecùm vivere perpetuò:
Jure igitùr primum ex istis Antonius unum
Vendicat, at Titum jure secundus habet;
Tertius & tuus est Zili; quis justa negabit,
Perpetuat Patriæ cum liber iste Patres.

Ejusdem ad eundem.

Magne senex, Daniel, Communis gloria nostri,
Omnia communis, qui monumenta tenes,
Nec sub clave magìs memori, quàm mente senili,
Clauduntur Patriæ tot monumenta tuæ.
Nil fures timeant hæc; sunt tecum omnia sempèr;
Aspice quis custos sit bonus iste Senex.

PHILIPPUS RHODI Ferrariensis, Juris utriusque Doctor insignis: Hic prò Hercule II. Ferrariæ Duce, totius ejusdem Status Syndicus Generalis fuit, & Orator ad Paulum III. Pontificem Max., apùd quem constitit acceptus adeò, ut Pontifex multis illum, ac Rhodi Familiam amplissimis Privilegiis decoraverit, Farnesiana sex aurea lilia, etiàm in Gentilitio Rhodi stemmate addere permittendo, Philippumque, ac descendentes, quòd majus est, in Farnesianam Familiam cooptando: Commissarii itèm Generalis munus in Barensi Ducatu prò Sigismundo Pannoniæ Rege summâ fide obivit: *Annales Ferrarienses in Tomos quatuor magnæ molis digestos* conscripsit, qui Mutinæ in Estensi Bibliothecâ ser-

servantur: Scripsit etiam *La Istoria di Casa Roverelli*, quæ MS. est apùd hæredes quondàm Doctoris Candidi Chiarafloni; ac tandèm Ferrariæ decessit, & in D. Andreæ antiquo Perystilio tumulatus est. Guarini, *Chiese*, *libr.* 5., Libanori, *Ferrara d'Oro par.* 3. *fol.* 93., & Superbi, *fol.* 23.

LUDOVICUS SILVESTRI Ferrariensis, Juris Consultus optimus, cujus cernere est *Responsa de Jure in Volumine* 4. *Consiliorum Joannis Mariæ, & Jacopini Riminaldo, in Tomo* 2. *Collectan. Consil. Criminal. Ziletti*, & alibi. Ejus ossa in Templo D. Francisci Ferrariæ requiescunt: Guarini, *Chiese lib.* 4., & Libanori, *Ferrara d'Oro, par.* 3. *fol.* 236.

FRANCISCUS SARASINI Ferrariensis, celebris Juris Consultus, Gerardi filius, de quo in Epitaphio, quod suprà retulimus de Patre sermonem habentes. Guarini, *Chiese*, *lib.* 4.

GABRIEL FERRARI, Philos., & Medic. Doctor.

HIERONYMUS CANTALUPI Mantuanus, Philosophiæ, ac Medicinæ in Gymnasio nostro Professor egregius, nec non Musarum Latii cultor elegantissimus: Ejusdem *in Finiano MS.* plura extant *carmina*, nos verò, ut Lectori morem geramus, duo tantùm Epigrammata ad Danielem Fini scripta, ac *in dicto Codice ad pag.* 141. *& seq.* registrata hîc exhibemus.

Hieronymus Cantalupus Mantuanus, Philosophiæ Professor Danieli Fino.

Sunt tibi quæ quondàm fuerant cognomina Sappho,
Quæ scripsit lyricis carmina mille modis:
Et tibi Musa dedit, Daniel, describere carmen
Quovìscumque modo, fletibus ora rigat;
Quovìscumque modo teneros describis amores,
Utque fuit nodis jàm Rosa capta tuis.
Docta cohors Vatum longo petit ordine Vatem
Ducere Pierio, dum sua plectra movent.
Si tibi dant Musæ validas in carmine vires,
Cur dubitas Vatis nomen habere boni?

Ejus-

Ejusdem, ad eumdem.

Deseruisse choros Musarum, Fine, videris,
Dum tua mens variis fungitur offitiis;
Deseruisse tamèn, nec quisquam credere posset,
Norit si quantùm pagina docta valet.
Castalides multùm docto faveatis alumno,
Quàm benè, quas placido sublevat ingenio;
Ergò mi, Daniel, cum nil dare carmine credas,
Et tàm culta feras, das igitùr Daniel.

Rotulus in Memoriali anni 1530.

1530 MARCUS BRUNUS dalle ANGUILLE Ferrariensis, Juris Interpres præclarissimus, variis in imperio Estensium Magistratibus optimè functus: *Volumen Consiliorum*, magnæ apud Forenses auctoritatis edidit, aliaque edenda paraverat, nisi mors vota intercepisset; quaproptèr ejusdem labores, magnâ ex parte periisse creduntur: Marci Bruni cineres in Templo S. Mariæ à Rosa servari scribit Guarini, *Chiese, lib. 3.* Videas etiàm Superbi, *apparat. delli Uomin. Illustr. di Ferrara, fol. 67.*, & Libanori, *Ferrara d'Oro, par. 3. fol. 201.*

NICOLINUS BONACCIOLI Ferrariensis, seù Nicolaus, Philosophus, Medicusque, suâ ætate præclarus, in Patriâ obiit, ac in Templo D. Dominici ejus corpus tumulatum est, teste Guarini, *Chiese lib. 3.*

LUCAS LANZI RICCARDI Philosophus, & Medicus.

HIPPOLITUS COSTABILI Ferrariensis, Phil., & Medicus insignis, laudatus ab Antonio Musâ Brasavolâ, qui ejus Præceptor fuit, *in Proœmio Commentar. in Hippocratis Aphorismos.*

ALEXANDER SARDI Ferrariensis, præclarissimus Juris Interpres, Philosophus, Historicus, Orator, Linguarumque peritus: Hunc in Almâ Universitate nostrâ publicè fuisse professum, auctor est Libanori, sed cùm tempus minimè designet, nos hoc loco referimus, quià hæc circa tempora floruisse credimus. Edidit autèm Sardi *Librum de Moribus Gentium*: Insupèr conscripsit. *Trac-*

tatum

tatum : De Christi Salvatoris Humanitate ; & sermone Italico : *L'origine, accrescimento, e Dominij di tutti i Principi dell' Europa, e specialmente delli Estensi*, sed hæc postrema reliquit inedita : De eo Lilius Gregor. Giraldi noster, *in Dialog.* 2. *Poetar. suorum temporum*, Libanori, *par.* 3. *fol.* 14., & Superbi, *par.* 2. *fol.* 90.

HIERONYMUS ORICALCO Ferrariensis, Bernardini Oricalco, seù Recalchi Veronensis Juris Consulti optimi, qui intèr Ferrarienses præclaræ stirpis auctor fuit, nepos, Philosophiam, & Medicinam ingenti cum laude professus: Estensibus hic Ducibus egregiam in multis operam navavit, quapropter magnam apùd eos gratiam promeruit. Guarini, *Chiese di Ferrara*, *lib.* 5.

LILIUS GREGORIUS GIRALDI Ferrariensis, Theologus, Philosophus, Orator, Poeta, Linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ peritissimus, summum Ferrariæ decus, admirandæque eruditionis Vir, *posteriorum Sæculorum Varro* meritò appellatus : In almâ Universitate nostrâ Humanas eùm docuisse Litteras testatur Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 119. quòd nos etiàm probabile credimus, quamvìs in Rotulis descriptum non invenerimus; potuit enìm extrà Rotulum legisse, quòd usquè in hodiernam diem usitatum scimus; sempèr enìm in more fuit, ut ultra Ordinarios, Extraordinariosque Lectores Rotuli mercede conductos, alii etiàm ad legendum admitterentur, solâ sub spe Cathedras, quæ adnexum emolumentum habent deindè optionis titulo consequendi: Cæterùm Giraldi noster, quamvìs infirmo plerumquè esset corpore, animoque ærumnis sepissimè agitato, multa doctissimè scripsit, edIditque, quæ sibi, & Patriæ immortale nomen compararunt; sunt autèm *Historia de Diis Gentium*, *in Syntagmata XVII distributa* : *Historiæ Poetarum Græcorum*, & *Latinorum Libri X.* : *De Poetis suorum Temporum Dialogi duo* : *Progymnasma adversùs Litteras*, & *Litteratos* : *Libellus interpretationis Enigmatum Antiquorum* : *Symbolorum Pitagoræ interpretatio* : *Parænesis adversùs ingratos* : *Libellus, quomodò quis ingrati numen effugere possit* : *De Annis, Mensibus, cæterisque Temporum partibus* : *Varia Critica* : *Carmina Latina* : *Epistola de Imitatione* : Quæddam etiàm è Græco in Latinum Idioma transtulisse asserit Quenstedt, *in Dialogo*, *de Patriis Virorum Illustrium*, *pag. m.* 506. Floruit Giraldi circà annum 1530., nosque illum hoc loco referimus, quamvìs quò præcisè anno in Gymnasio nostro docuerit minimè constet :

Obiit

Obiit pòst annum 1550., ac in Ecclesiâ Cathedrali Ferrariæ, in sepulcro, quod sibi vivens paraverat, pulcherrimâ hac inscriptione, de suo pænù additâ tumulatus est.

D. O. M.

Quid hospes astas? tymbion
Vides Gyraldi Lilii,
Fortunæ utramque paginam
Qui pertulit, sed pessimâ
Est usus alterâ, nihil
Opis ferente Apolline;
Nil scire refert amplius
Tua, aut sua, in tuam rem abi
Lilius Gregorius Giraldi Protonot. Apostolic. mortalitatis memor.
Annos agens XXII. V. S. P. cur. MDL.

De Giraldi nostro, videas Paulum Giovio, *in Elogiis*, Jacobum Gaddi, *de Scriptor. Cap. III.*, Ghellini, *in Theatro*, Guarini *Chiese*, aliosque.

CÆSAR à BONONIA, Ordinis Servorum B. M. V. Phil. & Theologus.

JOANNES FRANCISCUS, Ordinis Minorum, Philosophus, & Theologus.

ANTONIUS MARIA CANANO Ferrariensis, in Philosophiâ, & Medicinâ magnum sibi adeptus nomen. Guarini, *Chiese*, *libro* 3. Apùd eruditissimum Ægidium à Fabrâ extant *Consultationes Medicæ*: *Expositio in Nonum Librum Rasis*, & *Anathomiâ*, *habita anno* 1553., omnia Canano opera MSS., & apùd Philos. & Medicinæ Doctorem Jo: Ant. Filoni, *MS. in folio ejusdem Lectionum in Aphorismos Hippocratis*.

Rotulus in Memoriali anni 1531. pag. 32.

1531 MASTINI Mantuanus, Universitatis Scholarium Juristarum Rector.

SE-

SERAPHINUS JACOBELLI Ferrarienfis, infignis Juris Confultus nobili, ac perantiquo ortus genere, humanarumque litterarum preffidiis egregiè inftructus: Maxima hunc intèr, & eruditiffimum Cælium Calcagnini neceffitudo intercellit, quod Cælius perpetuò teftatum voluit, illi namque non tantùm Epiftolas plures, & quæ fequuntur carmina direxit, fed etiàm *Librum de Juditiis* eidem peramantèr dicavit; hujus autèm *in Præfatione* habemus, Jacobelli noftrum in Legali fcientiâ Præceptores fortitum Ferrariæ Francifcum Calcagni, Bononiæ Carolum Ruini, Ticini Jafonem: *Legales Tractatus varios* fcripfit Seraphinus, quos tamèn numquàm editos fuiffe reperimus: Ferrariæ tandèm deceffit, & in Templo D. Francifci apùd Majores fuos tumulatus eft. Guarini, *Chiefe lib.* 4., Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.*235. Superbi, & alii. Hæc autèm funt Calcagnini Carmina ad Seraphinum noftrum.

Perdix, munus Seraphini Jacobelli.

Si me alius quicumque epulis, ventrique paraffet,
Ingenuè dicam, mors mihi dura foret;
At cum me dulci Seraphinus mittat amico,
Ingenuè dicam, fic periiffe juvat.

In Tom. 1. *Delit. Poetar. Ital. Collect. Gherianæ*, *pag.* 518.

Cælius Jacobello.

Te mihi, meque tibi nexu conjunxit amico
Et ftudium, & ftudio conciliatus amor.
Cur rogo, cur opus eft nexu conjungere nexum,
Cur opus, ut vulgò dicitur, actum agere?
Si tamèn hoc fixum eft, ut vinclis vincula jungas,
Et nodos nodis agglomerare juvat,
Ut, Seraphine lubet; fed ob hæc ego vincula poffum,
Arctius effe tuus, non magìs effe tuus.

In Codice MS. Carminum Cælii Calcagni, Herculi II. Ferrariæ Duci dicatorum, apùd Marchiones Calcagnini de Fufignano *lib.* 2.

JOANNES de PONTREMULO, Philofophus, & Medicus.

JU-

JULIUS SIGITIUS Ferrarienſis, Phil., & Medicus.

DIONISIUS dall' AQUILA, celebris Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor: Extat *in Finiano MS.* apùd Hæredes Favalli, *pag.* 140., hoc de Dioniſii domo Danielis Fini Diſticon.

Daniel Finus, pro D. Dioniſii Aquilæ Domo.

Noſtra, loci poſitu, quid damnas recta viator,
Si ſunt vicini margine ſtructa foris?

Rotulus in Memoriali anni 1532. pag. 50.

1532 JO: STEPHANUS MOSTO Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor.

ALBERTUS de ALBAREA Ferrarienſis, Cauſidicus, Notariæ Lector.

FRANCISCUS BRUSANTINO Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor inſignis, ab Antonio Muſâ Braſavola inſtitutus, ab eoque cùm laude memoratus *in Probœmio Commentar. in Aphoriſm. Hippocratis*.

CINTHIUS JO: BAPTISTA GIRALDI Ferrarienſis, Philoſophus, Medicus, Hiſtoricus, Orator, Poeta, virque in omni ferè Scientiarum genere abſolutiſſimus: Is in Medicâ Joannem Manardi, in Rhetoricâ facultatibus Cælium Calcagnini Præceptores nactus, cultoribus ſapientiſſimis reſpondit adeò, ut Lilii Gregorii Giraldi conſanguinei ſui gloriam feliciter emularit: Præcipuum idcircò Gymnaſii noſtri, in quo Humanas Litteras annis pluribus profeſſus eſt decus fuit, meritò etiàm Herculis II. Ferrariæ Ducis à Secretis electus: Deindè à potentiſſimo Sabaudiæ Duce expetitus Taurini publicè docuit, Papiæ demùm, ubì primaria Eloquentiæ, ac Poeſis Cathedra eidem fuerat ultrò oblata: Papiâ verò cum Ferrariam rediiſſet, in morbum incidit, eoque confectus, maximo Litteratorum omnium luctu è vivis exceſſit anno 1573., ætatis ſuæ 69.: Ejuſdem corpus in D. Nicolai Templo tumulatum ſcribit Guarini, *Chieſe di Ferrara*, *lib.* 3., cui tamèn adverſatur Libanori, *Ferrara d'Oro*, *par.* 3. *fol.* 140., illud in Templo D. Domi-

minici sepultum fuisse pronuncians; cui magis credendum ambigimus: Hos ultrà, in Cinthii nostri laude multi sunt Lilius Gregor. Giraldi, *in Dialogo 2. de Poetis suorum Temporum*, Jacobus Gaddi, in Libro *de Scriptoribus*, *pag.* 211., Antonius Teissier Gallus, *in Elogiis Litterat. Hominum*, *excerpt. ab Historiâ D. de Thou. pag.* 407., Superbi, *apparat. delli Huomini illustri*, *fol.* 99., Abbas Ghellini, *lib.* 1. *fol.* 109., Papadopoli, *in Histor. Gymnas. Patavini*, *Tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 25., Franc. Alunno, & alii plures. Plurimùm Cinthius de Litterariâ Republicâ promeretur, præsertìm quià Tragædiam, quæ penè exulaverat, Italiæ egregiè restituit: Giraldi verò opera hæc sunt *Principum Estensis Domus Commentaria*: *Oratio ad Marcum Antonium Trevisanum Venetiarum Ducem*: *Oratio ad Franciscum Venerium*: *Oratio in funere Francisci Galliarum Regis*: *Carmina*, idest *Eclogæ tres*: *Elegiarum liber unus*: *Epigrammatum libri duo*: Italico sermone: *Heccatomiti*: *Romanzi*: *Fiamme amorose*, *parte prima*: *Hercole*, *Poema in ottava rima*: *Egle*, *Satira*: *Tragedie*, cioè *Orbecche*: *Cleopatra*: *Didone*: *Antivalomeni*: *Altile*: *Areopagia*: *Epitiâ*: *Euphemia*: *Selene*: *Discorso di ciò, che conviene à Giovane nobile, per servire un gran Principe*, omnia edita; inedita verò *Historia de gestis Andreæ Doriæ Principis Melphitani*: *Carmina Italica*: *Lezioni sopra le Meteore di Aristotile*: *Fiamme amorose*, *parte* 2., & *Epistole familiari*: Hæc Cinthii Opera, aliaque respectivè referuntur à Teissier, Superbi, & Libanori, locis suprà cit. Tandèm, prò coronide, carmina addamus, quibus Lilius Gregorius Giraldi nostro Cinthio Syntagma septimum nobilissimæ suæ Deorum Historiæ nuncupat, & Epigramma Cælii Calcagnini, in Cinthii ejusdem laudem conscriptum.

Giraldus Giraldo.

Senex, & æger Lilius
Dono suo dat Cynthio
Hoc, quidquid est, voluminis,
Orans Deos Novensiles,
Ut hoc velint plùs sæculo
Manere, amoris mutui
Sit testis ut perennior.

Cælii

Cælii Calcagnini ad Joannem Baptistam Giraldum.

Quod cultum carmen, quod doctas impleat aures,
Et secum multum numinis esse probet,
Herculei auspicia imperii quòd flumine largo
Explicet, & plebis mixtaque vota patrum,
Laus, Giralde, tua est; tibi enim fas prodere, quantùm
Lætitiæ populis attulit una dies.
At mihi adhùc dubium est, hæc an tibi debita laus sit,
An potius raræ debita materiæ.

In Tom. 1. Delit. Poetar. Italor. Collect. Gherianæ, pag. 520.

Rotulus in Memoriali anni 1533. pag. 44.

1533 HIPPOLITUS dall' OLIO Ferrariensis J. U. Doctor.

PETRUS ZANBECCARI Pontremulensis J. U. Doctor, qui anno 1532. fuerat Legistarum Rector.

JO. BAPTISTA dal SACRATO Ferrariensis, Causidicus, Notariæ Lector.

LUDOVICUS PELIZZARI Mutinensis, Medicus, itèmque Philosophus excellentissimus, Rectoris Artistarum munere etiàm functus, de quo scribit Ludovicus Vedriani, in suâ Civitatis Mutinæ Historiâ, *par. 2. lib.* 18. Poesi quoquè operam dedit, ejusque in sæpè memorato *MS. Codice Finiano*, *pag.* 150. sequens Tetrasticon legitur.

Ad Danielem Finum Clarissimus D. Ludovicus Pelipparius Mutinensis.

Tu prò me mandata notes rogo Judicis æqui,
Quæ tibi sunt veteri jure notanda tuo;
Quis, Daniel, sinè te quæstorem poscere quicquàm
Audet? ni vacuâ vult rediisse manu.

LEONARDUS BOMI Patavinus, Phil., & Med. Doctor.

JOAN-

JOANNES FRANCISCUS ROSSI Mediolanensis, nuncupatus *Il Magnifico*, celebris Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, qui anno 1531. Universitatis Scholarium Rector fuerat, ut ex anni prædicti Rotulo apparet. Hic celeberrimi Antonii Musæ Brasavola discipulus fuit, ut scribit Brasavola ipse, *in suâ Epist. nuncupatoriâ, antè Commentar. Aphorismorum*, ubi tres, & quinquaginta Discipulos suos enumerat.

MARCUS ANTONIUS ANTIMACHO Mantuanus, Orator, & Poeta celeberrimus, Virque linguarum peritissimus, græcæ præsertìm, quàm ut coràm à fonte hauriret, in Græciam adolescens profectus est, ut scribit Laurentius Crasso, *Historia de' Poeti Greci*; tantùm autèm in eâ profecit, teste Lilio Gregor. Giraldi *in ejus Elogio*, ut Græcorum nulli postponendus habeatur, in his, quæ vel solutâ, vel metricà oratione conscripsit: Eloquentiæ, Poeticæ, Græcique idiomatis in Universitate nostrâ, annis pluribus, scilicèt ab hoc, usquè ad 1545. Lector fuit, cujus è tirocinio viri clarissimi prodiere: Edidit autèm *Gemisti, & Rhetoricorum Dionysii Alicarnassei Versionem*, &: *Epigrammata quamplurima*: Virulentum quoquè Epigramma adversùs Egnatium scripsit, hujusce ab hostibus sollicitatus: Senio tandèm confectus Ferrariæ decessit, ejusdemque corpus in D. Francisci Templo depositum est, hujusmodi cum Elogio, quod habetur etiàm apùd Guarini, *Chiese lib.* 4.

D. M.

Marco Antonio Antimacho, viro optimo, atquè in utriusque linguæ, utroque dicendi genere præstantiss., qui Græcam Ferrariæ XX. annos publ. professus est, quique in eâ plura quàm Græci omnes, cùm nequè in Latinâ multò pauciora fecerit, optima scripsit Epigrammata, anno ætatis suæ undeoctuagesimo decedenti Fabius filius vir probatiss. poni jussit MDLII. No. Januarii.

Sed & Lilius Gregorius Giraldi noster, quod sequitur pulcherrimum in Marci Antonii obitu Epitaphium edidit.

Lilii Gregorii Giraldi Epitaphium M. Ant. Antimacho.

Adsta Viator paululùm
Brevis moræ pretium feres.

Hac Marcus est Antonius
Antimachus urnâ conditus,
Qui Patriæ, ac testudinis
Consors Maronis extitit,
Et Tullianæ lecyti.
Hunc Grajâ par facundiâ;
Seù carmen ille pangeret,
Seù pede soluta scriberet.
Sed ne putes hac tantulâ
Urnâ tegi, cujus volat
Virum per ora gloria,
Quacumque florent Litteræ
Bonæ, vigetque humanitas.
I nùnc, Viator, collige,
Virtute nil præstantius.

In Tom. 1. *Delit. Poetar. Italor. Collect. Gherianæ, pag.* 1233.

Multa Marci Antonii carmina leguntur *in Finiano MS.*, nos verò unam tantùm ipsius Elegiam, pag. 147., ibi registratam annectimus.

Ad Danielem Finum Clarissimi Antimachi Elegia.

Dùm me rura tenent, atquè aurea lintribus uva
Conditur, & musto dolia plena fluunt,
Nulla tui, Daniel generose, est immemor hora,
Seù vigilem, seù jàm membra sopore levem;
Antè meos unus sempèr versaris ocellos,
Pars animæ cùm sis unus & ipse meæ;
Prò quo non ullos contemnam ferre labores,
Seù dentur terris, sivè pericla mari;
Sunt jucunda mihi pro te suscepta futura,
Sint licèt Herculeâ monstra domanda manu:
Terrear Etna tuis nunquàm, flammisque Chimeræ,
Nec timeam Siculi monstra tremenda freti;
Anguicomæ intrepidus contemnamque ora Medusæ,
Illa viros quamvìs reddere saxa queat;
Anguipedum spernam pro te quoquè bella Gigantum;
Et Cæi sævas, Enceladique minas;

Prò

Prò te Sysiphios valeam tolerare labores,
Te comite infernos & superare lacus;
Et trahere ætherias ausim quoquè solus ad auras,
Pro te, Tartareum tetra per antra canem;
Ingenui id mores, id postulat inclyta virtus,
Fine, tua, atquè animi vis generosa tui:
Exigit hoc probitas, prudentia poscit, & usus,
Et qui mellifluo manat ab ore lepos,
Hoc, & rara fides, & carmina culta merentur,
Quæ certant numeris, Galle diserte, tuis;
Hoc studium in rebus, quas publica cura gerendas
Mandat, & officio scita notanda tuo.
Deindè faves nostris sincero corde Camœnis,
Consulis & famæ non sinè laude meæ;
Me colis, atquè meo inservis studiosus honori,
Tutaris partes acer & usquè meas;
Quæ faciunt, memori ut nunquàm mihi mente recedas,
Nec fluat ex animo gratia grata meo;
Præcipuè nostrum cum tam consentiat astrum,
Ut quod ego optarim, te quoquè velle putem.
Indoctum quarè mirari desine vulgus,
Si Fini Antimacho mutua cura subest.

MAURELIUS SANTI Ferrarienfis, Phil., & Med. Doctor infignis, ab Antonio Musâ Brafavola inftitutus: Hic Hippolyti Cardinalis Eftenfis Medicus fuit, & de eo multâ cùm laude Musa prædictus, *in nuncupat. Commentar. in Hippocrat. Aphorifmos.*

ROBERTUS dal SACRATO Ferrarienfis, Philof., & Med. Doctor.

CAMILLUS GHIRLINZONI Carpenfis, Philofophiæ, & Medicinæ Doctor, laudatus à Musâ Brafavola ejus Præceptore, *in nuncupatoriâ Commentar. in Aphorifmos Hippocratis.*

Rotulus in Memoriali anni 1534. pag. 32.

JOANNES LEO DORZANI Vercellenfis, Philofophus, Medicus, nec non Poeta egregius, *Poetino* vulgò appellatus. In Medici- 1534

dicinâ fuit eruditus à Musâ Brasavola, ut hic testatur *in nuncupat. Epistolâ Commentar. suorum in Hippocratis Aphorismis*, in Humanis verò litteris à Lucâ de Ripâ, & Baptistâ Guarini institutum scribit Lilius Gregor. Giraldi, *Dialogo* 1. *Poetar. suorum Temporum*: *Elegias, Epigrammata*, & *Libros tres Perseidos heroico versu*, luce dignissimos scripsisse memorat laudatus Auctor, ejusdemque ingenii poetici indicem, hoc exhibet Epigramma.

De Io in Vaccam mutatâ.

In somnis sibi visa Parens mea fundere partu
Brutum, hominem, atque Deam, somnia vana rata est;
Me parit, immutor, renovor, color, in tribus una,
Io, Vacca, Isis, Brutum, Homo, Diva fui.

Habetur etiàm *in Tom.* 1. *Delit. Poetar. Italor. collect. Gherianæ*, *pag.* 1384. Itèm *in Finiano*, *sepiùs citato Codice MS. apùd Hæredes Favalli*, *ad pag.* 148. aliud hoc legitur Epigramma.

Joannes Leo Vercellensis Danieli Fino S. D.

Fama tui totam, Daniel, delata per Urbem,
Te facit Heroas jàm superare viros.
Consilium, gravitas, prudentia maxima rebus
Te facient totâ posteritate legi:
Cessabunt prisci Fabii, sanctique Catones,
Sanctior in totâ hac diceris Urbe Numa;
Quo fit, ut excelsæ cupiant virtutis alumni,
Optatis votis te dare præsidium:
Quod mihi si dederis, te nostri sempèr amicum,
Deniquè vel Finum te sinè fine colam.

JO. BOLOGNINI Patavinus, Universitatis Scholarium Artistarum Rector.

Rotulus in Memoriali anni 1535 pag. 34.

1535 MARTINUS BONDINARI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor.

HIE-

HIERONYMUS RUGOLETTI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor.

GEMINIANUS RIZZARDI, J. U. Doctor.

PROSPER PASETTI Ferrarienſis, perennis famæ Juris Conſultus, quemadmodùm *doctiſſima ejuſdem Conſilia*, quæ multùm in Foro obtinent, apertè demonſtrant: Lilium Gregorium Giraldi amantiſſimum habuiſſe ex eo liquet, quòd Syntagmata Secundum, & Decimum tertium Hiſtoriæ Deorum, & Dialogos Nonum, ac Decimum Hiſtoriæ Poetarum eidem Lilius dicaverit. Ferrariæ obiit Proſper, & in D. Pauli Templo ſepultus eſt, teſte Guarini, *Chieſe lib. 3.* Virorum illuſtrium multi calamos in Paſetti laudibus exercuere; nos verò infraſcripta dumtaxàt dicti Lilii Giraldi, & Jo: Baptiſtæ Pigna carmina referemus.

Lilius Gregorius Giraldi Proſpero Paſetto J. C.

Me promereri haud deſinis
Donis, Paſethe, regiis,
Et uſquè, & uſquè, & in dies
Majora jungis maximis,
Et digna magno Principe.
Sèd undè te remunerer?
Vèl par tibi reſpondeam?
Sors nil reliquit aſpera,
Ipſos nec artus corporis,
Nec mens ſatìs conſtat ſibi.
Quid ergò fiet? turpitèr
Silebo tanta munera
Ingratus? aſt infantiæ
Malo pudens damnarier,
Referre quàm tibi nihil.
Hæc ergò ſumme incondita,
Sed prompta ab imo pectoris,
Tibi quæ me obæratum arguant.

In Tom. 1. Delit. Poetar. Italor. collect. Gherianæ, pag. 1236.

Joannes Baptista Pigna, Prospero Paseto J. C.

Commendo tibi causam, Pasette, æquissimam,
Pasette, Judex integer.
Judeus ille perfidus, quem esse penitùs
Heri probavi perfidum,
Dolo malo, acceptam mihi pecuniam
Reddat, tuâ sententiâ;
Tecum agere pudet, hoc de levi negotio
Te detinere non decet;
Ni res gravis sint ponderis, ni maximæ
Causæ urgeant, & maximè;
Te namque rebus occupant in arduis,
Forum, Senatus, Regia.
Epigrammat. Joannis Bapt. Pigna lib. 2.

TROILUS ACCABEI Centensis, Scholarium Artistarum Rector. Vide Josephum Mariam Pannini, *Compendios. Ragguagli di Cento*, *fol.* 40. Accabei, seù Cabeo, ut vocant alii, Antonium Musam Brasavola institutorem habuit, ut habetur *in Epist. nuncupat. Brasavola ipsius præfixâ Comment. Aphorism.*

JOANNES SINAPIO Germanus, Renatæ Ferrariæ Ducissæ insignis Medicus, ab Antonio Musâ Brasavola eruditus, & in Gymnasio nostro facultatis ejusdem Lector Publicus: Græcas quoquè Litteras, ac Latinas egregiè calluit, easque adolescens adhùc in Germaniâ professus est: Carminum propterea linguæ utriusque concinnator fuit; quinimmò ex Græcis multa in Latinum carmen transtulit; *Podagram* præsertìm *ex Luciano*, ut refert Lilius Gregorius Giraldi, *in Dialogis Poetarum suorum temporum*, qui eundem quoquè eloquentiæ, eruditionis, doctrinæque titulis commendat, *in Epistolâ nuncupatoriâ Dialogi tertii Historiæ Poetarum, ad Annam Estensem, Herculis II. Ferrariæ Ducis filiam*; quinimmò *Dialogum quintum Historiæ prædictæ* Sinapio eidem inscribit. Litteratorum omniùm, qui tùnc temporis in Ferrariensi scientiarum emporio florebant amicitiam coluit, Calcagnini præcipuè, cujus hoc ad illum datum legimus Epigramma.

An tua adhùc nostros potuit cortina colores
Excoquere, & florem purpureum elicere;

An

An potiùs cuncti frustrà cecidere labores,
Sinapi, & periit juxtà oleum, & opera?
Ergò age, si nulli possunt hærere tabellæ,
Illicèt extremum spongia faxit opus.

Libro 4. Codicis MS. Carminum Cœlii Calcagnini, apùd Marchiones Calcagnini Fusignani Dominos.

Rotulus in Memoriali anni 1536. pag. 50.

PHILIPPUS VACCARI Ferrarienſis J. U. Doctor. 1536

JO: MARIA MAINARDO Ferrarienſis, Philoſophus, & Medicus.

LEONARDUS BONO Ferrarienſis, Phil., & Medicus.

VINCENTIUS CAPRILE Ferrarienſis, Philoſophiæ, ac Medicinæ inſignis Doctor. Hunc, *in Operibus ſuis* Compatrem vocat Cœlius Calcagnini, eidemque binas Epiſtolas ſcribit.

Rotulus in Memoriali anni 1537. pag. 22.

ALPHUNSUS BANCHI Ferrarienſis J. U. Doctor, à Judeo larvato proditorie interemptus, ut *Libro 3. primæ hujus Hiſtoriæ partis* vidimus. Obiit autèm die 8. Martii 1590., ſenex admodùm, & morum integritate venerabilis. *In Libr. Offitii Bullettarum*. 1537

JO: NICOLA MONTANARI Veronenſis, vir ſanguinis nobilitate, ac doctrinâ celebris, qui etiàm Univerſitatis Legiſtarum Rector fuit.

JOANNES CATTABENE Ferrarienſis, inſignis Juris Interpres, quem *Conſilia varia* reliquiſſe, & in Templo S. Mariæ in Vado fuiſſe tumulatum refert Guarini, *Chieſe di Ferrara*, *lib.* 5. memoratur etiàm à Libanori, *Ferrara d'Oro*, *par.* 3. *fol.* 126.

JOANNES CEFALI, præclariſſimus Juris Interpres, qui ſub Hercule II. Ferrariæ Duce, in Almo Lyceo noſtro Cathedram Juris Civilis primariam tenuit: Bis etiàm à Mediolanenſi Senatu

expetitus, Papiæ publicè docuit, Franciscum Alciati, qui posteà Cardinalis fuit, Andreæ nepotem Collegam habens, frequentissimo Scholarium cœtu, ad eum audiendum confluente. Patavii demum, honorificentissimè conductus constitit, nèc indè à Bononiensibus, & Pisanis, amplissimo stipendio proposito, nèc à Mediolanensibus, Senatoris dignitate oblatâ, ampliùs dimoveri potuit. Eidem bis à Patavinis anctum est stipendium, scilicèt usquè ad aureos mille quingentos octuoginta, cùmque rursùs auctuarium esset oblatum, recusavit, eo quòd ab Ariolo quoddam audisset, minimè futurum, ut ultra mille quingentos & octoginta ditesceret: At quod ipse de nummis, de anno ejusdem emortuali intelligendum esse, exitus (fortuitò credimus) demonstravit; Cesali enìm anno 1580. V. Idus Novembris, Patavii mortuus est, ejusque corpus in Ecclesiâ D. Petri sepultum: Edidit Cesali *Consiliorum Volumina quinque: Repetitionem supèr l. Centurio*, & alia. Papadopoli, *Histor. Gymnas. Patavini*, *Tom.* 1. *lib.* 3. *sect.* 1. *cap.* 23., & Antonius Riccoboni, *in Oratione*, quam in Cesali ejusdem morte habuit.

ALEXANDER MAROCELLI Ferrariensis, J. U. Doctor.

JACOBUS JO: BAPTISTA à SACRATO Ferrariensis, Juris Utr. Doctor. Vide Guarin. *pag.* 183.

CÆSAR CAPRILI Ferrariensis, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor insignis, cujus corpus, Ferrariæ in Ecclesiâ S. Mariæ à Rosâ, unà cùm cineribus Pii Eneæ fratris, requiescit, ut scribit Guarini, *Chiese lib.* 3. Hic ab Antonio Musâ Brasavolâ institutus fuerat, quemadmodùm testatur ipse *in nuncupatoriâ Commentar. suorum in Aphorismos Hippocratis*, ubì Cæsarem nostrum *fulgur in argumentando*, *ac in respondendo* appellat.

PIUS ÆNEAS CAPRILI Ferrariensis, Cæsaris supradicti frater, eademque studia, Medicinam præsertìm sectatus, ac in celeberrimâ Universitate nostrâ egregiè professus: Opus doctissimum edidit *De Febribus putridis in genere*, *& in specie*, quod à Vander Linden, in suo *de Scriptis Medicis Libro*, & à Jo: Jacobo Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ* refertur: Morte autèm in Patriâ sublatus, in dictâ S. Mariæ à Rosâ Ecclesiâ depositus est, hoc addito Epitaphio, quod habes etiàm apùd Guarini, *Chiese di Ferrara*, *libr.* 3.

D. O. M.

D. O. M.

Artium Medicinæ Doctores, Cæsar, atquè Pius Æneas fratres Caprilis mortalitatis memores Parentibus defunctis, sibi ipsis, & posteris hanc sedem piè fieri curarunt. Anno Domini MDLXVI.

Rotulus in Memoriali anni 1538.

JO: BAPTISTA LODI Brixiensis, J. U. Doctor: Fuit etiàm Universitatis Scholarium Legistarum Rector, ut in Rotulo anni 1537. 1538

MARCUS ANTONIUS FLORIO Ferrariensis, Philos., & Med. Doctor ab Antonio Musâ Brasavolâ fuit institutus, ut liquet *in Epist. nuncupat. Commentar. Aphorismorum* Brasavolæ ipsius; scripsit verò *De Morbis Epidemicis*, Jo: Jacobus Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*.

GASPAR GABRIELI Patavinus, Generis nobilitate præclarus, Philosophiæ, ac Medicinæ Scientia, & Grecæ linguæ peritiâ præclarissimus, qui Ferrariæ ab Antonio Musâ Brasavola fuit eruditus: Scripsit *In Quæstionem Hieronymi Boniperti Novariensis, de materiæ imminutione in principio Morbi dissolutiones*, & *Explicationem de totius evacuandæ materiæ ratione*: Ità Vander Linden, *de Script. Medicis*: Fuisse etiàm Oratorem, ac edidisseque *Carminum libros 3.*: *Orationes*: *Epistolas Latinas*: *Librum de claris Gymnasii Discipulis*, ac Patavii obiisse anno 1553., scribit Papadopoli, *in Histor. Gymnas. Patavini, Tom. 2. lib. 2. cap. 17.*

Rotulus in Memoriali anni 1539.

HERCULES SILVESTRI Ferrariensis, ingentis famæ Jurisconsultus, à quo *Consilia varia*, *Lecturæque* fuerunt elaborata: 1539 Divi Francisci Templum ejusdem cineres servat: Ità Guarini, *Chiese lib. 4*, Superbi, *Apparato Huomini Illustri fol. 64.*, Libanori *Ferrara d'Oro fol. 236. Consilia 728., & 774. Voluminis 4. Consiliorum Jo Mariæ, & Jacopini Riminaldo* Herculis nostri sunt, itèmque *Consil. 97. Tomi 2. Collectan. Jo: Baptistæ Ziletti*.

JO:

JO: RONCAGALLO GIOLDI Ferrarienſis, Juris Interpres celeberrimus, qui in Patriæ Lyceo, Piſis, & in Urbe Montis Regalis, à potentiſſimo Sabaudiæ Duce accitus publicè profeſſus eſt: Typis dedit *Tractatus de Duobus Reis*: *Lecturas ſuper Titul. Inſtitut.*, & alia, magnæ apùd Juriſtas auctoritatis. Ferrariæ deceſſit, ejuſquè ſepulchrum in antiquo D. Dominici Templo viſebatur: Guarini, *Chieſe di Ferrara*, *lib.* 3., multa etiàm cùm laude memoratur à Lilio Gregor. Giraldi noſtro, *in* 2. *Dialog. Poetar. ſuorum temporum*, & ab Antonio Riccobono, *in Oratione Funebri Joannis Ceſſali*.

PETRUS BERTANI Mutinenſis, Ord. Prædicatorum, Orator, Philoſophus, Theologuſque celeberrimus, qui Concilio Tridentino interfuit, ac in eo Romanæ Eccleſiæ operam navavit ſtrenuiſſimam: Hunc Ferrariæ publicè legiſſe tradunt Michael Piò, *in Hiſtoriâ virorum Illuſtrium Dominicani Ordinis*, & Ludovicus Vedriani, *Elogii dei Cardinali Modoneſi*, quod circà hæc tempora accidiſſe credimus: Ob eximiam igitùr tanti viri virtutem, eum Julius III. Cardinalium cætui aggregavit, ut refert citatus Vedriani, apùd quem de eo fuſiùs.

JOANNES AVVENTI Ferrarienſis J. U. Doctor: Ex hac nobili Familiâ floret ætate noſtrâ Co: Joſeph Avventi, eruditus Eques, ac præſertìm Hætruſcæ Poeſis ſtudioſus; eſt autèm & ipſe Juris utriuſque laureâ decoratus.

STEPHANUS BELLETTI Lugienſis, Jur. Utr. Doctor, qui etiàm Juriſtarum Rector fuerat: Laudatur à Bartholomeo Ricci, *Libro* 7. *Epiſtolarum*, *in Epiſtolâ ad Jo: Baptiſtam Saraccâ datâ*.

JO: ANTONIUS MAGNANINO Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor.

HIPPOLITUS RIMINALDO Ferrarienſis, Jacopini ex Fratre nepos, Juris Interpres inſigniſſimus, qui in Patriâ Jus Civile primò, deindè, Proſpero Paſetti vitâ functo, Jus Pontificium legit: Pulcherrima in Jure Opera elaboravit; nempè *Commentaria in Inſtitutiones*, *& Codicem*: *Tractatum de Donationibus*, & *Tomos ſeptem Conſiliorum*. Panciroli *de Clar. Leg. Interpr. lib.* 2. *cap.* 121., Wolfgangus Freymonio, *in Elencho Scriptor. Juris Utriuſque*, & Mar-

Marchesi, *Monument. Viror. Illustr. Gall. Togatæ lib. 1. cap. 2.* Immortalem igitùr intèr vivos famam adeptus, ad Superos migravit die 23. Decembris 1589., ut constat *ex Libr. Officii Bullettarum*, ejusque corpus in Ecclesiâ Confratrum S. Joannis Baptistæ conditum est, antè Aram Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, in cujus Tabulâ Hyppoliti imago verò similima, albo Confratrum amictu induta conspicitur: Sepulchrali autèm Lapidi, breve hoc Epitaphium incisum.

Sepulchrum D. Hyppoliti Riminaldi Jur. Conf., & Hæredum suorum. MDLXXXVIII.

Guarini, *Chiese*, *libr.* 3., Libanori, *Ferrara d'Oro*, *fol.* 180., Superbi, *fol.* 59., ac alii.

Rotulus in Memoriali anni 1541.

PETRUS MICHELINI de Tredozio, J. U. Doctor. 1541

SIGISMUNDUS DISCALZI Ferrariensis, nobilitate, Legumque scientiâ præclarus: Hic prò Alphunso II. Ferrariæ Duce ad Maximilianum II. Cæsarem Legationem gessit anno 1567., ut constat *ex Libro Memoriali anni ejusdem pag.* 11., ac Mense Martii 1570. obiit, quemadmodùm videre est *in dicto Memoriali*, *pag.* 16.

FRANCISCUS DIOLI Ferrariensis, J. U. Doctor, qui etiàm Legistarum Rector fuerat.

PETRUS à SACRATO Ferrariensis, Notariæ Lector.

HIERONYMUS PAPINO Laudensis, Ord. Prædicatorum, Philosophus, Theologusque eximius scripsit *Commentaria in Summam Theologiæ D. Thomæ*, & *Opuscula varia Philosophica*. Andreas Rovetta, *Bibliotheca Dominican. Provinc. Lombardiæ*, *Centur.* 4. *pag.* 121.

JACOBUS CANANO Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor, ab Antonio Musâ Brasavola institutus: Memoratur à Marco Antonio Muretto *in Epistol. 22. lib. 1. ad Paulum Sacrato*, ac in aliis.

JO: BAPTISTA CANANO Ferrariensis, Philosophus, Medicus, & Anathomicus excellentissimus, ab Antonio Musâ Brasavolâ eruditus, & ab Amato Lusitano *Vesalius alter* nuncupatus: Summæ ejusdem doctrinæ famâ permotus Julius III. Pont. Maximus, Romam accersivit, ac Archiatri Pontificii munere decoravit; indè verò ab Alphunso II. Ferrariæ Duce in Patriam revocatus, totius ejusdem Dominii Archiater, ac in Gymnasio Anathomicorum Princeps declaratus est: Doctissimum autèm is Librum edidit, cui titulus *Musculorum corporis picturata dissectio*: Ferrariæ, in Sacelo Templi D. Dominici Joannis Baptistæ nostri Sepulchrum cernitur hoc ornatum Epitaphio, quod refert etiàm Guarini, *Chiese*, *lib.* 3.

Joannes Baptista Cananus Julii III. Pontificis Maximi Medicus olim acceptissimus, nùnc autèm totius Ditionis Alphonsi II. Ferrariæ Ducis Serenissimi suis meritis Protomedicus, Mortalitatis memor hoc sibi monumentum vivens P. C. ad MDLXXVIII. Kal. Januarii, ætatis verò suæ LXIII.

JO: BAPTISTA CEFALI Ferrariensis, Joannem Cefali egregium Juris Interpretem, de quo suprà locuti sumus, parentem habuit, ac in eadem Legum scientiâ ipse quoquè celeberrimus fuit, Estensibusque Principibus, Alphunso II. Ferrariæ Duci præsertìm magnoperè acceptus: Pro Gulielmo Gonzaga Mantuæ Duce, in Urbe Casalis Montisferrati, integerrimè Jus dixit, adeòque Principi eidem placuit, ut Ferrariam reducem Comitis titulo decoraverit. Quibusdam editis *in Jure Tractatibus*, tàm sui, quàm Joannis patris, qui tamèn omnes, attentè minùs perpendenti unius tantummodò auctoris opus esse videntur, Ferrariæ obiit, ac supèr ejusdem Sepulchro, in Templo D. Francisci hujusmodi Epitaphium legitur.

D. O. M.

Novissima cogitans Jo: Baptista Cefalus J. U. Doctor, Comes, & Eques, Sepulchrum hoc sibi, ac Claræ Ursinæ nupèr defunctæ Uxori dilectiss. Matronæque nobilitate, & prudentiâ ornatæ, & successoribus posuit; ut omnium simùl ossa quiescant, & resurgant, anno à Virg. Partu MDXCV. Men. Martii.

Guarini, *Chiese di Ferrara*, *libr.* 4. Laudatur Joannes Baptista noster

noster ab Antonio Riccobono, *in Oratione pro funere Joannis Cesali* patris, habitâ Patavii in Templo D. Petri. Contigit autèm Cesali mors die 12. Septembris 1598., ut apparet *ex Libris Offitii Bullettarum*.

Rotulus in Memoriali Anni 1542. pag. 39.

PETRUS GEORGIUS VISCONTI Mediolanensis, egregius Juris Interpres, Universitatis Scholarium Legistarum munere quoque functus. In operibus eruditissimi Cœlii nostri Calcagnini extant Epistolæ ad eumdem datæ. 1542

BERNARDINUS ALBERTI Brixiensis, Juris Utriusque Doctor.

ALOYSIUS TRESSINA Vicentinus, Philosophus, ac Medicus insignis, bonarumque disciplinarum omnium ornamentis refertissimus, Joannis Georgii gentilis sui gloriæ nihil concessurus, nisi mors ætate florentissimum sustulisset: Eum Ferrariensem, errore ductus appellat Vander Linden, de Scriptis Medicis, ubi *Libros sex Problematum Medicinalium ex Galeni sententiâ* edidisse scribit; absit verò, ut decus tantùm Vicentinæ Urbis Ferrariensi perperàm asferamus: Ferrariæ tamèn optimam in Litteris institutionem debet Aloysius; enìmverò studiorum gratia præclarissimi Cinthii Joannis Baptistæ Giraldi nostri in ædibus receptus est, quo doctore humanas Litteras didicit, deindè altiora Philosophiæ arcana felicitèr (sublimi enìm erat ingenio) rimatus, in celeberrimâ Academiâ nostrâ, anno infrà vigesimum Cathedram Magister, omnium plausu auspicatò conscendit, pòstquàm Universitatis Scholarium Artistarum Rectoratu perfunctus est: Sed Cassandræ cujusdam Minottæ, Ferrariensis puellæ amore irretitus, eam, quamvìs fortunâ, ac Natalibus valdè impar esset, sibi Matrimonio copulavit, quòd cùm Morandus Tressina pater, nimiæ austeritatis senex ægro tulisset animo, filioque, adversùs generis Nobilitatem, indignè perpetratum ostendisset, Aloysius Serâ ductus pœnitentiâ, ac dolore confectus vitæ cessit, vigesimum quintum ætatis suæ annum agens: Immaturum doctissimi Adolescentis obitum omnes illacrimarunt, præsertìm verò Cinthius Giraldi, qui Alumno dilectissimo, in marmoreo lapide, sequens Elogium posuit, quod unà cùm

cùm carminibus infrascriptis legitur in Museo Historico Joannis Imperialis, à quo hæc omnia mutuati sumus.

Aloysio Trissino Vicentino spectatæ probitatis juveni, cùm bonarum omnium disciplinarum, tùm Philosophiæ, & Medicinæ peritiss.: Qui Ferrariensis Gymnasii summam sibi penè adulto biennio commissam magnâ cum laude sustinuit. Ferrariæ Philosophiam magnâ Auditorum frequentiâ publicè professus est: Quem ann. vix natum XXV. P. M. (Proh rerum humanarum inconstantiam: vicissitudinem!) mors impia à nobis eripuit. Cinthius Jo: Bapt. Giraldus amicus amico omnium optimo, ac benemerenti mæstiss. pos.

Hìc Aloysi jaces, sed nos hac sorte monemur,
Quàm fragili constent omnia summa loco.

Gasparis Trissini.

Aloysium pingo: Phœnicem hospes lege
Ingeniorum, amicum Musis, & Palladi.
Unum; Ephœbus omnes complexus artes propè;
Peoniâ paritèr clarus, & Meoniâ:
Invidit terris Parca sed tantùm decus,
Nàm jubet hunc quinto lustro canere intèr Deos.

Incerti.

Antè annos scivisse nocet, nàm maxima virtus
Persuasit Morti, crederet esse senem.

JO: RODORICO LUSITANUS, sivè AMATUS LUSITANUS: Sic ipsemet se appellavit, appellarique voluit, teste Vander Linden, *de Script. Medicis*: Fuit autèm ex Castro Albo, Philosophus, ac Medicus præclarissimus, annoque 1536. *Indicem Dioscoridis*, sivè *Historiales Campos* Antuerpiæ edidit: Idem Vander Linden, *de Script. Medic.*

SANTE SANTI Recanatensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor: Hunc se erudivisse scribit celeberrimus noster Antonius Musa Brasavola, *in Epist. præfixâ Commentar. Aphorismorum.*

ABRA-

ABRAHAM JUDEUS Gallus, de Venetiis dictus, qui fuit in Universitate nostrâ Hebraicæ linguæ Lector.

Rotulus in Memoriali anni 1543.

ANDREAS ALCIATI Mediolanensis, nobilibus ortùs parentibus, in Alciato Mediolanensis Ducatus Castro, undè Cognomen sumpsit, divinum ferè ingenium ità excoluit, ut, sub Jasonis, & Caroli Ruini tirocinio Juris Consultus omnium suâ ætate doctissimus, atquè eruditissimus evaserit: Orator etiàm disertissimus, Poeta in linguâ utraque, græcâ scilicèt, ac latinâ elegantissimus fuit, virque in omnibus, dixerim, facultatibus admirandus. Hujus celebritate permoti Reges, magnis eum stipendiis, ad Jura interpretanda suis in Universitatibus conduxere: Ticini itaquè Avenioni, Biturgis, Bononiæ, & in Universitate nostrâ, ab Herculé II. Duce invitatus, quadriennio in primariâ Juris Civilis Cathedrâ publicè legit, ut testatur Panciroli, *lib.* 2. *cap.* 169., & quidèm frequenti Auditorum concursu; quocumque enìm se conferret, ingens Discipulorum caterva confluebat, tàm doctrinæ illius gravitate, quam etiàm puro, eruditoque, quo utebatur sermone allecta; primus namque fuit, qui barbarie ablegatâ, Jurisconsultos compto latino eloquio profari edoceret: Cùm autèm de Jure consuleretur, brevissima, antiquorum Jurisconsultorum more, responsa edebat, ea paucissimis, & ad rem facientibus auctoritatibus comuniendo: Maximam itaquè sibi apùd omnes Alciati doctrina æstimationem peperit, ac prò gloriæ cumulo, à duobus Regibus sapientissimis, Philippo Hispaniarum, & Francisco Galliarum, laudibus extolli promeruit: Doctissima plura, ac multiplici referta eruditione in Jure Civili Volumina edidit, nempè, *Commentaria in Pandectas Juris Civilis*: *Commentaria in Codicem* : *Paradoxa*, ac *Disputationes*, & alia id genus multa, quæ brevitatis gratiâ referre ommittimus, quorum Lectione assiduâ, apùd Transalpinas Nationes illustres Jurisconsultos emersisse Duarenum, Cujaccium, Taxium, Ottomanum, aliosque Joannes Maria Toscani auctor est: Itèm *in Taciti*, *& Plauti Opera* scripsit, *Epigrammata*, ac celeberrimum illud *Emblematum opus*, quod tanti apùd exteras quoquè gentes fuit, ut, eodem Toscani teste, in Gallicam, atque Hispanicam linguam fuerit translatum: At de Alciati laudibus videndi Julius Cæsar della Scala, *in suâ Poeticâ*, *ad Desi-* 1543

de-

derium Erasmum, *in Ciceroniano*, Boissardus ad Claudium Mino, *in Vitâ* Andreæ, Franciscus Duareno, *in Oratione Nicolæ Bugueri*; ac alii, quos citat Laurentius Crasso, *Histor. dei Poeti Greci* : E vivis demùm, maximo Litteratorum omnium mœrore Ticini ereptus est anno 1550., ejusdemque tumulo sequens Elogium, quod in Crasso prædicto habetur, fuit inscriptum.

Andreæ Alciato Mediolanensi J. C. Comiti, *Protonotario Apostolico*, *Cæsareoque Senatori*, *qui omnium doctrina um orbem absolvit*; *primus Legum studia antiquo restituit decori : Vixit Annos LVII.*, *Mens. VIII. D. IV.*, *obiit pridiè Id. Januar.*, *Ann. M.D.L. Franciscus Alciatus I. C. A. B. M. P.*

LAURENTIUS SILVAGNO J. U. Doctor.

FRANCISCUS de MATALONO, Ordinis Prædicatorum Lector.

FRANCISCUS VISDOMINI Ferrariensis, Ord. Minorum : Nobilis genere, qui sacram Minorum Conventualium Familiam ingressus est, ejusdemque, tàm Philosophicis, Theologicis, Sacrisque facultatibus, quàm mirâ in concionando eloquentiâ, linguarumque Latinæ, Grecæ, & Hebraicæ peritiâ maximum decus fuit; illum equidèm à Cornelio Bituntino Episcopo *Suggesti delitias*, & *Cytbaram suæ ætatis* fuisse appellatum, auctor est Possevini, *Apparatus sacri*, *Tomo* 1. In nostrâ, ac aliis in celebrioribus Italiæ Universitatibus docuit, & pluriès in Tridentinâ Urbe, dùm ibi Œcumenicum Concilium haberetur, Patrum plaudente cœtu, e suggestu dixit: Illum etiàm Estenses Duces plurimì fecerunt, multaque haùd minimi ponderis negotia, quæ omnia egregiè obivit, comendarunt : Ordo quoquè Seraphicus Bononiæ Provinciæ præposuit, quâ in Urbe laboribus fessus cùm è vivis anno 1575. decessisset, magnifico funere in D. Francisci Templo tumulatus est: De eo ex Nostratibus scripsere Superbi *Apparat. delli Uomin. Il'ustr.*, Libanori *Ferrara d'Oro*, *par.* 3. *fol.* 100., ex Alienigenis verò Franchin. *in Bibliotbecâ pag.* 252., Ridolph. *Histor. Serafica lib.* 3. *fol.* 318., Vading. *de Scriptoribus Ordinis Minorum*, *pag.* 138., Aresi, *de Arte Oratoriâ*, & Sixtus Senensis ex Ordine Prædicatorum, qui Franciscum nostrum *ævi*

sui

sui Demostenem fuisse judicatum tradit: Opera autèm ab ipso edita, quæ à Superbi recensentur, sunt *Homeliæ latinæ multæ*, scilicèt: *Prò Adventu*, *& Quadragesimâ*: *Supèr Catechismum Romanum*: *Supèr Orationem Dominicam*: *Supèr Sacramenta Ecclesiæ*: *In Decalogum*: *De SS. Trinitate*: *Supèr Canticum Zacchariæ*: *De pœnis*, *& suffragiis Animarum*: *Homelias alias diversas*, *& per totum annum*: *In Esajam*: *In Psalmos Davidis*: *In Psalmos Pœnitentiales*: *In Evangelium Joannis*: *In Epistolam D. Pauli ad Colossenses*: *In Epistolam D. Petri primam*, & alia.

Rotulus in Memoriali anni 1544. pag. 55.

CÆSAR PENDASI Mantuanus, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor. 1544

VINCENTIUS MAGGI Brixiensis, Philosophus, ac Medicus præstantissimus, Orator, Poeta, atquè Græcæ linguæ optimè gnarus: Is per multos annos, nempè ab anno 1544., usquè ad 1564. in Universitate nostrâ Medicinæ Cathedram dignissimè implevit, Estensiumque Ducum, doctrinæ, ac morum excellentiâ, gratiam promeruit: Magnâ fuit vir probitate, ac litteratis amicissimus, quibus excipiendis, atquè juvandis, ubì opus esset, quidquid ex eruditis laboribus, paternoque censu acquireret, impendebat, ità ut *Liberalis Philosophi* sibi nomen adeptus sit. Multa scripsit, & edidit, præsertìm verò: *Discursus in Aristotelis Poeticam*: *Latinas Orationes varias*, *Librum de Ridiculis*, *& Interpretationem in Libros Q. Horatii Flacci*, *de Arte Poeticâ ad Pisonem*, ut tradit Papadopoli, *Tom.* 1. *lib.* 3. *sect.* 2. *cap.* 10., ubi etiàm, Patavii illum decessisse scribit, circà annum 1543. Alia etiàm Maggi doctissimè scripsit, sed ea inedita apùd Descendentes ejusdem neglecta jacere, tradit Octavius Rossi, *Elogii Historici degli Uomini Illustri di Brescia*, ubì de Vincentio sermonem habet: Ejusdem *MSS. Lecturas*, *in* 2. *Physicorum*, *& in Libros de Animâ* apùd se habet doctissimus à Fabrâ, Primarius in Lyceo nostro Philosophiæ Lector. Maggi, ut aliàs diximus Enigmatis ab Alexandro Guarini seniore, in obitu Philippæ Varano elucubrati, felicissimus Interpres fuit. Viro huic sapientissimo *Dialogismum VII. De Fascino*, *& Fascinatione* Lilius Gregorius Giraldi inscribit.

LUCAS STANCARI, Phil., & Med. Doctor.

HERCULES SADOLETTI Mutinensis, Juris Interpres præclarissimus Joannis filius, eximiæque vir eruditionis, qui in Almâ Universitate nostrâ Juris Civilis Cathedram, summâ cùm laude tenuit: Hic memoriâ polluisse adeò dicitur, ut si Poema, Orationem, vèl id genus aliud audisset, exemplo fidissimè recitaret: Fertur, eum intèr cætera, totum Eneidis Virgilii Poema menti commendasse; quapropter de eo, post Jacobi Cardinalis, & Alphunsi Fratrum laudes, carmina hæc addidit Cagnaccini.

Tertius exoritur præclaro nomine magni
Herculis, hic noster memori qui mente parentem
Æquat, & Eneadum servat sub pectore totum
Illud opus, majus quo nìl mortalibus extat,
Quod Maro non scripsit, magno sinè numine Divum.

At de eo fusiùs Ludovicus Vedriani, *Dottori Modonesi, nell' anno* 1544. *fol. m.* 110.

FRANCISCUS SEVERINUS SCURO Argentensis, Phil., & Med. Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1545. pag. 57.

1545 RENATUS CATO Ferrariensis, insignissimi nominis Jurisconsultus: pro Atestinis Ducibus varias ad Principes summos sustinuit Legationes, præcipuè pro Hercule II. ad Maximilianum II. Imperatorem, apùd quem tantæ Renatus prudentiæ specimen præbuit, ut illum, ac Descendentes suos Imperator Comitis Palatini munere decoraverit: Almæ Universitatis nostræ Lector, ac Reformator fuit, ut *ex Rotulo anni* 1602., *& Responsa de Jure doctissima* typis dedit: Ejus verò sepulchrum, Ferrariæ, in Templo antiquo S. Mariæ Servorum cernebatur, in cujus lapide, exteriùs hoc legebatur Epitaphium.

D. O. M.

Renati Cati J. C. ossa hìc quiescunt, defuncti Anno MDCV. inferri hùc corpus nullum aliud voluit.

In interiori verò parte, hæc carmina incisa fuerant.

Renatus Catus hoc conditus in loculo est
Corpore tantùm; nàm spiritus exiliit,
Ad subeundum altum juditium D mini.
Doctor Juris non pessimus; omni opere
Cunctis prodesse, & nemini obesse studens,
Munera gessit, quì plurima, maximaque
Alphunsi Ducis in multiplici obsequio;
Exactisque annis penè decem decies,
A curis Mundi transiit ad requiem.
Anno Die Mensis.

De Renato scribunt Lilius Gregorius Giraldi *in Dialog.* 2. *Poetar. suorum temporum*; Guarini, *Chiese lib.* 2., Superbi *Apparato fol.*65. Libanori *Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol.* 232., aliique: Sed & in ejus laudem datum Epigramma Jo: Baptistæ Pigna, quod suprà, de Sigismundo Cato loquentes retulimus.

ALEXANDER PANZA, intèr celebres Philosophiæ, & Medicinæ Professores recenset Vander Linden, opusque, cui titulus *Consilium de læsione motus digitorum, & sinistri bracchii macie* scripsisse tradit. De eo etiàm Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*.

JO: BAPTISTA CANEVAZZO Mutinensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

JO: BOSCO BECCARIA Ferrariensis, Phil., & Medicus, ab Antonio Musâ Brasavola eruditus. Hunc verò Musa idem, in *Commentar. Aphorismorum nuncupatoriâ, Chirurgum vocat, cùm quovis Antiquorum conferendum.*

PAULUS de CREMONA, Ord. Prædicatorum, ex Familiâ Manna, Philosophus, Theologusque præclarissimus, Divi Thomæ doctrinam accerrimè propugnavit; scripsisse traditur *Commentaria supèr totam summam Theologiæ Doctoris Angelici*, &: *Commentaria ad mentem ejusdem D. Thomæ supèr Universam Aristotelis Philosophiam*, septem magnis Voluminibus contenta, sed hæc omnia periisse: Ultrà Franciscum Arisi, e cujus *Cremonæ Litteratæ Tom.* 1 hæc pauca mutuati sumus, de Manna scripsere Jo: Michael Plodi,

in Vit. Viror. illustr. Tom. 2. *lib.* 4., Ambrosius Altamura *in Biblioth. Dominicanâ*, & Rovetta, *in Bibliot. Chronologicâ Insubriæ*.

BARTHOLOMEUS ZUCCONE Ferrariensis, de Castro Mellariæ, Astronomiæ Lector.

LUDOVICUS dà MOLINO, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

FRANCISCUS SEVERI Argentensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, à Musâ Brasavola institutus, ac Rhetor insignis: Eum in facultatibus prædictis, præsertìm verò in latinè scribendo egregium prædicat Paulus Manutio, *Epistolâ ad eum datâ*, quam videre est *Libr.* 4. *Epistol. ipsius Manutio*, Musarum quoquè studiis incubuit teste Lilio Gregor. Giraldi *in* 2. *Dialog. Poetar. suorum temporum*, idque ostendit sequens Epigramma ad Danielem Fini datum, quod *in Finiano MS. Codice ad pag.* 185. exaratum vidimus.

Ad Danielem Finum Franciscus Severus Argentinus.

O' cui nùnc priscos divino carmine vates
Æquare, & fari grandia, Musa dedit,
Sis precor ò felix nostris mitissime cœptis,
Aspires nostræ leniùs ipse rati.
Cerno, ut sidereus nùnc rideat undique Olympus,
Nullaque per Cœlum nubila ventus agat,
Cernoque ut in placidis colludant Najades undis,
Et strati sileant ut vada salsa maris.
Deniquè nùnc faveant ut nobis omnia, nec sit,
Quod verear, portus ne mea vela petant.
Sola opus est aurâ, video, quâ carbasa leni
Flamine per longas tendat itura vias.
Aura meæ flabit puppi lenissima, si me,
Quam solitus cunctis ferre, juvabis ope;
Sed juvisse voles; quid enìm tibi carius esse;
Quàm meritis homines demeruisse, solet?

LUDOVICUS VARESIO Ordinis Minorum, Philosophus, ac Theologus.

Ro-

Rotulus in Memoriali anni 1546. pag. 70., & 71.

BERNARDINUS SCAINO Brixiensis, Universitatis Scholarium Legistarum Prò Rector. 1546

JULIUS FERRARI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

RAPHAEL de VINCENTIA, Ordin. Servorum B. M. V., Phil., & Theologus.

DOMINICUS BONDE MAGNANO Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor egregius, nec non lectionis S. Scripturæ in Cathedrali Ferrariæ piissimus institutor, ac intèr latinos Poetas à Lilio Gregor. Giraldi, *in 2. Poetarum suorum tempor. Dialogo* laudatus: Ejusdem corpus in Templo D. Dominici tumulatum est: De ipso, cùm in primâ Historiæ parte locuti simus, ejusque Epitaphium retulerimus, eadem hìc repetere supervacaneum arbitramur: Hoc tantùm adijcimus, scilicèt eidem à Giraldi prædicto inscriptum fuisse, *in Libro Variorum Criticorum, Dialogismum XIII. de Melanzanâ.*

JULIUS PONZONE, Philos., & Med. Doctor insignis, qui ab Antonio Musâ Brasavola fuit eruditus. Joannes Baptista Pignà, *Romanzi, lib. 1. fol. m. 8.*

HIERONYMUS BENINTENTO BELGIARINO Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor præclarissimus, ac intèr latinos Poetas à Lilio Gregor. Giraldo, *in 2. Dialogo Poetar. suorum temporum* commendatus, tantìque habitus, ut eidem *Dialogismum XV. de Aquis subruinis* dirrexerit: Scripsit autèm *Theoremata Philosophica, super 1., & 2. Posteriorum Aristotelis: Lecturam de Animâ: Lectiones in octo libros Physicorum*, & *De Cœlo, & Mundo*, Superbi, *Apparato, part. 2. fol. 85.*

AUGUSTINUS RAIMONDI Januensis, Philos., & Medic. Doctor.

HIERONYMUS ALDIGIERI Ferrariensis, Phil., & Med.

Doctor, ab Antonio Musâ Brasavola eruditus, ac laudatus *in nuncupatoriâ Commentar. suorum in Hippocratis Aphorismos*: Ex antiquâ, nobilique hac Ferrariensi Familiâ orta est uxor Cacciaguidæ Florentini, Dantis Poetæ nobilissimi Proavi, undè ejusdem Familia Aldigeri cognomen mutuata est, prout in Divino suo Poemate Vates ipse testatur, hisce carminibus.

Mia Donna venne à me di Val di Pàdo,
E quindi il Sopranome suo si feo.

FRANCISCUS da PORTO Græcus, in Urbe Cretæ Metropoli natus, optimus Eloquentiæ, Poetarumque Græcorum in Universitate nostrâ Lector, qui unâ cum Andreâ Grunthero intèr Domesticos, ac Familiares Renatæ Ferrariæ Ducissæ fuit connumeratus, ut scribit Lilius Gregorius Giraldi, *in præfatione Primi Dialogi Poetarum suorum tempor.* Illum idem Lilius interloquentem in dicto Dialogo inducit, quod ejusdem Doctrinæ validissimum nobis exhibet argumentum: Edidit autèm *Responsionem ad P. Carpentarii Epistolam, in viros bonos calumniosam Commentaria in Pindari Olympia, Nemea, Isthmia: In Xenophontis Opuscula: In Thucididem: Castigationes in Florilegium Græcorum Epigrammatum: In Syntaxin Apollonii Alexandrini: Epigrammata varia, & Orationes: De Tragædiâ, & ejus origine*, & *Sophoclis, & Euripidis Collationem*. In Calvinianam prolapsus Hæresim, Genevam transfugit, ibidèm Græcas litteras docuit, ac tandèm senex septuagenarius decessit anno 1581. Eum autèm impius Theodorus Beza sequenti parentavit Epitaphio, quod habetur etiàm apùd clarissimum Papadopoli, *Tom. 2. lib. 2. cap. 29.* Historiæ Gymnasii Patavini.

Cretensem Patriâ Portum, non moribus oras
Traxerat in Venetas quem pietatis amor:
Nèc satìs in Venetis nactum felicitèr oris,
Quærere suadebat quod pietatis amor;
Hospitio profugum excepit, fovitque Geneba,
Exulibus portus tutus, & ora piis;
Nèc solùm excepit, sed & illum hìnc indè secutas,
Et Porti assiduas Pieridas comites.
Exuvias cujus maturâ ætate sepulti
Hoc portù manibus composuere suis.
Pars autèm melior portu meliore potita,
Quæ pietas illum quærere jussit, habet.

PE-

(PEREGRINUS MORATI Mantuanus: Hic quoquè Rhetorices, & Græcorum Poetarum Doctor, ac Interpres fuit, vir tàm solutâ Oratione, quàm Carminibus latinis, ac vernaculis clarus: Horum quædam edita, quædam autèm supressa fuisse tradit Lilius Gregor. Giraldi, *in 2. Dialog. Poetar. suorum tempor.*; extat Peregrini nostri sequens Epigramma.

Peregrinus Moratus Mantuanus Danieli Fino.

Sæpè tibi, ut video, quos finxerit ipse Poetas
Magnisonos, ut ait, Cælius insinuat,
Aùt facit, ut constet tibi quàm sit dulcior omni,
Quâ fide, præ reliquis nobiliore canat;
Sìc & nonnumquàm solet hostis ab hoste probari,
Màxima enim laus est, vincere magnanimos:
Aùt agit, ut videas, quâ tu sis laude ferendus,
Quandò adeò Corvos elevat aura levis.
Cùm tibi Pierides divina Poemata dictent,
Quâ famâ, tu quo nomine dignus eris?
Tot rerum moles, ac tanta negotia versans,
Non finis argutæ plectra tacere lyræ.
Sed, quia tu Daniel, mendacia discutis unus,
Quod fuit ambiguum tollere solus habes.
Ut Daniel prior ille senes attende seorsùm,
An mihi quæ ascribit Cælius, ipse feram;
Aùt proprià incassùm Figulus turgescit in urnâ,
Aut Galli, dices, omnia ficta jocis.

At cùm de Patre dixerimus, præstat etiàm, de OLIMPIA FULVIA MORATI, ejusdem Filiâ aliqua subnectamus: Hanc ex Ferrariense uxore Ferrariæ suscepit Peregrinus, & ipse diuturnâ intèr nos morâ Ferrariensis effectus: Optimum à naturâ, &, quod virum quemque minime dedeceret, ingenium nacta Olimpia, illud, Patre instituente, & Chiliano Sinapio (hoc nomine appellat Teissier mox citandus), græcæ, ac latinæ linguæ studiis excolluit adeò, ut in utroque Idiomate carmina elegantissima elucubratit: Sed hæc omnia animi ornamenta, in Aulâ Renatæ Ducissæ Ferrariæ, Calvinianæ Hæresis contagione fœdavit; ibì enìm Annæ Estensis, quæ deindè Francisci Lotaringii Guisii Ducis uxor fuit, in familiaritatem adscita, errorum virus ebibit, ac se totam (quod mos

Hæreticorum est; ut Catholicæ Religioni adversentur acerbius) Theologiæ studiis emancipavit: Sed cùm Hercules Dux aulam suam impiis Dogmatibus scatere depræhendisset, Olympia, cùm Emilio fratre, ac Andreâ Grunthero, quo cùm conjugium inierat, Ferrariâ in Germaniam se in tutum recepit: Heidelbergæ consistens, quemadmodùm à Cassandrâ Fideli in Italiâ factum, græcas, latinasque litteras docuit, ibique vigesimum nonum vix ætatis annum pertingens obiit, ac in Templo Divi Petri sepulta est, hujusmodi cùm Elogio.

Olympiæ Fulviæ Moratæ, formâ quondàm muliere, ingenio homine majori, animo, quo solo Christum caperet, sperneret mundum totum. Basil. Joann. Herold. Civi Cælesti P.

Cæterùm in hoc Teissier labi putamus, quòd asserat Olympiam cùm Emilio fratre in Germaniam aufugisse, validis enìm conjecturis inducimus, ipsius in fugâ comitem fuisse non Emilium fratrem, sed Emilium Porto, Francisci Porto, Cretensis, in Lyceo nostro Doctoris filium, nàm & pater, ut paulò ante diximus, Renatæ Ferrariæ Ducissæ familiaris fuit, Calvinoque addictus, & Emilius Græcas Litteras, unà cùm Olympiâ in eadem Heidelbergensi Academiâ publicè professus est. Quidquid sit, Olympia, ingenii, non Religionis titulo meritò laudata; at infelix nimiùm, quòd Theodori Beza, *in Iconibus*, piæ, sanctæque Fœminæ encomium promeruerit: Cæterum illam eruditionis miraculum appellat, *in Dial. 2. Poetar. suorum tempor.* Lilius Gregor. Giraldi, citatus etiàm ab Antonio Teissier, Gallo, *in Elogiis Litterator, Hominum, excerpt. ab Historiâ D. de Thou. pag.* 99., quem nos secuti sumus.

Rotulus in Memoriali anni 1547.

ASCANIUS MOTEGIANO, J. U. Doctor. Fuit etiàm Scho-
1547 larum Juristarum Rector.

JACOBUS PHILIPPUS VINCENZI Ferrariensis, Jur. Utr. Doctor.

SIGISMUNDUS CATO Ferrariensis, Legum Doctor excellentissimus, summâque in rebus, arduis etiàm peragendis dexteri-

tate

tate prædistus: Is prò Hippolito Cardinali Estense Senarum Reipublicæ præfuit, dùm à Carolo V. Imperatore ad Henricum Galliarum Regem desciviffet: Plurima quoquè magnæ auctoritatis munera egregiè obivit: Vide Guarini, *Chiese lib. 2.*, & *Epigramma Jo: Baptistæ Pigna*, à nobis, cùm de Ludovico diximus, relatum.

CLEMENS TOMASINI de FLORENTIA, Ordinis Minorum, Philosophus, ac Theologus celeberrimus, cujus Acta, ac laudes videas apùd Bocchium, qui ejus Vitam scripsit.

Rotulus in Memoriali anni 1548. pag. 70.

JO. SIMON SOZZO à Brixillo, J. U. Doctor: Fuit etiàm Scholarium Legistarum Rector. 1548

ANTONIUS MARIA AZZI Fossambrunensis, Juris Utriusque Doctor.

VINCENTIUS SUPERBI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor.

HIERONYMUS FALETTI Savonensis, Patre Pedemontano, Matre ex Monteferrato, Savonæ natus est, sed cùm omnes ferè suæ ætatis annos Ferrariæ transegerit, illum Civem nostrum appellare potuissemus: Apùd nos primò Eloquentiæ, Poesique, quibus optimè excelluit, operam dedit; deindè cùm aliquibus Ferrariæ nobilibus adolescentibus, studii gratiâ, Lovanium se contulit, ubì Philosophiæ, Mathesis, ac Juris Utriusque rudimenta hausit: Dùm autèm ibì, animo scientiis erudiendo vacaret, Lovanium à Gallorum copiis obsessum est, quapropter quotquot in Urbe aderant, de ejusdem incolumitate solliciti, hostibus imperterritè repugnabant: Hieronymus itaquè, & Ferrarienses cæteri, unà cùm Nationum omnium Scholaribus arma gestantes, pluriès ab Urbe eruptione factâ, in hostes inruerunt, eorumque ingenti edita clade plurimùm in causâ fuerunt, ut solveretur obsidio: Indè verò Ferrariam reversus Hieronymus, Juris Utriusque insignibus decoratus est, Foro operam navaturus, nisì Hercules II. Dux ejusdem doctrinam, summamque in rebus agendis prudentiam admiratus, in Aulam assumpsisset, suosque intèr intimos cooptasset; ille autèm, variis

variis prò Hercule prædicto, ac Alphunso II. legationibus egregiè functus est, nempè ad Carolum V. Ferdinandum, & Maximilianum Imperatores, ad Hispaniæ, Galliæ, Pannoniæque Reges, & ad Venetorum Rempublicam, apùd quam Venetiis occubuit. Scripsit Faletti, typisque edidit: *Historiam Belli Germanici sub Carolo V. confecti*: *Marchionum Estensium, Ducumque Ferrariæ Genealogiam*: *De ortu Christi*: *De dignitate Cælibatus*: *De Christiano Matrimonio*: *De laudibus Dialecticæ*: *Poematum libros XII*: *Versionem ex Græco Attenagoræ Philosophi, de Mortuorum Resurrectione*: *Orationes quamplures*: *Epigrammata varia*, ac alia. In Faletti laudibus sunt Paulus Manutio, *in Epist. ad ipsum datâ*, *Epistolar. lib. 2.*, Antonius Possevini, *Apparat. Sacr. Tom. 2.*, Abbas Ghellini, *in suo Theatr. part. 1. fol. 227.*, Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part. 3 fol. 164.*, Superbi, & alii plures. Ad Faletti nostrum hoc datum legitur Antimachi Epigramma.

Marci Antonii Antimachi ad Phaletum.

Phalete Aonidum decus immortale sororum,
Belgica qui altiloquo pectine gesta canis,
Æternùm vives, æternum nomen habebis,
Quod nèc post cineres deleat una dies.
Divinì id Vatis carmen, virtusque meretur,
Virtus perpetuâ digna virere rosâ;
Hìnc per me nullos quæras tibi laudis honores,
Est meritis quandò maxima parta tuis;
Ista petant alii, quibus est ignotus Apollo,
Et nullâ possunt arte parare decus.

Habetur *intèr edita Phaleti carmina*, *pag.* 100. sed pro laudum ejusdem cumulo, videnda quæ scribit Lilius Gregor. Giraldi, *in 2. Poëtarum suorum tempor. Dialogo*.

GABRIEL FALOPPIO Mutinensis, Philosophus, Medicus, Astrologusque insignis, sed præcipuè rerum Anathomicarum peritissimus, ab omnibus Scriptoribus, tàm Italis, quâm alienis meritò laudatus: Ferrariæ ab Antonio Musâ Brasavola Philosophicis, ac Medicis facultatibus institutus, ut ipse testatur, *in Tract. de Morbo Gallico pag. m.* 9. Addiscendi gratiâ totam ferè Europam peragravit, doctrinæque Ovariorum, quæ ab ipsius Agnomine

Tu-

Tubæ Faloppianæ appellata sunt; inventor extitit, ut intèr alios refert Gimma, *Idea dell' Istor. dell' Ital. Letterat.*, *cap.* 42., & 48. *Tom.* 2. In almâ Universitate nostrâ docuit; deindè in Patavino Lyceo Anatomiæ primò, Simplicium postmodùm Lecturam exercuit, ibì etiàm Simplicium Viridarii à Sapientissimâ Venetorum Republicâ instituti Præses designatus: Tandèm annorum 73. ætatem agens (39. tantùm inquit Teissier infrà citandus) in eadem Patavinâ Urbe è vivis sublatus est anno 1563., ejusque cineres in D. Antonii Templo conquiescunt. Plurima autèm à viro hoc doctissimo edita sunt, nempè *Institutiones Anathomicæ*: *Observationes Anathomicæ*: *De Coloribus*: *De Chirurgiâ*: *Observationes de Venis*: *De partibus similaribus*: *De Medicamentis simplicibus*: *De Materiâ medicinali, in lib.* 1. *Dioscoridis*: *De Thermalibus aquis*: *De metallis, atque Fossilibus*: *De purgantibus simplicibus*: *Epistola ad Mercurialem*: *De Asparagis*: *De Ulceribus*: *De Morbo Gallico*: *De Ulceribus singularum partium*: *De vulneribus in genere*: *De vulneribus capitis, oculorum &c. Commentarium in Hyppocratis librum de vulneribus capitis*: *De Cauteriis*: *De Tumoribus pretèr naturam*: *De decoratione*: *Expositio Libri Galeni de Ossibus*: *De lunatis, & fractis ossibus*: *Methodus consultandi*: *De compositione Medicamentorum*: *De arcanis quibusdam compositionibus Medicis, & quæ extrà Medicinam in usu sunt, ut sunt varia vina, & Chymica multa*. Itèm sub Faloppi nomine liber quidam Italicæ scriptus circumfertur, cui titulus: *Secreti diversi, e miracolosi, distinti in trè Libri*, sed hìc Joannis Bonacci esse creditur: Hæc autèm omnia Gabrielis nostri Opera à Vander Linden, *de Script. Medic. libr.* 2., & ab Antonio Teissier Gallo, *in Elogiis Litterat. Hominum, in Addition. ad Historiam D. de Thou, pag.* 220., referuntur. Faloppio etiàm cum laude meminit Lilius Gregor. Giraldi, *in Poetarum suorum temporum, Dialogo* 2.

JOANNES THESINTA Germanus, Philosophus, & Medicus.

NASCIMBENUS NASCIMBENI Ferrariensis, celebris Rhetoricæ, ac Poetarum in Universitate nostrâ Lector: Hic anno 1544. Bononiæ, typis Marci Antonii Grossi Libellum latinè edidit, & Francisco Gonzaga Mantuæ Duci dicavit; libello autèm titulus *Scipio minor*, seù *de Juventute*, Ciceronem æmulatus, qui *Catonem majorem*, seù *de Senectute* conscripsit. In operis fronte Hen-

LUCAS STANCARI, Phil., & Med. Doctor.

HERCULES SADOLETTI Mutinensis, Juris Interpres præclarissimus Joannis filius, eximiæque vir eruditionis, qui in Almâ Universitate nostrâ Juris Civilis Cathedram, summâ cùm laude tenuit: Hic memoriâ polluisse adeò dicitur, ut si Poema, Orationem, vèl id genus aliud audisset, exemplo fidissimè recitaret: Fertur, eum intèr cætera, totum Eneidis Virgilii Poema menti commendasse; quaproptèr de eo, post Jacobi Cardinalis, & Alphunsi Fratrum laudes, carmina hæc addidit Cagnaccini.

Tertius exoritur præclaro nomine magni
Herculis, hic noster memori qui mente parentem
Æquat, & Eneadum servat sub pectore totum
Illud opus, majus quo nìl mortalibus extat,
Quod Maro non scripsit, magno sinè numine Divum.

At de eo fusiùs Ludovicus Vedriani, *Dottori Modonesi, nell' anno* 1544. *fol. m.* 110.

FRANCISCUS SEVERINUS SCURO Argentensis, Phil., & Med. Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1545. pag. 57.

1545 RENATUS CATO Ferrariensis, insignissimi nominis Jurisconsultus: pro Atestinis Ducibus varias ad Principes summos sustinuit Legationes, præcipuè pro Hercule II. ad Maximilianum II. Imperatorem, apùd quem tantæ Renatus prudentiæ specimen præbuit, ut illum, ac Descendentes suos Imperator Comitis Palatini munere decoraverit: Almæ Universitatis nostræ Lector, ac Reformator fuit, ut *ex Rotulo anni* 1602., *& Responsa de Jure doctissima* typis dedit: Ejus verò sepulchrum, Ferrariæ, in Templo antiquo S. Mariæ Servorum cernebatur, in cujus lapide, exteriùs hoc legebatur Epitaphium.

D. O. M.

Renati Cati J. C. ossa hìc quiescunt, defuncti Anno MDCV. inferri hùc corpus nullum aliud voluit.

In

In interiori verò parte, hæc carmina incisa fuerant.

Renatus Catus hoc conditus in loculo est
Corpore tantùm; nàm spiritus exiliit,
Ad subeundum altum juditium D mini.
Doctor Juris non pessimus; omni opere
Cunctis prodesse, & nemini obesse studens,
Munera gessit, qui plurima, maximaque
Alphunsi Ducis in multiplici obsequio;
Exactisque annis penè decem decies,
A curis Mundi transiit ad requiem.
Anno Die Mensis.

De Renato scribunt Lilius Gregorius Giraldi *in Dialog. 2. Poetar. suorum temporum*; Guarini, *Chiese lib. 2.*, Superbi *Apparato fol.65.* Libanori *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 232.*, aliique: Sed & in ejus laudem datum Epigramma Jo: Baptistæ Pigna, quod suprà, de Sigismundo Cato loquentes retulimus.

ALEXANDER PANZA, intèr celebres Philosophiæ, & Medicinæ Professores recenset Vander Linden, opusque, cui titulus *Consilium de læsione motus digitorum, & sinistri bracchii macie* scripsisse tradit. De eo etiàm Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*.

JO: BAPTISTA CANEVAZZO Murinensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

JO: BOSCO BECCARIA Ferrariensis, Phil., & Medicus, ab Antonio Musâ Brasavola eruditus. Hunc verò Musa idem, in *Commentar. Aphorismorum nuncupatoriâ, Chirurgum vocat, cùm quovis Antiquorum conferendum.*

PAULUS de CREMONA, Ord. Prædicatorum, ex Familiâ Manna, Philosophus, Theologusque præclarissimus, Divi Thomæ doctrinam accerrimè propugnavit; scripsisse traditur *Commentaria supèr totam summam Theologiæ Doctoris Angelici*, &: *Commentaria ad mentem ejusdem D. Thomæ supèr Universam Aristotelis Philosophiam*, septem magnis Voluminibus contenta, sed hæc omnia periisse: Ultrà Franciscum Arisi, e cujus *Cremonæ Litteratæ Tom. 2.* hæc pauca mutuati sumus, de Manna scripsere Jo: Michael Plodi,

in Vit. Viror. illustr. Tom. 2. lib. 4., Ambrosius Altamura *in Bibliot. Dominicanâ*, & Rovetta, *in Bibliot. Chronologicâ Insubriæ*.

BARTHOLOMEUS ZUCCONE Ferrarienfis, de Castro Mellariæ, Astronomiæ Lector.

LUDOVICUS dà MOLINO, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

FRANCISCUS SEVERI Argentenfis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, à Musâ Brasavola institutus, ac Rhetor insignis: Eum in facultatibus prædictis, præsertìm verò in latinè scribendo egregium prædicat Paulus Manutio, *Epistolâ ad eum datâ*, quam videre est *Libr. 4. Epistol. ipsius Manutio*, Musarum quoquè studiis incubuit teste Lilio Gregor. Giraldi *in 2. Dialog. Poetar. suorum temporum*, idque ostendit sequens Epigramma ad Danielem Fini datum, quod *in Finiano MS. Codice ad pag.* 185. exaratum vidimus.

Ad Danielem Finum Franciscus Severus Argentinus.

O' cui nùnc priscos divino carmine vates
Æquare, & fari grandia, Musa dedit,
Sis precor ò felix nostris mitissime cœptis,
Aspires nostræ leniùs ipse rati.
Cerno, ut sidereus nùnc rideat undique Olympus,
Nullaque per Cœlum nubila ventus agat,
Cernoque ut in placidis colludant Najades undis,
Et strati sileant ut vada salsa marìs.
Deniquè nùnc faveant ut nobis omnia, nec sit,
Quod verear, portus ne mea vela petant.
Sola opus est aurâ, video, quâ carbasa leni
Flamine per longas tendat itura vias.
Aura meæ flabit puppi lenissima, si me,
Quam solitus cunctis ferre, juvabis ope;
Sed juvisse voles; quid enìm tibi carius esse;
Quàm meritis homines demeruisse, solet?

LUDOVICUS VARESIO Ordinis Minorum, Philosophus, ac Theologus.

Ro-

Rotulus in Memoriali anni 1546. pag. 70., & 71.

BERNARDINUS SCAINO Brixienſis, Univerſitatis Scholarium Legiſtarum Prò Rector. 1546

JULIUS FERRARI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

RAPHAEL de VINCENTIA, Ordin. Servorum B. M. V., Phil., & Theologus.

DOMINICUS BONDE MAGNANO Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor egregius, nec non lectionis S. Scripturæ in Cathedrali Ferrariæ piiſſimus inſtitutor, ac intèr latinos Poetas à Lilio Gregor. Giraldi, *in 2. Poetarum ſuorum tempor. Dialogo* laudatus: Ejuſdem corpus in Templo D. Dominici tumulatum eſt: De ipſo, cùm in primâ Hiſtoriæ parte locuti ſimus, ejuſque Epitaphium retulerimus, eadem hìc repetere ſupervacaneum arbitramur: Hoc tantùm adijcimus, ſcilicèt eidem à Giraldi prædicto inſcriptum fuiſſe, *in Libro Variorum Criticorum*, *Dialogiſmum XIII. de Melanzanâ*.

JULIUS PONZONE, Philoſ., & Med. Doctor inſignis, qui ab Antonio Muſâ Braſavola fuit eruditus. Joannes Baptiſta Pignà, *Romanzi*, *lib. 1. fol. m. 8.*

HIERONYMUS BENINTENTO BELGIARINO Ferrarienſis, Phil., & Med. Doctor præclariſſimus, ac intèr latinos Poetas à Lilio Gregor. Giraldo, *in 2. Dialogo Poetar. ſuorum temporum* commendatus, tantìque habitus, ut eidem *Dialogiſmum XV. de Aquis ſubruinis* dirrexerit: Scripſit autèm *Theoremata Philoſophica*, *ſuper 1., & 2. Poſteriorum Ariſtotelis*: *Lecturam de Animâ*: *Lectiones in octo libros Phyſicorum*, & *De Cœlo, & Mundo*, Superbi, *Apparato*, *part. 2. fol. 85*.

AUGUSTINUS RAIMONDI Januenſis, Philoſ., & Medic. Doctor.

HIERONYMUS ALDIGIERI Ferrarienſis, Phil., & Med.

 Doctor

Doctor, ab Antonio Musâ Brasavola eruditus, ac laudatus *in nuncupatoriâ Commentar. suorum in Hippocratis Aphorismos*: Ex antiquâ, nobilique hac Ferrariensi Familiâ orta est uxor Cacciaguidæ Florentini, Dantis Poetæ nobilissimi Proavi, undè ejusdem Familia Aldigeri cognomen mutuata est, proùt in Divino suo Poemate Vates ipse testatur, hisce carminibus.

Mia Donna venne à me di Val di Pado,
E quindi il Sopranome suo si feo.

FRANCISCUS da PORTO Græcus, in Urbe Cretæ Metropoli natus, optimus Eloquentiæ, Poetarumque Græcorum in Universitate nostrâ Lector, qui unâ cum Andreâ Grunthero intèr Domesticos, ac Familiates Renatæ Ferrariæ Ducissæ fuit connumeratus, ut scribit Lilius Gregorius Giraldi, *in præfatione Primi Dialogi Poetarum suorum tempor.* Illum idem Lilius interloquentem in dicto Dialogo inducit, quod ejusdem Doctrinæ validissimum nobis exhibet argumentum: Edidit autèm *Responsionem ad P. Carpentarii Epistolam, in viros bonos calumniosam Commentaria in Pindari Olympia, Nemea, Isthmia: In Xenophontis Opuscula: In Thucididem: Castigationes in Florilegium Græcorum Epigrammatum: In Syntaxin Apollonii Alexandrini: Epigrammata varia, & Orationes: De Tragædiâ, & ejus origine*, & *Sophoclis, & Euripidis Collationem*. In Calvinianam prolapsus Hæresim, Genevam transfugit, ibidèm Græcas litteras docuit, ac tandèm senex septuagenarius decessit anno 1581. Eum autèm impius Theodorus Beza sequenti parentavit Epitaphio, quod habetur etiàm apùd clarissimum Papadopoli, *Tom. 2. lib. 2. cap. 29.* Historiæ Gymnasii Patavini.

Cretensem Patriâ Portum, non moribus oras
Traxerat in Venetas quem pietatis amor:
Nèc satìs in Venetis nactum felicitèr oris,
Quærere suadebat quod pietatis amor;
Hospitio profugum excepit, fovitque Genèba,
Exulibus portus tutus, & ora piis;
Nèc solùm excepit, sed & illum hinc indè secutas,
Et Porti assiduas Pieridas comites.
Exuvias cujus maturâ ætate sepulti ....
Hoc portù manibus composuere suis.
Pars autèm melior portu meliore potita,
Quæ pietas illum quærere jussit, habet.

PE-

(PEREGRINUS MORATI Mantuanus: Hic quoquè Rhetorices, & Græcorum Poetarum Doctor, ac Interpres fuit, vir tàm solutâ Oratione, quàm Carminibus latinis, ac vernaculis clarus: Horum quædam edita, quædam autèm supressa fuisse tradit Lilius Gregor. Giraldi, *in 2. Dialog. Poetar. suorum tempor.*; extat Peregrini nostri sequens Epigramma.

Peregrinus Moratus Mantuanus Danieli Fino.

Sæpè tibi, ut video, quos finxerit ipse Poetas
Magnisonos, ut ait, Cælius insinuat,
Aùt facit, ut constet tibi quàm sit dulcior omni,
Quâ fide, præ reliquis nobiliore canat;
Sic & nonnumquàm solet hostis ab hoste probari,
Maxima enim laus est, vincere magnanimos:
Aùt agit, ut videas, quâ tu sis laude ferendus,
Quandò adeò Corvos elevat aura levis.
Cùm tibi Pierides divina Poemata dictent,
Quâ famâ, tu quo nomine dignus eris?
Tot rerum moles, ac tanta negotia versans,
Non finis argutæ plectra tacere lyræ.
Sed quià tu Daniel, mendacia discutis unus,
Quod fuit ambiguum tollere solus habes.
Ut Daniel prior ille senes attende seorsùm,
An mihi quæ ascribit Cælius, ipse feram;
Aùt propriâ incassùm Figulus turgescit in urnâ,
Aut Cæli, dicas, omnia ficta jocis.

At cùm de Patre dixerimus, præstat etiàm, de OLIMPIA FULVIA MORATI, ejusdem Filiâ aliqua subnectamus: Hanc ex Ferrariense uxore Ferrariæ suscepit Peregrinus, & ipse diuturnâ intèr nos morâ Ferrariensis effectus: Optimum à naturâ, &, quod virum quemque minimè dedecet, ingenium nacta Olimpia, illud, Patre instituente, & Chiliano Sinapio (hoc nomine appellat Teissier mox citandus), grecæ, ac latinæ linguæ studiis excoluit adeò, ut in utroque Idiomate carmina elegantissima elucubrarit: Sed hæc omnia animi ornamenta, in Aulâ Renatæ Ducissæ Ferrariæ, Calvinianæ Hæresis contagione fœdavit; ibi enìm Annæ Estensis, quæ deindè Francisci Lotaringii Guisii Ducis uxor fuit, in familiaritatem adscita, errorum virus ebibit, ac se totam (quod mos

Hæreticorum est ; ut Catholicæ Religioni adverſentur acerbiùs) Theologiæ ſtudiis emancipavit : Sed cùm Hercules Dux aulam ſuam impiis Dogmatibus ſcatere depræhendiſſet, Olympia, cùm Emilio fratre, ac Andreâ Grunthero, quo cùm conjugium inierat, Ferrariâ in Germaniam ſe in tutum recepit: Heidelbergæ conſiſtens, quemadmodùm à Caſsandrâ Fideli in Italiâ factum, græcas, latinaſque litteras docuit, ibique vigeſimum nonum vix ætatis annum pertingens obiit, ac in Templo Divi Petri ſepulta eſt, hujuſmodi cùm Elogio.

Olympiæ Fulviæ Moratæ, formâ quondàm mulieri, ingenio homine majori, animo, quo ſolo Chriſtum caperet, ſperneret mundum totum. Baſil. Joann. Herold. Civi Cæleſti P.

Cæterùm in hoc Teiſſier labi putamus, quòd aſſerat Olympiam cùm Emilio fratre in Germaniam aufugiſſe, validis enim conjecturis inducimus, ipſius in fugâ comitem fuiſſe non Emilium fratrem, ſed Emilium Porto, Franciſci Porto, Cretenſis, in Lyceo noſtro Doctoris filium, nàm & pater, ut paulò ante diximus, Renatæ Ferrariæ Duciſſæ familiaris fuit, Calvinoque addictus, & Emilius Græcas Litteras, unà cùm Olympiâ in eadem Heidelbergenſi Academiâ publicè profeſſus eſt. Quidquid ſit, Olympia, ingenii, non Religionis titulo meritò laudata; at infelix nimiùm, quòd Theodori Beza, *in Iconibus*, piæ, ſanctæque Fœminæ encomium promeruerit: Cæterum illam eruditionis miraculum appellat, *in Dial. 2. Poetar. ſuorum tempor.* Lilius Gregor. Giraldi, citatus etiàm ab Antonio Teiſſier, Gallo, *in Elogiis Litterator. Hominum, excerpt. ab Hiſtoriâ D. de Thou. pag.* 99., quem nos ſecuti ſumus.

Rotulus in Memoriali anni 1547.

ASCANIUS MOTEGIANO, J. U. Doctor. Fuit etiàm Scholarum Juriſtarum Rector.
1547

JACOBUS PHILIPPUS VINCENZI Ferrarienſis, Jur. Utr. Doctor.

SIGISMUNDUS CATO Ferrarienſis, Legum Doctor excellentiſſimus, ſummâque in rebus, arduis etiàm peragendis dexteritate

tate præditus: Is prò Hippolito Cardinali Estense Senarum Reipublicæ præfuit, dùm à Carolo V. Imperatore ad Henricum Galliarum Regem desciviſſet: Plurima quoquè magnæ auctoritatis munera egregiè obivit: Vide Guarini, *Chiese lib.* 2., & *Epigramma Jo: Baptistæ Pignæ*, à nobis, cùm de Ludovico diximus, relatum.

CLEMENS TOMASINI de FLORENTIA, Ordinis Minorum, Philosophus, ac Theologus celeberrimus, cujus Acta, ac laudes videas apud Bocchium, qui ejus Vitam scripsit.

Rotulus in Memoriali anni 1548. pag. 70.

JO: SIMON SOZZO à Brixillo, J. U. Doctor: Fuit etiàm Scholarium Legistarum Rector. 1548

ANTONIUS MARIA AZZI Fossambrunensis, Juris Utriusque Doctor.

VINCENTIUS SUPERBI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor.

HIERONYMUS FALETTI Savonensis, Patre Pedemontano, Matre ex Monteferrato, Savonæ natus est, sed cùm omnes ferè suæ ætatis annos Ferrariæ transegerit, illum Civem nostrum appellare potuissemus: Apùd nos primò Eloquentiæ, Poesique, quibus optimè excelluit, operam dedit; deindè cùm aliquibus Ferrariæ nobilibus adolescentibus, studii gratiâ, Lovanium se contulit, ubì Philosophiæ, Mathesis, ac Juris Utriusque rudimenta hausit: Dùm autèm ibì, animo scientiis erudiendo vacaret, Lovanium à Gallorum copiis obsessum est, quapropter quotquot in Urbe aderant, de ejusdem incolumitate solliciti, hostibus imperterritè repugnabant: Hieronymus itaquè, & Ferrarienses cæteri, unà cùm Nationum omnium Scholaribus arma gestantes, plurìès ab Urbe eruptione factâ, in hostes inruerunt, eorumque ingenti edita clade plurimùm in causâ fuerunt, ut solveretur obsidio: Indè verò Ferrariam reversus Hieronymus, Juris Utriusque insignibus decoratus est, Foro operam navaturus, nisì Hercules II. Dux ejusdem doctrinam, summamque in rebus agendis prudentiam admiratus, in Aulam assumpsisset, suosque intèr intimos cooptasset; ille autèm, variis

variis prò Hercule prædicto, ac Alphunso II. legationibus egregiè functus est, nempè ad Carolum V. Ferdinandum, & Maximilianum Imperatores, ad Hispaniæ, Galliæ, Pannoniæque Reges, & ad Venetorum Rempublicam, apùd quam Venetiis occubuit. Scripsit Faletti, typisque edidit: *Historiam Belli Germanici sub Carolo V. confecti: Marchionum Estensium, Ducumque Ferrariæ Genealogiam: De ortu Christi: De dignitate Cœlibatus: De Christiano Matrimonio: De laudibus Dialecticæ: Poematum libros XII: Versionem ex Græco Attenagoræ Philosophi, de Mortuorum Resurrectione: Orationes quamplures: Epigrammata varia*, ac alia. In Faletti laudibus sunt Paulus Manutio, *in Epist. ad ipsum datâ*, *Epistolar. lib.* 2., Antonius Possevini, *Apparat. Sacr. Tom.* 2., Abbas Ghellini, *in suo Theatr. part.* 1. *fol.* 227., Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3 *fol.* 164., Superbi, & alii plures. Ad Faletti nostrum hoc datum legitur Antimachi Epigramma.

Marci Antonii Antimachi ad Phaletum.

Phalete Aonidum decus immortale sororum,
Belgica qui altiloquo pectine gesta canis,
Æternùm vives, æternum nomen habebis,
Quod nèc post cineres deleat una dies.
Divini id Vatis carmen, virtusque meretur,
Virtus perpetuâ digna virere rosâ;
Hìnc per me nullos quæras tibi laudis honores,
Est meritis quandò maxima parta tuis;
Ista petant alii, quibus est ignotus Apollo,
Et nullâ possunt arte parare decus.

Habetur *intèr edita Phaleti carmina*, *pag.* 100. sed pro laudum ejusdem cumulo, videnda quæ scribit Lilius Gregor. Giraldi, *in* 2. *Poetarum suorum tempor. Dialogo*.

GABRIEL FALOPPIO Mutinensis, Philosophus, Medicus, Astrologusque insignis, sed præcipuè rerum Anathomicarum peritissimus, ab omnibus Scriptoribus, tàm Italis, quâm alienis meritò laudatus: Ferrariæ ab Antonio Musâ Brasavola Philosophicis, ac Medicis facultatibus institutus, ut ipse testatur, *in Tract. de Morbo Gallico pag. m.* 9. Addiscendi gratiâ totam ferè Europam peragravit, doctrinæque Ovariorum, quæ ab ipsius Agnomine

Tu-

Tubae Faloppianae appellata sunt; inventor extitit, ut intèr alios refert Gimma, *Idea dell' Istor. dell' Ital. Letterat.*, *cap.* 42., & 48. *Tom.* 2. In almâ Universitate nostrâ docuit; deindè in Patavino Lyceo Anatomiae primò, Simplicium postmodùm Lecturam exercuit, ibì etiàm Simplicium Viridarii à Sapientissimâ Venetorum Republicâ instituti Praeses designatus: Tandèm annorum 73. aetatem agens (39. tantùm inquit Teissier infrà citandus) in eadem Patavinâ Urbe è vivis sublatus est anno 1563., ejusque cineres in D. Antonii Templo conquiescunt; Plurima autèm à viro hoc doctissimo edita sunt, nempè *Institutiones Anathomicae*: *Observationes Anathomicae*: *De Coloribus*: *De Chirurgiâ*: *Observationes de Venis*: *De partibus similaribus*: *De Medicamentis simplicibus*: *De Materiâ medicinali*, *in lib.* 1. *Dioscoridis*: *De Thermalibus aquis*: *De metallis*, *atquè Fossilibus*: *De purgantibus simplicibus*: *Epistola ad Mercurialem*: *De Asparagis*: *De Ulceribus*: *De Morbo Gallico*: *De Ulceribus singularum partium*: *De vulneribus in genere*: *De vulneribus capitis*, *oculorum &c.* *Commentarium in Hyppocratis librum de vulneribus capitis*: *De Cauteriis*: *De Tumoribus praetèr naturam*: *De decoratione*: *Expositio Libri Galeni de Ossibus*: *De lunatis*, & *fractis ossibus*: *Methodus consultandi*: *De compositione Medicamentorum*: *De arcanis quibusdam compositionibus Medicis*, & *quae extrà Medicinam in usu sunt*, *ut sunt varia vina*, & *Chymica multa*. Itèm sub Faloppi nomine liber quidam Italicae scriptus circumfertur, cui titulus: *Secreti diversi*, *e miracolosi*, *distinti in trè Libri*, sed hìc Joannis Bonacci esse creditur: Haec autèm omnia Gabrielis nostri Opera à Vander Linden, *de Script: Medic. libr.* 2., & ab Antonio Teissier Gallo, *in Elogiis Litterat. Hominum*, *in Addition. ad Historiam D. de Thou*, *pag.* 220., referuntur. Faloppio etiàm cum laude meminit Lilius Gregor. Giraldi, *in Poetarum suorum temporum*, *Dialogo* 2.

JOANNES THESINTA Germanus, Philosophus, & Medicus.

NASCIMBENUS NASCIMBENI Ferrariensis, celebris Rhetoricae, ac Poetarum in Universitate nostrâ Lector: Hic anno 1544. Bononiae, typis Marci Antonii Grossi Libellum latinè edidit, & Francisco Gonzaga Mantuae Duci dicavit; libello autèm titulus *Scipio minor*, seù *de Juventute*, Ciceronem aemulatus, qui *Catonem majorem*, seù *de Senectute* conscripsit. In operis fronte Hen-

Hendecasillabum, in fine verò Odos, ad Herculem Mantuæ Cardinalem, Auctoris ejusdem cernitur, quibus tandèm quæddam accessere Scipionis Baldi Finalensis, & Jacobi Emiliani Ferrariensis Carmina: Sed scripsit etiàm Nascimbeni noster, ac Aloysio Cardinali Estensi dicavit *Eruditissimam, itemque doctissimam Explanationem in sex primos P. Virgilii Maronis Eneidos libros*, in quâ non ea tantùm, quæ ad Rhetoricam, Poeticamque facultates, verùm etiàm quæ ad Philosophiam, juxtà Platonis, & Aristotelis mentem pertinent, ità explanat, ut tota Virgilii ipsius Epopeja facilè intelligi possit: Hoc Auctoris nostri Opus, Commentariis Lamberti Ortensii Montfortio, in integrùm Eneidos Poema unitum, in lucem prodiit Basileæ, ex Officinâ Henricpetrinâ in folio, anno 1577., Operi verò accessit Index Locorum 232., quæ Nascimbeni aliter à cæteris Virgilii Expositoribus interpretatus est, quòd se in nuncupatoriâ Epistolâ, effecturum Auctor professus est, non eos imitari studens, qui tantùm in fabulis, historiis, verbisque explicandis toti fuerunt.

PHILIPPUS PARTENIO SAXELLO Novocomensis: Hunc esse autumnus, quem Vander Linden, *in opere de scriptis Medicis*, Partenium appellat, nullâ ejusdem nominis, Patriæque mentione factâ: Edidit autèm *Dialogum de Humani corporis sectione*. Partenio Discipulum suum fuisse scribit, *in Epistol. nuncupat. Comment. in Aphorismos* Antonius Musa Brasavola noster, illum verò appellat *Philippum Partenio Sassello de Como*.

Rotulus in Memoriali anni 1549. pag. 81.

1549 AYMO CRAVETTA Savillianensis, Joannis J. C. optimi, Genolliæ Domini, filius fuit, patrisque famam, in eâdem Juris scientiâ longè superavit: Antonio Joanne Rossi, & Jo: Francisco Curtio institutoribus usus est, vixque Doctoris Laureâ decoratus Taurinum, ad publicè docendum, se contulit: Avenioni etiàm professus est, deindè in Universitate nostrâ, Ticini postmodùm, Bononiæ, & alibì. *Doctissima Responsa*, aliaque Lugdunum imprimenda detulit, *Tractatus doctissimos* edidit, ac tandèm Taurinum reversus, ibidèm, anno 1569., sexto Idus Octobris morte sublatus est, & in Ecclesiâ D. Dominici tumulatus: Ita Panciroli, *de claris Legum Interpretibus, lib. 2. cap. 180.*, & Wolfgangus Freymonio, *in Elencho Scriptorum Juris Utriusque*.

AL-

ALPHUNSUS MORELLO Ferrarienſis, J. U. Doctor: Ferrariæ obiit die 26. Septembris 1597., & ſepultus eſt in Eccleſiâ S. Pauli, ut patet *ex Libr. Offitii Bullettarum*.

RENATUS BRASAVOLA Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor egregius, præclariſſimi Antonii Muſæ filius: Huic, intèr Varia Critica, *Dialogiſmum V.* à Lilio Gregorio Giraldi nuncupatum cernimus. Fuit autèm Renatus Henrici II. Gallorum Regis, ac Herculis II., & Alphunſi II. Eſtenſium, Ferrariæ Ducum Medicus, ut ſcribit Cl. Hieronymus Baruffaldi *Commentario Hiſtorico-Erudito dell'Inſcrizione fatta ad Antonio Muſa Braſavola, §. 37.*, ubì multa de Renato noſtro; intèr cætera verò, eum in Patriâ Humanis Litteris inſtitutum fuiſſe tradit à Marco Creta, Viro docto, idque ut comprobet, ſequens exhibet Tetraſticon Franciſci Bovio Ferrarienſis Poetæ, ſumptum à Carminibus Auctoris ejuſdem, quæ penès ſe eſſe D. Baruffaldi laudatus perhibet.

Inſtituit quondàm Marcum Cicerona Cratippus;
Palladiâ princeps dictus in Urbe Sophos;
Noſtrâ in Grajorum Marcus gratiſſimus Urbe
Te Muſæ natum nuncquè, Renate, docet.

Rotulus in Memoriali anni 1550 pag. 59.

BARTHOLOMEUS CODEGORI Ferrarienſis, Juriſconſultus inſignis, vir ſummæ in Lyceo, ac Foro noſtro auctoritatis: 1550
Doctiſſima ejuſdem *Conſilia*, & *Repetitiones*, *in Volumine quarto Conſiliorum Jo: Mariæ, ac Jacopini Riminaldo* impreſſa cèrnuntur ſignantèr *Conſil.* 684., & 685. Libanori *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 56. Videndus etiàm Superbi, *Apparat. fol.* 68.

Rotulus in Memoriali Anni 1551. pag. 58.

JOANNES CORASIO Toloſanus, Juris Interpres præclariſſimus, in celebrioribus Europæ Univerſitatibus profeſſus. Docuit 1551
autèm Andegavi, Aureliis, Lutetiæ Pariſiorum, Patavii, Toloſæ, Valentiæ Allobrogum, ac Ferrariæ, ab Hercule II. Duce, magnis muneribus cumulatus: In Patriam tandèm reverſus, cùm à rectâ Catholicæ Fidei normâ deſciviſſet, Pariſiis Ammirante inter-

interfecto, cùm multis ejusdem Sectæ obtruncatus est: Itèm Panciroli *lib.* 2. *cap.* 185. Hæc autèm opera, unico Tomo contenta edidit, scilicèt *Scholia in duo de viginti ex prioribus Titulis Pandectarum*: *Miscellanea Juris Civilis*, libris tribus: *Commentaria ad l. filium, quem habentem C. Familiæ erciscundæ*: *In §. Nihil Commune l. naturalitèr ff. de acquirendâ possessione*: *In l. admonemus ff. de jure jurando*: *In titulum ff. de Senatoribus*; & quædam alia: Intèr ejusdem opera, Tractatus etiàm *De Arte Juris*: *De Actionibus*, & *In titulum Codicis de Impuber.*, & *aliis substitut.* recenset Joannes Andreas Quenstedius, *Dialog. de Patriis Viror. Doct.*, à Papadopoli, *Tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 23. *Historiæ Gymnas. Patav.* citatus.

HORATIUS FARINOTI Pisaurensis, Juris Utriusque Doctor.

PHILIPPUS BRASCHI Faventinus, ex Minorum Familiâ Philosophus, Theologus, multiplicisque vir eruditionis, proùt ex *Tractatibus variis* ab ipso editis liquidò patet: Celeberrimi Bartholomei Ricci Civis nostri amicissimus fuit, ità ut eidem vitâ functo Epitaphium Ricci conscripserit: Habetur autèm *in Ricci Epistolâ datâ Julio Magnanio, universi Minorum Ordinis Generali*, *lib.* 1. *pag.* 73. Sed & Dominicum Campeggi, Ferrariæ in Hæreticos Animadversorem, in Braschi obitu Orationem habuisse, ex Ricci ejusdem *Epistolâ* 8. *Tom.* 1. cognoscimus: De Philippo nonnulla etiàm apùd Augustinum Superbi, *in Catalogo MS. Scriptorum Seraphici Ordinis*, & apùd Petrum Ridolphi, *Histor. Seraphic. lib.* 2. *p.* 268.

JACOBUS ANTONIUS BONO Patavinus, Phil., & Med. Doctor: Edidit Tractatum doctissimum *De Terremotu*. Libanori, *part.* 3 *fol.* 116. Alii Jacobum Ferrariensem asserunt: Hujus est *Epistola nuncupatoria*, *præfixa Galenico Indici*, *ab Antonio Musâ Brasavola efformato*, in quâ omnia Musæ prædicti opera numerantur: Fuit etiàm Sacræ Theologiæ Professor: Obiit verò Ferrariæ anno 1587., & die 12. Augusti sepultus est in Ecclesiâ S. Francisci, ut *ex Libro Bullettarum anni ejusdem* patet.

ALPHUNSUS PANZA, seù Pantheo, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

Ro-

Rotulus in Memoriali anni 1552. pag. 64.

MATTHEUS CASELLA Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor egregius, miráque in rebus peragendis prudentiâ celebratus: Id ubi Alphunſo I. Ferrariæ Duci primùm innotuit, illum Epiſtolarum Magiſtrum, unà cum Jacobo Alvarotto, ac Francino Michaeli conſtituit, quâ in re tanto Principi, ſummâ integritate, ac fide operam navavit, quemadmodùm *in ſuis Commentar. pag.* 65. Cinthius Jo: Baptiſta Giraldi teſtatum reliquit: Ne dùm autèm in Univerſitate noſtrâ docuit Caſella, ſed ejuſdem etiàm fuit Reformator, ut conſtat *ex Rotulo anni* 1528., *& aliis. In Finiano*, quem ſæpè memoravimus *MS.*, *pag.* 220. extat hoc Danielis Fini ad eundem Diſticon. 1552

Magn. D. Mattheo Caſellæ Daniel Finus.

Ver tibi reſtituit, rapuit quam Bruma ſalutem,
Juſtitiam, ceù tù cuilibet, annus agit.

BONAVENTURA ANGELI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor, humaniſque Litteris optimè eruditus: Hic Patriâ cedere coactus, Parmam ſe contulit, ibìque conſtitit; utque erat ſummi vir ingenii, atqùe ad omnia capeſſenda facti, *Parmenſem Hiſtoriam* diligentiſſimè ſcripſit, typiſque mandavit: Edidit etiàm *Ludovici Cato Ferrarienſis, Juris Conſulti præclariſſimi Vitam*, nec non Tractatum *De non ſepeliendis mortuis propè Aram*: Gùarini, *Chieſe di Ferrara lib.* 3., *& lib.* 2., & Libanori, *Ferrara d'Oro part.* 3. *pag.* 66. Scripſit etiàm *Li Elogi degli Eroi Eſtenſi*, nec non Rithmos Hetruſcos, quorum ſpecimina videre eſt *Nelle Rime ſcelte dei Poeti Ferrareſi, impreſſ. in Ferrara l'anno* 1713. *à fol.* 133.

ALEXANDER NASELLI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor præclarus, Ateſtiniſque Ducibus acceptus, prò quibus Carfinianæ Provinciæ præfuit. In Patriâ deceſſit, ejuſque cineres in Templo antiquo S. Mariæ Servorum conquieſcebant, teſte Guarini, *Chieſe*, *lib.* 3.

HIERONYMUS BRASAVOLA Ferrarienſis, Antonii Muſæ Medici clariſſimi filius, Renati frater, idem inſtitutum ipſe etiàm egre-

egregiè sectatus, cui Græcarum quoquè Litterarum studia sociavit: Multùm paritèr prudentiâ valuit, quapropter ab Alphunso Ferrariæ Duce, ad Gallorum Regem, supremosque alios Principes Orator missus est: *Expositionem primi Aphorismi primæ particulæ Hippocratis*, & *Librum de Offitiis Medicis* Hieronymum edidisse tradunt, Vander Linden, *de Script. Medicis*, Guarini, *Chiese libr. 5.*, & Superbi *fol. 73.* Brasavola nostri vidimus etiàm *MS. Arborem totius Logicæ Facultatis* apùd D. Egidium à Fabrâ. Obiit in Patriâ anno 1594., & die 16. Octobris sepultus est in Ecclesiâ S. Andreæ, ut constat *ex Libro Offitii Bulletarum*.

JOSEPH ZANELLI Brixiensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

JO: BAPTISTA PIGNA Ferrariensis, Nicolai *Nicoluzzi*, aliàs *Pigna* Ferrariensis Aromatarii, qui ceruleum colorem è lapide, vulgò *Lazzuli* extrahendi modum, ut refert eruditissimus Gimma, *Tom. 2. cap. 50. art. 2.* primus excogitavit, filius fuit, cùm autèm plurimùm ingenio valeret, amœnioribus Litteris, tam Latinis, quàm Græcis primò addictus, deindè Philosophicis studiis, omnibus adeò claruit, ut in Almo Lyceo nostro Eloquentiæ, Poetarum, Græcique sermonis Doctor fuerit constitutus: His quidèm muneribus cumulatissimè, magno eruditæ juventutis profectu satisfecit, immò & Lycei ejusdem Reformator esse promeruit, ut *ex Rotulo* 1560. Cùm itaquè ejusdem doctrinæ lumen magis magìsque in dies omnium oculis se se ingereret, Herculi II. Ferrariæ Duci, maximo Litteratorum omnium Mecænati placuit, eum in Aulam assumere, ac sui ab Epistolis offitio decorare: Pigna verò Principi gratissimus, cùm sibi ad Estensia Tabularia aditus liberè pateret, celeberrimum illud Opus, *Historiam* nempè *Estensium Principum, Urbisque Ferrariæ, in libros octo digestam*, conscripsit, ediditque, cujus tanta elegantia est, ut ne dùm pluriès recusa sit, verùm etiàm, pro Nationum omnium usu, in Latinum Idioma translata: Alia quoquè edidit, videlicèt *Quæstionum Poeticarum Libros duodecim*: *De consolatione libros tres*: *Carminum Libros quatuor*: Italicè verò scripta: *I Romanzi Libri trè*: *Eroi Estensi Libri trè*: *Il Principe Eroico Libri trè*: *Dell'Ozio Libri uno*, & alia: His omnibus, cùm immortalem sibi apùd Posteros vitam comparasset, Ferrariæ tandèm occubuit, ejusque corpus in D. Francisci Templo tumulatum est, ut perhibet Guarini, *Chiese*,

se, *lib.* 3. In laudibus Pignæ nostri sunt Lilius Gregorius Giraldi, *in* 2. *Dialog. Poetar. suorum temporum*. Torquato Tasso *in Hetruscis Carminibus*, Gaddi, *de Scriptoribus*, Ghellini *lib.*1. *fol.* 198., Superbi, *fol.* 91., Libanori, *Ferrara d'Oro part.* 3. *fol.* 139., Marchesi, *in Monument. Virorum illustrium Galliæ Togatæ lib.* 2. *cap.*6., Joannes Marius Crescimbeni, *Historia della Volgar Poesia*, *volum.* 4. *libro* 2. *centur.* 2. *num.*82., & alii. Ut autèm instituto nostro serviamus, unum tantùm, & breve quidèm Joannis Baptistæ Epigramma hic dabimus, quod *in Libello ejusdem Carminum* impressum habetur, legiturque etiàm *in part.* 2. *Delitiarum Clarissimorum Poetarum Italorum, per Ranutium Ghero collectarum*, *pag.* 221.

De Janthe.

Quam mihi connubio stabili conjunxit Janthin
Musa suam, servent numina sancta mihi.
Lux mea luce meæ caræ dependet Janthis;
Non vivam, vitam in me nisi vita trahat.
Carior est oculis, vel si quid carius, ipsis,
Est oculis etiàm carior ipsa mihi.

Rotulus in Memoriali anni 1553.

LUCAS CASTELVETRI Mutinensis, Universitatis Schola- 1553
rium Legistarum Rector.

GUIDO ZAVARISI Mutinensis, J. U. Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1554. pag. 32.

JACOBUS MANDELLI Astensis: Hunc etiàm intèr Univer-
sitatis nostræ Doctores anumerare liceat, ad legendum etenìm ab 1554
Hercule Duce in eâ conductus, sed mors obstitit, quìn perficere posset: Is Patritio genere natus, immortale sibi nomen in Legum ambagibus enodandis conciliavit, quapropter Ticini, Placentiæ, Pisisque Jura interpretatus est: Dùm verò à nostrâ, aliisque Universitatibus expeteretur, Ticini obiit anno 1555. die 30. Octobris, ut ex sequenti patet Elogio, quod eidem in Templo D. Thomæ, ubì

ejus cadaver conditum fuit, positum est. Refert Pancirolì *de clar. Legum Interpr. lib. 2. cap. 184.*

Jacobus Mandellus Astensis, Juris Interpres celeberrimus, Papiæ, Placentiæ, & Pisis supremos honores consecutus, cum deinde Patavium, Ferrariam, rursusque Pisas magnis præmiis vocaretur, vitâ functus Ticinensem hanc, cæterasque lugentes reliquit Academias. Vixit Annos XLV., obiit 30. Octobris 1555.

JO. BAPTISTA FUSCHINI Lugiensis, Juris Utriusque, quam laudabilitèr professus est, scientiæ, Musarum quoquè studia copulavit, ejusdemque *in Finiano MS. pag.* 164. hoc legitur Epigramma.

Ad Danielem Finum Joannes Baptista Fuschinus Lugiensis.

Fine, Eliconiadum studiis addicte beatis,
Fine, senex meritis, & pietate gravis.
Carmine Laurenti nomenque, piosque labores
Dùm celebras, capiti laurea parta tuo est.
Mons sacer est per te miseris opus utile, major
Quam qui verticibus sydera torquet Atlas.
Ibit hic à Fino fines laudatus in omnes,
Nec finis meritis laudibus ullus erit.
Bissenosque, & quinque viros probitate, fideque
Insignes sempèr fama loquetur anus:
Macte senex animis fortunatissime, pergas,
Vatibus ipse piis Christus adesse solet;
Sic, oh, sic Pylii traducas Nestoris annos,
Sic tandèm repetas sydera Fine: Vale.

Fuit autèm Fuschini noster Aloysii Estensis Cardinalis amplissimi Ferrariæ Episcopi Generalis Vicarius: Obiit Ferrariæ die 25. Januarii 1562, & in Ecclesiâ Cathedrali tumulatus est: Hieronymus Bonoli, *Histor. di Lugo, lib. 3. cap. 22.*

FRANCISCUS AZZOLINI Mantuanus, Universitatis Scholarium Artistarum Rector.

AL-

ALPHUNSUS CORTILE Ferrarienſis, inſignis Juriſconſultus, de Legali ſcientiâ admodùm benemeritus, utpotè qui Ferrarienſem Juris Utriuſque Afflatorum Academiam, in domo propriâ inſtituerit, vèl ſaltèm congregari paſſus ſit: Id habemus *ex libello Theſium Hieronymi Mattheucci Firmani, Academici Afflati, Mutinæ impreſſ. per Paulum, & Fratres Gadaldini*, penès nos exiſtente: Obiit Ferrariæ anno 1595., dieque 13. Februarii in Eccleſiâ S. Spiritus ſepultus eſt, ut *ex Libro Offitii Bullettarum* patet.

HIERONYMUS ANTIGUARDO de Caſtrocaro, Coſmographiæ Lector.

LUCIUS OLIMPIUS GIRALDI Ferrarienſis: Ex Giraldi prognatum genere Lucium ſatis dixiſſe ſit, ut illum eruditiſſimum intelligamus; Is autèm in celeberrimo Gymnaſio noſtro Latinas, Græcaſque Litteras docuit.

Rotulus in Memoriali anni 1555. pag. 20.

PETRUS JOANNES MALAVOLTA, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor. 1555

JO: BAPTISTA ORICALCO Ferrarienſis, Philoſophiam, Medicamque Artem magno gloriæ fœnore in Patriâ profeſſus, ac apùd Eſtenſes Principes ingenti in pretio habitus: Felix quoquè in ſobole fuit, decedens enìm filios quinque maſculos reliquit, quorum quatuor Doctoralibus inſigniis ornati ſunt, ut ſcribit Guarini *Chieſe lib.* 5. Hoc quoquè ad ejus gloriam accedit, quod à celeberrimo Lilio Giraldi noſtro *Dialogiſmus XIV. de Molii herbâ Homericâ* fuerit eidem inſcriptus. Obiit autèm Ferrariæ anno 1598., & die 2. Maii ſepultus eſt in Eccleſiâ S. Gulielmi, ut *ex Libr. Offitii Bullettarum* patet.

CLAUDIUS BRUTTURI Ferrarienſis, Philoſophus, & Medicus.

HIERONYMUS BONACOSSA Ferrarienſis, Philoſophus, & Medicus.

Rotulus in Memoriali anni 1556. pag. 27.

1556 HIERONYMUS RASURI *Ferrariensis*, Causidicus Notarius Lector.

Rotulus in Memoriali anni 1557. pag. 27.

PERINETTUS PARPAGLIA Pedemontanus, Legum Interpres famosus, ad Ferrariæ docendum conductus: Hic apud nos
1557 etiàm Justitiæ Consiliarius fuit, quòd ex Rotulo præsentis anni apparet: Prætèr hoc, nihil aliud de Perinetto nobis innotuit, nisi quòd *Lecturas scripsit supèr 1., & 2. Codicis*, ut notat Wolfgangus Freymonio, *in Elencho Scriptorum Juris Canon.*, *& Civil. fol. m.* 18.

PAULUS QUARESIMA Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor eximius, ac in quocumque Humanarum Litterarum genere fundatissimus. De illo Hieronymus Mattheucci, Firmanus, *in nuncupatoriâ Thesium Legalium suarum*, Mutinæ impress. apud Paulum, & fratres Gadaldini: Penès nos sunt.

JOSEPH JOANNUEL, aliàs GIOVANNELLI Ferrariensis, sed ex Græciâ oriundus, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor insignis, & in Universitate nostrâ Lecturam Græcam Galeni, Avvicennæque exercens, ut ex Rotulo.

BAPTISTA GUARINI Junior, Eques, Ferrariensis: Is virorum eruditissimorum, qui Guarini Familiam illustrarunt, (plures autèm sunt) gloriam longè superavit, Philosophorumque, Oratorum, ac Poetarum præclarissimus, maximum Universitati nostræ decus, scribendo, docendove comparavit: Multùm quoquè prudentiâ excelluit; idcircò ab Alphunso II. Ferrariæ Duce, à quo Equitis titulum obtinuerat, crebræ illi ad magnos Principes demandatæ sunt Legationes, scilicèt ad Gregorium XIII., ad Maximilianum Cæsarem, aliosque plures, quibus in recensendis immorandum non arbitramur, omniaque juxtà Principis vota egregiè perfecit: Hæc autèm, quæ Litteratorum omnium præconiis celebrata sunt, edidit, scilicèt *Latinas Orationes*, Etrusco verò sermone

Il Se-

Il Segretario: *Le lettere*: *Il primo*, *& il secondo Verato*: *Le Rime*: *L'Idropica*; eamque, quam Orbis Universus satis nunquàm admiratus est Tragicomediam, *il Pastor fido*, quæ maximâ obtrectatorum (ii tamen paucissimi fuerunt) invidiâ, in omnes ferè Orientales, Occidentalesque Linguas translata est: Scripsit etiàm *Il favorito Cortigiano*: *Il Trattato dell' Onore*: *Della Ragione di Stato*, ac alia, quæ inedita remanserunt: Venetiis Baptista è vitâ migravit 7. Octobris 1612., cùm septuagesimum quintum ætatis suæ annum ageret, ejusque corpus in Urbe eadem magnificè tumulatum est, indè tamen ad Consanguineorum suorum arbitrium in Patriam deferendum: De eo videas Joannem Imperiali, *in Museo Historico*, Crasso, *Elogi dei Letterati par.* 2., Guarini; *Chiese*, *lib.* 3. Libanori, *Ferrara d'Oro part.* 3. *fol.* 59., Ghellini, *Theatro*, Marini, *Lacrime*, aliosque innumeros; fusiùs verò Papadopoli, *Histor. Gymn. Patavin. Tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 35.

JOANNES TAISNIERI: Hujus Patriam ignoramus, Natione verò Germanum fuisse credimus: Fuit Juris Utriusque Doctor, idquè ultrà, in Mathematicis scientiis præstantissimus, nec non Poeta laureatus: Coloniæ, anno 1562. apùd Joannem Birtkmanum opus dignissimum edidit *De naturâ Magnetis*, *& ejus effectibus*, in quo, in Universitatibus Ferrariensi, Romanâ, aliisque se Mathesim publicè legisse scribit, regnante Paulo III. P. Maximò. Eum in Rotulis non habemus, proptereà hìc, extra locum ponimus.

SILVIUS ANTONIANO de Castello: Hoc loco, qui Pennensi Diœcesi in Aprutio subest, humili prognatus genere Sylvius, sublime est sortitus ingenium, ità ut anno ætatis suæ decimo tertio nondùm expleto, de re quacumque sibi in argumentum propositâ, ad citharæ sonum Hetrusca ex tempore carmina, quotquot aderant admirantibus, concinnè pangeret, undè illi nomen inditum *Il Poetino*. Romæ, Hetruscæ, Latinæ, Græcæque linguis operam dedit; ubì cùm Hercules II. Dux Ferrariæ, maximus Litteratorum Mecænas, qui eò advenerat, ut Marcello II. Pontifici inaugurato gratularetur, Sylvium canentem audisset, eum muneribus allectum secùm Ferrariam duxit, magnificè aluit, studiisque nervosioribus vacare curavit; quapropter humanis Litteris brevi cumulatissimè institutus, eas jubente Duce in Almâ Universitate nostrâ vix Ephebus ingenti Auditorum frequentiâ professus est; deindè

 Phi-

Philosophiam, Jus utrumque demùm edoctus, in Ferrariensi Juristarum Collegio Doctoralem Lauream est consecutus: Mortuo autèm Hercule, Romam reversus, per insigniores Curiæ gradus ad amplissimam Cardinalatus dignitatem *Sylvii nostri* virtus, Clemente VIII. Pontifice Maximo promovente, ascendit: Plura hic de ejusdem Ecclesiastico zelo, morumque sanctitate dicenda occurrerent, sed ea tanquàm argumento nostro minimè pertinentia ducimus omittenda: Quòd verò ad rem attinet, multa scripsit Sylvius, scilicèt *Tractatum de Christianâ Liberorum educatione: Orationes*, & hæc edita sunt; inedita verò: *Dissertatio de obscuratione Solis in Morte Christi: De Successione Apostolicâ: De stilo Ecclesiastico: De Primatu S. Petri: Homiliæ: Lucubrationes in Rhetoricam Aristotelis, & in Orationes Ciceronis: Explicationes, & censuræ variæ: Brevia Apostolica: De Italiæ calamitate Carmen: Carmina Hæroica ad Cæsarem: Symbolum Apostolicum in Catechismo Romano ab eo scriptum*: *Epistola ad Dominicum Mellinum: Orationes tresdecim*, & alia. Romæ decessit Antoniano die 15. Augusti anno 1603., ætatis verò suæ 63., ejusque corpus ad Templum S. Mariæ in Vallicellâ translatum, sepultum est in Sacello Nativitatis, quod sibi vivens ornaverat: Sepulchrum autèm hac inscriptione signari fecit.

Sylvius Antonianus Presbyter Romanus Sacellum ornavit, locum Sepulturæ delegit, Anno Dom. MDLXXX.

Sed anno 1601., postquàm purpuram assecutus est, novis ornamentis sacello appositis, alia, quæ sequitur, Inscriptio addita.

Sylvius Antonianus S. R. E. Præsbiter Cardinalis Sacellum translatum decentiùs ornavit Anno Salutis MDCI.

Hæc pauca de Antoniano habuimus è Libro, cui titulus *Notizie Letterarie, ed Historiche della Academia Fiorentina*, *part.* 1. *all'anno* 1556. Sed de eo etiàm scripsere Famianus Strada, *in Prolusionibus*, Janus Nicio Eritreo, *in Pinacbothecâ*; Card. Guido Bentivoglio, *Memor. Historic.*, & alii plures.

Rotulus in Memoriali anni 1560. pag. 23.

DANTES SOGARI Ferrariensis, Legum Doctor eximius,
1560 Alphunso II. Ferrariæ Duci carissimus, prò quo intimi Consiliarii,
Fisci

Fisci Procuratoris, aliaque amplissima id genus munera integerrimè sustinuit: *Ejus corpus*, Ferrariæ in D. Andreæ Templo requiescit, tumuloque hoc inscriptum Epitaphium legitur, quod etiàm habemus apùd Guarini, *Chiese lib.* 5.

D. O. M.

Si nihil magìs æquum est, quàm tumulis mandare peremptos, æquius equidem fuit Antoniam uxorem dilectissimam, & se ipsum huic mandari sepulchro, ut eâ frui Danti Sogario mœstiss. viro liceret mortuo, quòd vivo non fuit permissum.

JO: FRANCISCUS TERZANI CREMONA Ferrariensis, Legum Doctor peritissimus, qui multùm etiàm eloquentiâ polluit, quòd præsertim patefactum, cùm prò Alphunso II. Ferrariæ Duce ad Clementem VIII. ad supremam Petri Cathedram assumptum, Romæ Orationem habuit: Diù in Ferrariensi, aliquandiù in Bononiensi Gymnasio Jura est interpretatus, ediditque *Doctissimas in Jure Lecturas*, & *Latinas Orationes*: Ferrariæ die 25. Maii 1579. vitâ functus est, ac in D. Pauli Templo sepultus, ut refert Guarini, *Chiese lib.* 3. Hujus etiàm meminere Hieronymus Joanninus de Capugnano, *in vitâ Cinthii Jo: Baptistæ Giraldi*, Opusculum *Garzoni Auximatis, de laude meri Juris p.* 2., Libanori, *Ferrara par.* 3. *fol.* 152., & Franciscus Arisi, *in Tomo* 2. *Cremonæ suæ Litteratæ*, ubi Joannis Francisci nostri Familiam Cremonæ Originariam facit.

JO: BAPTISTA VILLAFORA Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor.

SEBASTIANUS TURRIANO Ord. Minorum, Philos., ac Theologus.

ANTONIUS MARIA PAROLARI, aliàs PAROLINI Ferrariensis, magni nominis Philosophus, ac Medicus, ab Alphunso II. Ferrariæ Duce, sui, ac Dominii totius Archiater constitutus: Edidit autèm *Tractatum de Peste utilimum*: *De tumore Hippocondriorum*: *De dolore abdominis*, & *de Febri*, *ac Melencholiâ*, quæ impressa habentur *in Collectaneâ Joseph Lautembacchi*, *Francofurti edita*, *apùd Joannem Sartorium anno* 1605., ut refert Vander Linden *de scriptis Medicis*, & Jo: Jacobus Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*; Superbi verò, *part.* 1. *fol.* 78. conscripsisse, sed minimè edidisse addit

Disputationes adversùs Comitem Montanum, *de naturâ, & essentiâ Morbi*: *Exempla centum consultationum*: *Commentaria*, *& Lectiones in artem Medicinalem Galeni*: *Commentaria in Libros Posteriorum*: *Eorumdem Epitomem*, & alia: His addimus *Lecturas multas*, quas MSS. in Bibliothecâ suâ servat doctissimus Egidius à Fabrâ, scilicèt *Lectiones de Febribus*: *Explanationes in Artem parvam Galeni*: *Supèr Canticum Avvicennæ*: *Lecturas in Aphorismos*, & *in librum primum Galeni*, *de differentiis Febrium*, & id genus plura. Parolini corpus, Guarini, *Chiese lib.* 5. teste, in D. Andreæ Templo tumulatum est, cùm sequenti Elogio.

D. O. M.

Antonius Marius Parolinus in hoc mortalitatis pelago humanæ navigationis conditionem eam esse edoctus, ut corpori necessitas, animæ naufragii periculum immineat, postquàm Medica beneficentiâ se hominem homini reddidisset, adiunctisque philosophicis morum institutis Christianæ fidei virtutibus, animam, ut à scopulis averteretur, omni studio curaret. Naufrago interìm corpori hìc portum parabat Ann. Domini MDLIXC.

ANTONIUS FLAVIUS GIRALDI Ferrariensis: En tibi, Lector, Giraldi alterum, Cinthii Joannis Baptistæ fratrem, ab eruditissimæ Stirpis virtute minimè degenerem: Hic in Lyceo nostro Cosmographiæ, & Astrologiæ Lector fuit: Latinis, Hetruscisque Musis felicitèr quoquè operam dedit, ut testatur Lilius Gregorius Giraldi, *in Dialog. Poetar. suorum temporum*, ac etiàm Joannes Marius Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia*, *libr.* 1. *class.* 2. *num.* 207. Carmen præsertìm, vulgò *Capitolo*, in laudem Prosperi Pasetti Juris Consulti præclarissimi Italico sermone conscripsit, Ferrariæque ex Typographiâ Rossi editum dedit: Latina verò ejusdem carmina habentur *in libello Poesum Cinthii Jo: Baptistæ fratris per Rossi impresso*: Ut autem Flavii nostri suavis vena innotescat, sequens Epigramma, de Regiâ Judecæ viâ ob Lectoris oculos sistimus.

Flavius Antonius Giraldi ad Illustrissimum Galeatium Gonzagam.

Undiquè dùm miror versus vèl Apolline dignos,
Præclaram queis tu tollis ad Astra viam,

Ob-

Obtutu mancoque diù defixus in uno,
Accipe quas dederit nostra Camœna preces:
Di facite Herculeo ut crescat via strata favore,
Gaudeat & tanto Principe sæpè premi;
Et soboli Herculeæ se se omnes servet in annos,
Perpetuoque istis floreat auspiciis;
Atque diù posthàc pulchro sit nomine lætu,
Quod modo Gonzagæ carmine adepta fuit;
Carmine, quo præsagit eam benè uterque Gyraldus
Victuram, veterum cum monumenta cadent:
Evenient sic cuncta, mihi namque annuit ipse
Pythius, oranti signaque certa dedit.

Rotulus in Memoriali anni 1561. pag. 27.

BARTHOLOMEUS MIROGLI de Casali Montisferrati, Montis Cestini, Rossingi, & Villæ Miroli Comes, Juris Consultus præclarissimus, qui Gymnasii nostri dignus Reformator, & ob eximiam prudentiam Alphunsi I. Ducis intimus à Consiliis fuit, quòd ex sequenti Elogio, Federico fratri, in Templo Sancti Spiritus Ferrariæ posito, & à Guarini, *Chiese lib.* 5. relato, palàm fit. 1561

D. O. M.

Federico Mirolio Montis Cestini Comiti, Rossingi, ac Villæ Mirolii in Montis Ferratensis orâ Domino Ser. Ducissæ Ferr. Aulæ præfecto summâ generis nobilitate, vitæ integritate, eximiâ fide, aliisque animi dotibus conspicuo, ob quas Ser. Duci Alphonso usquè ad obitum pòst indefessum, & diutinum tàm ipsius, quam Bartholomei fratris Utr. Sign. Consil obsequium eidem, & Ser. Herculi ejus genitori præstitum longè acceptissimus fuit. Sabina Ux. & Alphonsus fil. B. M. P. C. MDVIC. mira fides, probitas mira, admirabilis ardor, verò hunc condecorant nomine Miroli. Vixit ann. LIX., obiit ann. MDXC., die XIII. Octob.

JO: BAPTISTA LADERCHI Imolensis, cognomento IMOLA, ab Alphunso II. Ferrariæ, & Cæsare Mutinæ, Estensibus Ducibus, quorum à Secretis fuit, Montis alti Comitatu pro meritis decoratus: Legum hic studiis præcipuè incubuit, Juraque in Almo Gymnasio nostro doctissimè interpretatus immortale sibi nomen comparavit: Sed & scriptis plurimùm valuit, edidit enim *Res-*

Responsa in Jure consultissima, quæ magnam sibi auctoritatem in Foro ubiquè vindicant. Ferrariæ autèm mortuus est Imola, anno 1600., eumque in PP. Societatis Jesu Templo tumulatum fuisse videtur asserere Guarini, *Chiese*, *lib.* 4. De ipso scribunt etiàm Libanori, *Ferrara d'Oro part.* 3. *pag.* 149., Marchesi, *in Monument. Virorum illustr. Galliæ Togatæ lib.* 2. *cap.* 2., & alii. Sed & in fronte Librj primi Consiliorum Laderchi, hoc intèr cætera legitur Alberti Turricellæ Epigramma.

Alberti Turicellæ Frinianens. J. C.

Imola Tartagni genetrix tumefacta superbum
Jamdudùm potuit tollere ad astra caput;
Nec sibi læta satìs tanto, fœcunda, Laderchi,
Te parit, ut gemino possit honore frui.
Præscia venturi tenerum Ferraria alumnum
Te recipit, placido te fovet inque sinu;
Teque hilari egregiis vultu virtutibus ornat,
Te docilem variis moribus, & decorat;
Gloria cui major? certè utraque digna tropheo est,
Nasci illa, hæc nunquàm dat tibi posse mori.

Rotulus in Memoriali anni 1562. pag. 24.

1562 DOMINICUS CORREGGIARI Ferrariensis, Jur. Utriusque Doctor.

JO: BAPTISTA COVA' Ferrariensis, Philosophiæ, & Medic. Doctor.

HIPPOLITUS BRASAVOLA Ferrariensis, Philos., & Med. Doctor.

Rotulus in Memoriali Anni 1563. pag. 27.

1563 HIPPOLITUS BELTRAME Ferrariensis, Causidicus, Notariæ Lector.

MARTIALIS PEREGRINI Calaber, Ord. Minorum: De Castrovillari, insignis Philosophus in celeberrimo Lyceo Patavino, ac

ac nostro per annos plures egregiè professus : Petrus Ridolphi , *Histor. Seraphic lib. 2. fol. 281.*, & Angelus Portenari , *Felicità di Padova lib. 7. cap. 4.* hunc prætèr , Martialem Peregrini alium Castrovillarensem , ex eadem Minorum Familiâ Ridolphi laudatus recenset , qui Universi Ordinis Generalis , ac deindè Nazaret Archiepiscopus fuit .

HIPPOLITUS ZAFFALEONI Ferrariensis , Ord. Servorum B. M. Virginis , magnus Philosophus , Theologus , ac præstantissimus eâ ætate concionator: Eidem Estenses Principes varias , ad Reges etiàm , legationes demandarunt : *Philosophicos quosdam Tractatus*, nonnullaque *in Scripturam Sacram Commentaria* , multiplici referta eruditione conscripsit , sed typis nunquàm fuerunt consignata . Libanori , *Ferrara d'Oro part. 3. pag. 183.*

NICOLAUS BECCARI Ferrariensis , Phil. , & Medicus .

Rotulus in Memoriali anni 1564.

HIERONYMUS CURIONI Ferrariensis , Legum Doctor egregius , multis Magistràtibus , sub Estensibus Ferrariæ Ducibus 1564
optimè perfunctus: Ferrariensi verò Ducatu ad Apostolicam Sedem devoluto Romam contendit , ibique Utriusque Signaturæ Referendarii , ac Præsidis Sabinæ Provinciæ muneribus decoratus est : Extat ejusdem Sepulchrum Ferrariæ , in D. Francisci Templo , sequenti inscriptum Elogio , quod recitat etiàm Guarini , *Chiese di Ferrara lib. 4.* An verò Hieronymus Ferrariæ obierit , ibidemque ejusdem corpus fuerit tumulatum , ex citato Auctore colligi minimè potest.

D. O. M.

Hieronymus Curionus J. C. Ferr. post mult. varq. Legat. penès diversf. Princ. , & Magistr. bonorificè ges. insignibus Refer. utr. Sign. A. S. decoratus , dùm gubern. munus in Provinciâ Sabinæ sust. in Patriam ob mal. valetud. reversus , mort. mem. H. M. sibi , ac hær. , & fratribus , ac nepotib. suis vivens pos. Anno MDCVIII. , ætatis suæ . . .

ALPHUNSUS CATANEO Mutinensis , Philos. , & Medicinæ Doctor egregius , sub quo , in celeberrimâ Universitate nostrâ Phi-

Philosophiam didicit Ælius Everardus Vorstio, Ruremundensis, ut scribit Foresti continuator, *Mappamond. Historic. Tom. 1. part. 3. pag.* 159. Sed de Vorstio alibi.

PETRUS LEO Vercellensis, Philosophus, ac Medicus: Ambigimus, an ille is sit, quem Vander Linden Patriâ Spoletanum appellat, ac *Tractatum de Urinis edidisse* scribit.

ANTONIUS MONTECATINI Ferrariensis, genere nobilis, doctrinâ celeberrimus, nèc nòn Latinæ, Græcæ, Hebraicæque linguarum peritiâ commendatus: Philosophiam, cujus præsertìm se studiis emancipaverat, ità ut ab omnibus antonomasticè *Philosophus* nuncuparetur, ac Astrologiam in insigni Universitate nostrâ, magno Auditorum concursu professus est, ejusdem deindè etiàm Reformator electus, ut videre est *in Rotulo anni* 1564. Alphunso II. Duci charus quoquè fuit, quo imperante, Regii Lepidi Gubernatoris, ad Pontifices summos, atquè ad Galliarum Regem Legati, ac Sapientum Judicis munera dignissimè sustinuit: Sed & Clementis VIII., qui Ferrariensem Ducatum Apostolicæ Sedi recuperavit, gratiam Antonius promeruit, intimi enìm Cubicularii eum Pontifex dignitate ornavit, magnique ponderis negotia pertractanda credidit; undè illum brevi purpureo galero donandum fore vox invaluerat; ille tamèn verè Philosophus, nihil unquàm prætèr Virtutem cogitabat, idque satis supèrque testatum dederat, cùm Ferrariensem, Regiensemque Infulas, ab Alphunso Duce sibi ultrò oblatas recusaverat. Multa edidit Montecatini Opera, scilicèt: *Commentaria in Politicam Aristotelis*: *In Libros de Animâ*: *In libros 10. Platonis de Republicâ*: *Epitomem libri Platonis de Legibus*: *Concordiam Tabulæ Librorum Georgii Agricolæ*, *Academica Theoremata secundùm Peripathetica Philosophiæ ordinem distincta*, aliaque id genus multa; plura etiàm reliquit inedita: Tandèm Ferrariæ vitâ functus, in Templo D. Pauli tumulatus est, hujusmodi cum Elogio:

D. O. M.

Maluit dignitates mereri, quàm consequi; quas recepit cohonestavit. Alphonso II. Duci Ser. aures, consilia, operam fidelitèr præstitit; Legationes pro illo ad Regem Gall. ad Summos Pont. perfecit; Urbem Regii rexit, non semèl universam ditionem Consiliarius, prò Dux administravit. Ferrariæ Tribunatum gessit, Gymnasium doctrinâ decoravit, regimine amplificavit; nullam gravis, & inculpati viri præstantiam

tiam non præsetulit; Nomine, scriptis, re Philosophus Antonius Montecatinus. Obiit anno 1599. ætatis 62. V. K. Aprilis. Helena Montecatina Soror, & Albertus Montecatinus Nepos hæres P.

De Montecatino scripserunt Guarini, *Chiese libr. 3.*, Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 43.*, Superbi, *Apparato fol. 85.*, Faustini *Histor. di Ferrara*, Carolus Cartari, *pag. 264.*, Marchesi *in Monument. Viror. illustr. Galliæ Togatæ lib. 2. cap. 3.*, aliique; Magni itèm, doctissimique viri Antonium nostrum, dùm in vivis ageret, plurimùm coluere, hósque intèr celeberrimus Marcus Antonius Mureti, Lemovicensis, qui ad eumdem Epistolas dedit, ac sequentia carmina in ejus operibus impressa.

Ad Antonium Montecatinum.

Tandèm querelis pone modum tuis,
Et fata mœstis invida vocibus
Clamare, crudelesque Divos
Cùm gemitu, lachrimisque parce.
Numquid Lycei juverit avios
Lustrasse saltus, fontibus ac sitim
Ex vulgo inaccessis levasse,
Ingenioque adiisse Divos.
Si mentis istud præsidium tuæ
Perrumpit, & se se intùs agit dolor;
Imisque fervens in medullis,
Te quasì perdomito triumphat?
Magnam doloris fata quidèm tibi
Causam obtulerunt, quæ tibi cognitum,
Longoque carum usu sodalem
Hannibalem antè diem abstulerunt;
Qui quamquàm Avitis sat titulis domi,
Forisque clarus, non tamèn id sibi
Satìs fore ornando putavit,
Ni proprios etiàm ipse honores,
Labore magno quæreret impiger,
Comamque lauro duplice necteret,
Et quâ ferox Gradivus, & quâ
Pulcher Apollo suos coronat.

Heù

Heù quis Deorum mentibus addidit
Famæ illam honestis immodicam sitim?
Quàm sæpè multis illa tristem
Funeris acceleravit horam.
Sed, quorsùm inanes jàm quærimoniæ?
Ille ipse, quem urges quæstibus, Hannibal,
Felix, & insertus Deorum
Concilio, mala nostra ridet.

GABRIEL COCCIALE Brixiensis, Eloquentiæ, ac Græcarum Litterarum Lector.

Rotulus in Memoriali anni 1566. pag. 11.

1566 FRANCISCUS PANNINI Centensis, Juris Utriusque Doctor. Vide Josephum Mariam Pannini, *Compendios. Ragguagl. di Cento, fol.* 49.

THOMAS SACRATO Ferrariensis, Phil., & Medicus.

SULPITIUS ARLOTTO Regiensis, Philosophiæ, & Medic. Doctor.

ALPHUNSUS SACRATO Ferrariensis, Philos., & Medic. Doctor.

HIERONYMUS PALATTIERO, de Castro Bononiense, Ord. Minorum, Philosophus, Theologus, nèc nòn Orator, in sacrâ eloquentiâ præcipuè celebratissimus, morumque sanctimoniâ venerabilis: In Almo Gymnasio nostro docuit, nèc non Papiæ, & Patavii: Bononiensis Provinciæ Minister Provincialis fuit, Romæ *de Auxilis Divinæ gratiæ*, ingenti omnium plausu disceptavit, quapropter à Clemente VIII. Pontifice Maximo Bituntinæ Ecclesiæ Episcopus electus est: Tantâ verò vigilantiâ, ac charitate commissum sibi gregem est moderatus, ut eidem, adhùc in vivis agenti Statuæ, aliaque honoris monumenta fuerint excitata: *Orationes, & Commentaria pulcherrimè* Hieronymum liquisse scribunt, Superbi *Cattalogo MS. de' Scrittori dell' Ordine dei Minori fol.* 66., & Marchesi *in Monument. Viror. illustr. Gall. Togatæ, lib.* 2. *cap.* 7. Vitæ demùm curriculo, in omni Virtutum genere consumato, obiit nonagen-

gennarius in odore sanctitatis, ut videre est apùd Tonduzzi, *Histor. Faventin. lib. 4.*, Joannem Franchini *in Bibiosophiâ, pag.* 355., & Ughelli, *Ital. Sacr. Tomo* 7. Sed & Jo: Marius Crescimbeni, *Historia della Volgar. Poesia class.* 2. *num.* 245. Pallatiero intèr Italicos Poetàs enumerat.

ALPHUNSUS BAROCCIO Ferrariensis, Gatta cognomento, Philosophus, Medicusque insignis, quibus disciplinis Græcarum quoquè Litterarum eruditionem adiunxit: Astronomiæ paritèr gnarus fuit, ut ex his, quæ ab ipso edita sunt operibus facilè patet; Sunt autèm *Commentaria in Libros Peribermeniarum: In primum, & secundum Phisicorum*: *In Libros Aphorismorum Hippocratis*: *Tractatus de Febribus*: *De sanitate tuendâ ad Mirandulæ Principem*: *Artis Spargiricæ Encomium*, *& utilitates*: *De Morbis Mulierum*: *Tabula Astronomiæ*, & *Responsa Medicinalia*. Decessit in Patriâ, & in Parocchiali D. Jacobi Ecclesiâ sepultus est. Hujus viri mentionem habent Guarini, *Chiese lib.* 3., Libanori, *Ferrara d'Oro part.* 3. *pag* 25. Vander Linden, *de scriptis Medicis*, & Superbi *fol.* 79.

Rotulus in Memoriali anni 1567. pag. 17.

BARTHOLOMEUS BERTAZZOLI Ferrariensis, in utroque Jure peritissimus, & ob æquitatem summam, quàm in Con- 1567
troversiis tàm Civilibus, quàm Criminalibus sempèr coluit, Estensibus Ducibus acceptus maximè. Edidit *Consiliorum Criminalium Volumina duo*: *Consiliorum Civilium Volumen unum*: *Tractatum de Clausulis Instrumentariis*, & *Interpretationem in l. si quis major C.*, & *de Transactionibus*. Mortuus est anno 1588., & ejus corpus Ferrariæ in D. Pauli Templo requiescit. Guarini *lib.* 3., Libanori *part.* 3. *pag.* 54., & Superbi *pag.* 61.

HIPPOLITUS PENITENTI Mantuanus, Causidicus, Notariæ Lector.

DESIDERIUS Corriggiensis, Ord. Minorum: Ex Familiâ Rognoni, Philosophus, ac Theologus, à Franchino, *in Bibliosophiâ*, *pag.* 365., intèr celebriores Corriggiensis Conventus viros recensitus.

HIERONYMUS ROMAGNOLI Ferrariensis, Spheræ, ac Eu-

Euclidis Lector insignis: Scripsit *Tractatum ad Correctionem Gregorianam*, ad Alphunsum II. Ferrariæ Ducem, quem MS. servat D. Egidius à Fabrâ. Fuit etiàm Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor celebris. Ferrariæ autèm decessit anno 1588., & die 25. Martii in Ecclesiâ Angelorum sepultus est, ut patet *ex Libris Officii Bullettarum*.

LUDOVICUS CARNALI à Scandiano, Philos., & Medic. Doctor.

ALPHUNSUS SADOLETTI Mutinensis, ultrà Doctores in Rotulo citato descriptos, hunc etiàm insignem Jurisconsultum Joannis Sadoletti filium in Almâ Ferrariensi Universitate docuisse (an verò hæc circà tempora incertum) testatur Ludovicus Vedriani, *Histor. di Modona lib.* 18. *fol.* 479.

Rotulus in Memoriali anni 1568.

1568 PAULUS de ESTE J. U. Doctor.

THOMAS CANANI Ferrariensis, insignis Utriusque Juris Doctor: Ejusdem doctissima *in Proœmium Decreti Repetitio*, & *Præfatio ad suos in Patrio Gymnasio Auditores* extant *in Volumine primo Repetitionum in Jure Canonico, impress. Venetiis apùd Juntas anno* 1587. *pag.* 17. *& seqq.* Obiit Ferrariæ anno 1590., & die 18. Augusti in Ecclesiâ Monialium S. Monicæ sepultus est, ut constat *ex Libr. Offitii Bullettarum*.

HANNIBAL ROMEI Ferrariensis, Comes: Almæ Universitatis nostræ Reformatorem fuisse asserit Abbas Libanori, *part.* 3. *fol.* 34., quo autèm tempore non designat. Fuit verò in omnibus ferè scientiis, ac facultatibus eruditissimus, ità ut majus antiquissimæ nobilitati decus comparavit: Edidit *I Discorsi, divisi in cinque giornate*, sunt autèm magnæ in Equestri Scientiâ auctoritatis, & *Il Trattato del Terremoto*. Libanori *loco suprà citato*. Eum intèr celebres Latinos, ac Italicos Poetas recenset etiàm Jo. Marius Crescimbeni, *Histor della Volgar Poesia lib.* 5. *class.* 2. *n.* 101. Sed & Torquatus Tasso unum ex Dialogis suis eidem inscripsit.

Ro-

Rotulus in Memoriali anni 1569. pag. 24.

JULIANUS CAUTINO de Maliano, Ordinis Minorum, Philosophiæ, & Theologiæ professor eximius: Hic virtute suffragante, adversùs Hæreses Animadversor, deindè Minister Provincialis, Piceni tandèm, anno 1590. Ordinis sui Procurator Generalis fuit. Franchini *in Bibliosophiâ pag.* 241. 369., *&* 385.

ALPHEUS PRAMPOLINI Ferrariensis, Simonis Prampolini Jurisconsulti, qui sub Hercule II. Ferrariæ Duce claruerat, ejusdemque à Consiliis extiterat, filius: Is quoquè in Legum studiis mirè profecit, quapropter Juris Civilis Cathedram in Gymnasio nostro obtinere promeruit: Operam etiàm, tàm advocando, quam judicando strenuissimam Foro dedit, ut doctissimum *Consiliorum*, ac *Lecturarum Volumen*, quod vivens edidit, abbundè testatur; Cùm vir esset summæ in negotiis pertractandis dexteritatis, pro Apostolicâ Sede Venetias Orator missus est, ut confinium discrimina componeret. Demùm in Patriâ morte sublatus est, ejusdemque cadaver in D. Francisci Templo tumulatum. Guarini, *Chiese lib.* 4., Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 3. *pag.* 21., & alii.

PIRRUS LIGORIO Neapolitanus: Hunc etiàm hic intèr Lectores Universitatis nostræ recensere liceat, quamvìs fortassè non fuerit: Vixit certè diù Ferrariæ Estensibus Principibus gratissimus, & Ferrariæ decedens, in Ecclesiâ S. Annæ sepultus est: Vir fuit in studiis Philosophiæ, Architecturæ, Delineationis, ac Rerum Antiquarum celeberrimus: Edidit autèm *Roma Antica: De Vehiculis Antiquorum*, ac alia: Multa verò ab eo delineata à Serenissimo Sabaudiæ Duce servari, scriptum reliquit Guarini noster, *Chiese lib.* 4. *fol.* 212. Tumulatus autèm fuit in prædictâ D. Annæ Ecclesiâ die 30. Octobris 1583., ut *ex Libro Libijtinariorum* patet, apùd Notarium Bullettarum.

Rotulus in Memoriali anni 1570. pag. 15.

JOANNES BARONE Lugiensis, Juris Utriusqne Doctor, & celebris in Urbe nostrâ Advocatus, ut scribit Hieronymus Bonoli, *Histor. di Lugo lib.* 3. *cap.* 23.

THOMAS TUOLLA J. U. Doctor.

CORNELIUS MARTINI Ferrariensis, Ordinis Minorum: Hic in Philosophicis, Theologicisque disciplinis maximè claruit, ac ne dùm Ferrariæ publicè docuit, sed Pisis etiàm unà cùm sapientissimo viro Flaminio Nobili, cujus extat Epistola ad Alphunsum II. Ferrariæ Ducem, in quâ *Liber de Felicitate* verâ â Martini conscriptus, eidemque Principi dicatus plurimùm commendatur: Hæc autèm legitur in dicti libri initio, qui MS. asservatur. De Martini laudibus videas Vadingo, *de Scriptor. Ord. Minorum*, *pag.* 95., Franchini, *Bibliosophiæ*, *pag.* 150., & Petrum Ridolphi, *in Historiâ Seraphicâ*, *lib.* 2. *pag.* 267.

PAULUS LEONI Patavinus, intèr Jurisconsultos præclarissimus, Carpi Archipræsbiter, & Alphunsi II. Ferrariæ Ducis à Consiliis integerrimus: Hic primum Salerni docuit, deindè in Ferrariensi Gymnasio, scripsitque *In Leges de Verborum obligationibus erudita Commentaria*, & alia, ut refert Wolfgangus Freymonio, *in Elencho*, *de Scriptoribus Juris Canon.*, *& Civil. pag. m.* 31. 34., *&* 35., & Panciroli, *de claris Legum Interpret. lib.* 2. *c p.* 199. Cùm autèm anno 1577. Ferrariensis Ecclesia, ob mortem Alphunsi Rossetti vacasset, Alphunsi Ducis offitiis, Leonique virtutibus permotus Gregorius XIII. Pontifex, eundem Ferrariæ Episcopum, die 16. Decembris 1579. pronunciavit: Quæ verò, quantaque ab eo sint gesta, undecim, quibus sedit annis refert Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 2. *pag.* 113. Pastorali igitùr munere egregiè functus, 6. Augusti 1590. è vivis sublatus est, & in Ecclesiâ Cathedrali antè Aram majorem, in sepulchro, quod sibi, & Successoribus Episcopis Rossetti prædictus construi curaverat, fuit tumulatus. De hoc Antistite scripserunt, ultrà relatos, Faustini, *Historia di Ferrara libr.* 2., Abbas Ughelli, *Italia Sacra Tom.* 2. *pag.* 599., & alii plures.

Rotulus in Memoriali anni 1571. pag. 10.

1571 JOANNES PAULUS PORTO Ferrariensis, insignis Legum Interpres, causarumque Patrocinator æquissimus: Annis decem & octo in patriâ Universitate professus est, proùt ex sequenti patet Elogio, quod ejusdem sepulchro in Ecclesiâ Divi Ste-

Stephani posito additum est ; refert etiàm Guarini , *Chiese di Ferrara libr. 3.*

D. O. M.

Joanni Paulo Portio J. C. celeberrimo , ac integerrimo , qui jura Pontificia , atquè Cæsarea , octo & decem annorum curriculo , interpretis , & Advocati munere fungens , in Patriâ professus est , cùm magnâ Auditorum , & Clientùm frequentiâ , mæstiss. Mater , & Fratres P. C. Vixit Annos XL. obiit D. V. Februarii A. MDLXXXVIII.

PAULUS PICHIATI Ferrariensis , J. U. Doctor .

HIPPOLITUS BECCARI , aliàs BOSCO Ferrariensis , Excellentissimus in Patriâ Chirurgiæ Lector , cujus ossa in D. Dominici Templo requiescunt : Scripsit *Observationes Anathomicas : De vulneribus Sclopetorum : De vulneribus Capitis : Regimen in Peste* , & alià : Ità Guarini , *Chiese libr. 5.* , Libanori *Ferrara d'Oro part. 3. fol. 182.* , Vander Linden. *de script. Medicis* , & Jo: Jacobus Mangeti , *in Bibliothecâ Medicâ* .

PAULUS LAMBERTO Ferrariensis , Philos. , & Medicinæ Doctor .

JOANNES de DALMATIA Ord. Minorum : Joannes Vochigio de Vegliâ hic creditur , quem anno 1590. Dalmatiæ Provincialem constitutum fuisse scribit Franchini , *in Bibliosophiâ pag. 441.*

JO: FRANCISCUS SERAGLIO Ferrariensis , Philosophiæ , Medicinæ , & in Lyceo nostro , Græcorum Hippocratis Operum Lector insignis : Ferrariæ obiit die 9. Januarii 1595. , & sepultus est in Ecclesiâ S. Dominici , ut patet *ex Libr. Offitii Bullettarum* .

Rotulus in Memoriali anni 1572. pag. 22.

HERCULES PAROLARI Ferrariensis , aliàs PAROLINI , Phil. , & Medicinæ Doctor . 1572

JOANNES EMILIANI Ferrariensis , in Philosophiâ , ac Medicâ arte eximius , multiplicisque eruditionis vir , ut ex eâ appa-

ret, quam edidit *Naturali de Ruminantibus Historiâ*. Vulgavit etiam alio nomine *Tabulas rerum Metheorologicarum*, & *De Insignibus*. Superbi, *Apparato par.* 1. *fol.* 85., & Vander Linden, *de scriptis Medicis*.

ANTONIUS BARESANO de Chio, Græcus. Sub Hercule II. Ferrariæ Duce claruit Sigismundus Barefano, Græcus, ex Chio Insulâ, ab eodem intèr intimos habitus: Hic cùm quinque suprà centum annorum ætatem morborum nesciam transegisset, Ferrariæ obiit, ut ex Epitaphio, quod ei Antonius filius, de quò infrà, in Templo Deiparæ à Rosâ nuncupato erigi curavit.

D. O. M.

Hic oriunda urbis Melfictæ nata, Chioque,
Ducta sub Estensem gens Barisana jacet.
Antonius Barisanus Sigismundo Patri Lapidem hunc erexit. Vixit annos CV., & vix semèl febriculâ laboravit: obiit MDLXXX.

Antonius verò Sigismundi filius, Litteratissimus homo, omnique eruditionis genere excultus, Græcas litteras, diuturno annorum quinquaginta curriculo, in Almo Ferrariensi Lyceo edocuit: Sed & Juris utriusque scientiam calluit, ac in eâ Doctoralibus insigniis decorari promeruit, quapropter ob summam in rebus agendis experientiam Estensibus Principibus charus fuit: Octuagenarius tandèm, Antonio Francisco, & Jo: Baptista Giustiniani sibi in filios adoptatis, migravit à sæculo, ac in eadem, quâ Pater, Ecclesiâ tumulatus est, hoc addito Elogio, cujus quoquè meminit Guarini, *Chiese di Ferrara lib.* 3., à quo hæc mutuati sumus.

Antonio Barisano Chio J. U. Doctori mirâ ingenii amœnitate, multiplicique eruditionis fœcunditate. Alphonso II. Ferrariæ Duci in primis, & aliis Principibus viris acceptissimo, qui cum in hac celeberrimâ Disciplinarum Academiâ Græcas Litteras ad annos L. per honorificè professus esset, nullo in omni vitâ morbo propè tentatus, LXXX. Ann. agens cessit è vitâ XI. Kal. Mart. Anno Domini MDCXI. Antonius Franciscus, & Jo: Baptista Justiniani, adoptione filii mœstiss. P. P.

Ro-

Rotulus in Memoriali anni 1573. pag. 17.

JO: BAPTISTA BOSCHETTI Ferrarienſis, egregius Juriſconſultus, publicus Lycei noſtri Lector: Ex Ferrarienſi Electorum Academiâ unus fuerat, ut patet *ex ejuſdem Juris Utriuſque Theſibus* Guidoni Coccapani, & Thomæ Canano dicatis, Ferrariæque impreſſis: Lucretiæ Eſtenſis Urbini Duciſſæ à Conſiliis fuit; eâ verò defunctâ, Sanctæ Apoſtolicæ Sedi, Ferrariæ potitæ ſedulum præſtitit obſequium, Ariminenſique Urbi Gubernator præfuit: Ibidèm extremum cùm obiiſſet diem, ejuſdem cadaver Ferrariam translatum, in S. Spiritus Templo conditum eſt, ubì in pariete ſequens Elogium cernitur. 1573

D. O. M.

Utrique Thomæ, & Patri, & Filio pergratiſs. Joan. Bapt. Boſchettus J. U. Doctor mœrens extruxit obeunte filio MDIC. IX. Martii, ætat. ann. XXI. Menſe X.

JO: BAPTISTA SUPERBI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor.

JO: FRANCISCUS PISTOFILO Pontremulenſis, Jur. Utr. Doctor.

HIPPOLITUS BRASAVOLA Ferrarienſis, Antonii Muſæ filius, Juris Utriuſque Doctor, & in Univerſitate noſtrâ Lector Extraordinarius. Baruffaldi *Commentario della Famiglia Braſavola, al n.* 10., *e* 11.

ANTONIUS BRASAVOLA Ferrarienſis, Antonii Muſæ ex filio nepos, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor præclarus, ipſe etiàm Gymnaſii noſtri extraordinarius Lector. Baruffaldi, *loco ſuprà citat.*

FULVIUS PAVANO Mutinenſis, J. U. Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1574. pag. 20.

JO: JACOBUS AVVENTO Ferrarienſis, J. U. Doctor. 1574

HIPPOLITUS SERAGLIO Ferrarienſis, celebris Juriſconſultus, amœnioribuſque litteris, Poeſi præſertim addictus: Sequens Muſarum ejuſdem experimentum legitur in fronte Voluminis Conſiliorum præclariſſimi Proſperi Paſetti.

Carmen.

Nomine Proſper eras vivens, tibi proſpera cuncta
Aſtra Tonantis erant, Numina, Fata, Dii.
Ceſſerunt ſemper voto quæcumque cupiſti,
Nàm tibi Virgo potens numine fauſta fuit.
Gaudebat felix multùm ſtudioſa juventus,
Dum Duce te, poterat noſcere laudis iter.
O' Felix ætas, & ter quater uſquè beata,
Eſt data cui ſummo gratia tanta Deo.
Jura tibi multùm debent, Ferraria multùm,
Sed tibi plus Juvenum debet amata cohors;
Dum quæ aderant legum cæcis immerſa tenebris
Reddebas medio ſplendidiora die:
Te, ſurgente die, te, decedente petebant,
Et reus atquè ſtudens, plebsque, patreſque, cliens.
Illic conſiliis, illic ratione docebas,
Quo pauper multas jure pararet opes;
Nota domus cunctis, magè tu notiſſimus Urbi,
Sæpè labor ſomnum, ſæpè fugavit opus.
Poſtera gens felix tua quæ Reſponſa videbit,
Aſt iterùm felix ſi tua ſcripta colet.
Stemmata docta tui prudens quicumque ſequetur,
Aſtrigeri veniet lumina ad alta Poli.
Credimus ac omnes, quòd ſis poſt funera Proſper,
Elyſioſque colas, ſacraque regna Jovis.
Hoc quià poſt tantos ſtudiique, Forique labores,
Non niſi ſyderibus, Proſpere, dignus eras.
Proſpera ſic maneat nobis fortuna, ſimùlque
Auſpice ſuccedant omnia ritè Deo.

TORQUATUS TASSO Surrentinus: Ad ſummam Torquati gloriam hoc unum dixiſſe ſatis putaverimus, celeberrimas Urbes, de eo ſibi jure originis vindicando contendiſſe: Ut verò jus ſuum unicuique tribuamus, cùm Laurentio Craſſo, aliiſque pluribus, Sur-

Surrenti natum esse dicimus, anno 1544. ex Bernardo Tasso, Poeta clarissimo, & Portiâ Rossi Conjugibus Bergomensibus nobilitate conspicuis: Puer adhùc, ut qui acerrimo erat ingenio, Neapoli Grammaticam, Eloquentiam, Poesimque didicit; deindè à Patre Patavium missus, ut Utriusque Juris studio operam daret, ità enìm quassatis Familiæ rebus Bernardus consultum iri arbitrabatur, sed ab his abhorrens Torquati animus, totum se, sùb Sperone Speroni Patavino, Philosophiæ, Mathesi, aliisque scientiis impendit: Parentibus vitâ functis, sui juris factus Bononiam primò, deindè Ferrariam se contulit, ab Estense Cardinali, Litteratorum Mecænate amplissimis muneribus accersitus, totumque ferè apùd Estenses Principes, vitæ curriculum exegit, ità ut non parùm in eo juris Ferrariæ competat, præsertìm quià prætiosiores ingenii sui fœtus intèr nos elaboravit: In celeberrimâ quoquè Universitate nostrâ, ut ex Rotulis constat, Sphæræ, & Euclidis Lector fuit: At in quocumque Poesis genere æternum sibi nomen comparavit; in Epico præsertìm, annos decem & octo natus Poema, cui titulus *Il Rinaldo* conscripsit, annos verò viginti duos, aliud toto orbe celebratissimum, ac verè admirabile, nuncupatum *Gerusalemme Liberata*, de quo hæc tantùm Balsacii verba referre satìs fuerit, nempè *Virgilium in causâ esse, cur Tassus in Epicâ Poesi primas non teneret; Tassum verò, cur Virgilius unicus non esset*. Nec verò hæc tantummodò, sed quæ sequuntur edidit etiàm, Thusco Idiomate conscripta; sunt autèm: *La Gerusalemme conquistata, Poema: Aminta, favola Pastorale: Torismondo, Tragedia: Gli intrichi, Comedia: Le giornate del Mondo creato: Delle Rime, parti sei: Delle Lettere Famigliari, parti due: Trattato del Segretario: I Dialoghi: Del Poema Eroico: Risposta: Orazione nell'Academia di Ferrara: Lezione nell'Academia di Ferrara*. Adversa multa perpessus est Torquatus, quorum nonnullorum ipse sibi auctor fuit; quarè cùm sui parùm compos (quòd in tanto viro deflendum) Romam contendisset, ut ibì promeritâ Vatis coronâ ornaretur, morte interceptus anno 1595. id assequi minimè potuit: Ejus verò cadaver in Ecclesiâ S. Onuphrii Urbis tumulatum est, humilimo hoc Epitaphio, Fratrum dictæ Ecclesiæ sumptibus lapidi sepulchrali inscripto.

D. O. M.

Torquati Tassi Ossa hic jacent. Hoc ne nescius esses, Hospes, Fratres hujus Ecclesiæ posuerunt. Anno MDXCV.

At aliquibus elapsis à Torquati morte annis, Bonifatius Bevilacqua Ferrariensis, Cardinalis amplissimus tanti Viri, quem Concivem arbitrabatur cineres merito absquè Elogio jacere minimè passus, in eadem S. Honuphrii Ecclesiâ marmoreum splendidum, ac elegans monumentum, Poetæ effigie supèrimpositâ, expensis propriis excitavit, cùm Inscriptione hujusmodi.

Hospes, quicumque es, si Musarum hostis non es, adsiste, & lege. Torquati Tassi monumentum hìc vide; nec vide tantùm, sed venerare, & cole: Plura meretur, pietas quàm possit tua. Saltèm quod possis, meritò & libens dato; Eheu! Sic perit Mel illud Charitum, Medulla Musarum, Flos ingeniorum, quid dicam ultra? ultimus Naturæ labos. Bonifatius Cardinalis Bevilacqua Heroi æterno Cippum hunc, utinàm æternum, ex voto D. D. L. M.

Innumeri de Tasso Scriptores sunt; nos verò hæc pauca excerpsimus à Laurentio Crasso, *Elogi delli Uomini Letterat. part.* 1., à Toppi, *Bibliothec. Napolit.*, à Vincentio Gimma, *Italia Letterata par.* 2., ab Antonio Teissier, Gallo, *in Elogiis Eruditorum*, à Papadopoli, *in Histor. Gymn. Patavin. Tom.* 2. *lib.*1. *cap.* 31., & à Joanne Imperiali, *in Museo Historico*: Torquati nostri Imaginem, Imperiali idem hoc Tetrastico decoravit.

Qui Phrygium pietate Ducem, virtute superbum
Eacidem vicit, major utroque senex
Non Audinum illis, magnumque invidit Homerum
Goffredus; Tassi prætulit hisce tubam.

ALMI




ALMI FERRARIENSIS

GYMNASIJ HISTORIA.

PARS SECUNDA.

LIBER TERTIUS.

Rotulus in Memoriali anni 1575.



CLAUDIUS BERTAZZOLI Ferrarienſis, inſignis Juris Interpres, Bartholomei celeberrimi, ejuſdem facultatis viri filius, qui amœniorum quoquè Litterarum cultor fuit: *Additamenta ad Conſilia Criminalia Bartholomei Patris* typis dedit, quæ tantì apùd Doctores ſunt, ut paternis anteferantur, & *Orationes* elegantiſſimas, multiplicique refertas eruditione: Ferrariæ deceſſit anno 1588. ejuſque cineres in Templo Divi Pauli ſervantur: In ejus laudibus ſunt Guarini, *Chieſe*, *lib. 3.*, Libanori, *Ferrara d'Oro part. 3. fol. 76.*, & alii. 1575

HIPPOLITUS SPADAZZONI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Me-

Medicinæ Doctor, & quidèm celebris: Ejusdem MS. opusculum, cui titulus *Brevis expositio in Aphorismos Hippocratis* vidimus in Bibliothecâ Excellentissimi Egidii à Fabrâ.

Rotulus in Memoriali Anni 1577. pag. 10.

1577 DIONISIUS TASSO Ord. Servorum, Philosophus, & Theologus.

Rotulus in Memoriali anni 1578. pag. 22.

FRANCISCUS PATRITIO Senensis, Senensi scilicèt Familiâ
1578 oriundus, sed Clissæ, in Liburniâ natus, Ingeniorum miraculum Philosophorumque acutissimus fuit, qui spretis Antiquorum Systemmatibus, novam sibi, aliisque philosophandi viam aperuit, totisque viribus contendit, ut Aristotelis Philosophiam labefactaret: Ejusdem sententia est, Libros qui Aristotelis esse dicuntur, eidem falso attribui, vèl si ejusdem sint, nihil in eis reperiri, quod ab antiquioribus Philosophis plagio non fuerit ablatum: Patritio autèm, ac Telesio vestigia secuti sunt Petrus Gassendo, Renatus des Cartes, aliique summæ doctrinæ viri, qui à veteri Peripateticorum Scholâ exeuntes, licentiùs philosophari sunt aggressi. Ipse Platonem potiùs secutus est, in his tamèn, quæ sibi sequenda viderentur, nequè enìm in antiquorum verba jurare assueverat, & in Almo Ferrariensi Gymnasio nostro, annorum duodecim curriculo, primus Philosophiam Platonicam docuit, ut ex præsentis anni, & sequentium usquè ad annum 1592. Rotulis liquidò apparet; quapropter miramur, Laurentium Crasso in hujus præclarissimi viri Elogio, illum Romæ, ac Patavii docuisse, scribere, de Ferrariensi verò lecturâ reticuisse, præsertìm cum Auctor ipse Patritio nostrum ab Estensibus Principibus admodùm honorificè habitum fuisse testetur: Sed non tantùm Philosophus fuit, verùm etiàm Orator, Poeta Græcarum Litterarum cultor, virque in omnibus ferè facultatibus absolutissimus, ut ex illis, quæ edidit Operibus, partìm latino, Hetrusco partìm sermone conscriptis innotescit: Latina sunt *Discussionum Peripateticarum, Tomi quatuor: Philosophia: Mercurii Trismegisti Opera: Commentarium Philoponi Metaphisicæ Aristotelis, à Græco in Latinum versum: Latina Carmina*, quæ leguntur in Codice MS. in folio Carminum Variorum Auctorum, apùd D. Marchionem Herculem Bevilaqua: Italica verò

verò *Della Poetica*, *Deca Historiale*: *Della Poetica*, *Deca Disputata*: *Paralelli militari*: *Dialoghi dell' Arte Storica*: *Rettorica*: *Geometria*: *Parere del Patrizi à favore dell'Ariosto*: *Risposta à due Opposizioni del Mazzoni*, *e Diffesa delle cento accuse del Mazzoni*; nàm cùm Jacobo Mazzoni viro doctissimo in rebus poeticis, & cum Theodoro Angeluccio, Medico celeberrimo, Patavii publicè profitenti in rebus Philosophicis, litterarias crebrò simultates exercuit: Acerrimus itèm Poematis nostri Ludovici Ariosto, adversùs Torquati Tasso asseclas defensor fuit. Vertit etiàm è Græco in Latinum *Procli Lycii Diadochi Philosophi Platonici Opera*, eaque typis Dominici Mamarelli Ferrariæ vulgavit anno 1583., ac Antonio Mariæ Parolari, seù Parolini, Medico insigni Ferrariensi dicavit. Tandèm maximâ sibi in terris gloriâ comparatâ, animus ad altiora cominùs intuenda evolavit: Lorenzo Crasso, *Elogii dei Letterati part.* 1., Gimma, *Ital. Letterat. Tom.* 2. *fol.* 595., Papadopoli, *Histor. Gymnas. Patavini*, *Tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 35., & Antonius Teissier, *ad Elogia D. de Thou*, qui tres Franciscos Patrizi, in Litteris floruisse asserit, nostrum scilicèt, aliis longè celebriorem, alium Senensem, cui Opus tribuit *De Republicâ*, *& de Regno*, *& Regis institutione*, tertium in Illirio natum, quem *expositionem Oraculorum Leonis Imperatoris* adornasse scribit; an verò rectè, Lector judicet.

JULIUS PRUNIANO Ferrariensis, Ordin. Minorum: Hic quoquè in Lyceo Ferrariensi Libros Platonis de Republicâ est interpretatus: Fuit autèm insignis Philosophus, variaque eum reliquisse Opuscula MSS. tradit Augustinus Superbi; Sunt autèm *In Universalia Porfirii*: *In Posteriora Aristotelis*: *Lectura supèr Philosophiam*: *Supèr Ecclesiastem*: *Supèr formalitates Scoti*: *Supèr Symbolum*: *Liber materiarum diversarum*, & *Homeliæ diversæ*, sermone Italico. Videas etiàm Vadingo, *pag.* 233., & Franchin. *pag.* 368.

MARCUS ANTONIUS RICCI Ferrariensis, Medicus, ut in Memoriali præsentis anni, pag. 22.

HIPPOLITUS de LUCCA, Ordinis Servorum, Philosophus, ac Theologus, in Academiâ nostrâ Lector, ut in dicto Memoriali, pag. 16.

Ro-

Rotulus in Memoriali anni 1579. pag. 16.

OCTAVIANUS SALVIONI de Scandiano, Phil., & Med.
1579 Doctor: Hic Ferrariæ obiit anno 1592., & die 26. Aprilis sepultus est in Ecclesiâ Sancti Nicolai, ut constat *ex Libro Offitii Bullettarum*.

CÆSAR CREMONINI Centensis, Ferrariensis Ducatus: Centi Castrum, in quo natus est præclarissimus Philosophus Cremonini Mutinensi Ditioni minùs verè asserit Laurentius Crasso, *in Cremonini ejusdem Elogio*, cùm certùm sit, illud ad Ducatum Ferrariensem pertinere. Cæsar verò humanis Litteris primò excultus, Ferrariæ apùd Estenses Principes, ubì cùm Joanne Baptistâ Pigna, Torquato Tasso, ac Francisco Patritio consuetudinem habuit, Legum Studio incubuit, brevìque Doctorali Laureâ decoratus est: Sed cùm potiùs Philosophiæ amore flagraret, Bartolo, Baldoque relictis, eidem se totum mancipavit; cùmque acutissimo esset ingenio, profecit adeò, ut Philosophorum suâ ætate maximus haberetur, omnibus unà conclamantibus, *Cremonini Aristotelis Genium esse*, *Lucernamque Græcorum Interpretum*: At licentèr nimìs ingenio usum esse fateri opus est, nonnulla enìm, quæ Catholicum Philosophum dedecent, docuit, atquè defendit, piaculùm in viro tanto deplorandum! Patavii legit, ubì doctissimum Franciscum Picolomini concurrentem nactus est, ac in Almâ Academiâ nostrâ, ab hoc anno 1579., usquè ad 1590., *ut ex Rotulis apparet*: Decessit autèm Patavii anno 1631. octuagenarius, peste correptus, D. Justinæ Monacis hæredibus testamento institutis, à quibus in eorum Ecclesiâ sepultus est. Imperitorum commentum est, impium hoc sepulchrali Cremonini saxo Epitaphium, ejus jussu fuisse insculptum: *Hic jacet totus Cremoninus*, nullo enìm argumento probari potest, inscriptionem hujusmodi umquàm fuisse, vel positam, vel ab eo vivente adhùc demandatam; immò præclarissimum piissimumque resipiscentiæ ejusdem documentum habemus, in prædicto testamento, manù Cremonini ipsius exarato, recepto per Paulum Alpini, Patavii Notarium, die 16. Julii 1631. ejus emortualis, cujus prohæmium, finem, subscriptionemque præcisis verbis hìc dare decrevimus, ut tanti Viri famæ consulamus: Hoc verò documentum Cl. V. Hieronymus Baruffaldi nobis communicavit: Sìc incipit Testamentum.

Anno

Anno &c. Manete in eâ vocatione, in quâ estis. Paul. Apost. Ad Philosophiam sum vocatus; in eâ totus fui : Si aliquid philosophando peccavi, memento, me esse hominem, cui innatum est peccare, te verò esse Deum, cui proprium est, misereri sempèr, & parcere. In tuo igitùr Sanctissimo Nomine hanc mihi constituo ultimam voluntatem &c.

Postquàm verò de omnibus rebus suis disposuit, ità Testamentum absolvit.

E così stabilisco, In Nomine Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis.

Ego Cæsar Cremoninus Philosophus primæ Sedis.

Cremonini Opera hæc sunt: *De Cœlo: De Sensibus: De calido innato: De Semine: De Animâ: Dialectica*, opus posthumum: *Poesie Liriche: Il nascimento di Venezia, Poema Drammatico: Le Pompe Funebri, Favola Pastorale: Le Nubi, Commedia*, & alia: Auctoris ejusdem vidimus etiàm *Lecturas MSS. supèr Libros Aristotelis de Animâ* apùd Excellentissimum Egidium à Fabrâ. De Cremonini scripserunt P. Joan: Baptista Riccioli Ferrariensis, Societatis Jesu, *in Chronologiâ Tom. 4. fol. 20.*, Papadopoli, *in Historiâ Gymnasii Patavini, Tom. 1: libr. 3. sect. 2. cap. 28.*, Joannes Imperiali *in Museo*, Crasso, *Elogii part. 2.*, Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 75.*, Crescimbeni, *Volgar Poesia, volum. 4. libr. 2. centur. 4. num. 95.*, Angelus Portenari, *Felicità di Padova, libr. 7. cap. 4.*, ac alii, quos intèr Vander Linden, *de Scriptis Medicis*, qui ultrà superiùs relata opera, Cæsarem etiàm edidisse scribit *Apologiam dictorum Aristotelis, de origine, & principatu membrorum adversùs Galenum*. Sed pro coronide, Jacobi Gaddi Epigramma in Cremonini laudem, hìc transcribimus ab ejus Elogio apùd Jo: Imperiali suprà citat. Est autèm hujusmodi.

Salve, ò Tu Sophiæ Magister, ævi
Nostri Aristoteles, stup rque Mundi,
Præstans eloquii nitore puri,
Phœbo, ac Mercurio caput sacratum;
Quâ te laude feram, haùd scio, quid ergo?
Cùm nescire reor, probè scio tùnc.

ALE-

ALEXANDER SAVANUZZI Ferrarienſis, Phil., & Med. Doctor: Ferrariæ deceſſit die 5. Junii 1593., & ſepultus eſt in Eccleſiâ S. Mariæ in Vado, ut patet *ex Libr. Offitii Bullettarum*.

ANTONIUS MARIA BRASAVOLA Ferrarienſis, Philoſ., & Med. Doctor inſignis, nec non Orator ſuâ ætate intèr egregios habitus: Edidit Orationem *De immenſis Dei ergà genus Humanum beneficiis*, aliaque reliquit inedita, ut refert Baruffaldi, *Commentar. della Caſa Braſavola*, §. 39.

JULIUS ORICALCO Ferrarienſis, intèr Philoſophos, Medicoſque, qui ſuâ claruerunt ætate, tàm docendo, quàm curando præclariſſimus: Edidit *Tractatum de Febre Typhode*, ut refert Vander Linden *de Scriptis Medicis*, & id ultrà Libros: *De Similiorum Corporum Naturâ*: *De Sarmaticâ lue*: *Apologiam*, & *Hiſtorias nonnullas*, ut videre eſt apùd Libanori, *Ferrara d'Oro part. 3. fol.* 173. & Superbi *fol.* 80. His Julii noſtri Operibus addendus etiàm *Tractatus de Venenis*, quem apùd ſe D. Egidius à Fabrâ MS. ſervat. In Patriâ obiit Recalchi, anno 1645., ejuſque corpus in Eccleſiâ Monialium D. Gulielmi tumulatum eſt: Sed in Templo PP. Societatis Jeſu ſolemne extincto funus celebratum eſt, ejuſque de laudibus elegantiſſimam orationem habuit P. Franciſcus Seraphini, Societatis prædictæ Clericus, ut in primâ Hiſtoriæ parte diximus.

Rotulus in Memoriali anni 1581.

PAULUS CONTUGO Ferrarienſis, Juris Conſultus optimus,
1581 tantæque in Foro auctoritatis, ut Romana Rota in Deciſione 419. coràm Merlino, *Eximium, & magni nominis Juriſconſultum appellet*: Plura doctiſſimè in Jure ſcripſit, ac moriens hæredibus reliquit, quæ ſi in lucem prodiiſſent, Contughi fama nihìl Juriſconſultis celebrioribus cederet, eorum multos ſuperaret: Pluribus annis, in Almâ hac Univerſitate, Jura, maximâ cum laude interpretatus eſt, quin immò ejuſdem meritiſſimus Reformator fuit, ut *ex Rotulo anni* 1609., *ac ſeqq.*, apparet. Amœnioribus etiàm Litteris, Poeſi præſertìm operam dedit, *in funere Julii Cardinalis Canano Ferrarienſis Orationem* habuit, & quod æternum eidem Civitas noſtra acceptum habeat, unus ex præcipuis publicæ Intrepidorum Academiæ Inſtitutoribus fuit. Ejus autèm corpus Ferrariæ in

in Templo D. Dominici antiquo servabatur: Hæc omnia habemus apùd Guarini, *Chiese lib. 3.*, Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. pag. 223.*, Faustini, Superbi, & alios.

FRANCISCUS TORBIDO Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor.

ALEXANDER GALVANO Ferrariensis, Jurisconsultus celeberrimus, humanisque etiàm litteris probè excultus, quibus Jurisprudentiam, rudem anteà, ac barbarè loquentem, ornavit: Docuit primò Ferrariæ, ubì etiàm Olympicorum Academiæ Principatum gesserat; famâ deindè magìs invalescente, ad docendum in Patavinâ Universitate, magno proposito stipendio conductus est, quo in munere usquè ad annum 1616., ejus postremum perduravit: Edidit verò *Tractatus in Jure doctissimos*, præcipuè: *Interpretationis Librum ad Legem Gallus, ff. de lib., & posthum. Orationes*, & aliâ: Patavii sexagennarius decessit, ac sepultus est in Templo S. S. Simonis, & Judæ Theatinorum, hujusmodi cùm Epitaphio.

Alexandro Galvano Ferrariensi J. C, qui cùm annos XL. in Ferrariensi, & Patavinâ Academiâ Jus Civile proffessus esset, ac primus omnium Eruditorum Transalpinorum Jurisprudentiam in Italiam intulisset, obiit Patavii IV. Idus Novembris, anno Christi MDCXVI., ætatis suæ LX. Marcus Aurelius Galvanus J. C. Patri, ac Præceptori B. M.

Ità Papadopoli, *Historia Gymnasii Patavini, Tom. 1. sect. 1. cap. 28.*

Rotulus in Memoriali anni 1582. pag. 18.

JO: BAPTISTA GILLINI Ferrariensis, Rhetoricæ, & Poesis Lector. 1582

PETRUS MAZZOLANO Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor: Floret ætate nostrâ JULIUS MAZZOLANO Ferrariæ Causidicus, vir scientiis, amœnioribusque litteris ornatus: In Poesi Hetruscâ se præsertìm felicitèr exercet.

GAS-

GASPAR ORLANDINO Ferrarienſis, Philoſ., & Medic. Doctor.

HIERONYMUS MAJOLINO BISACCIONI, Æſinus, in celeberrimâ Univerſitate noſtrâ Rhetoricæ, ac Poeticæ Lector inſignis: Ferrariæ autèm dùm, legendi causâ, moram traheret, ex Luciâ Trotti nobili Æſinâ uxore Majolinum Biſaccioni filium ſuſcepit, cujus Elogium, operaque ab eo edita habemus in Libro, cui titulus *Le glorie degli Uomini Illuſtri della Academia degli Incogniti di Venezia*, *fol.* 321.

BLASIUS BERNARDI Forolivienſis, Philoſophus, Medicus, Orator, & variæ eruditionis vir: Hic Ferrariæ Medicinam publicè docuit, ibidèmque anno 1582. *Commentaria doctiſſima* edidit *De Memoriâ naturali*, & *artificioſâ*, & *in Quintiliani* 2. *Caput*, *ex Libr.* 21. *de Oratoris Inſtitutione*. Marcheſi, *in Vitis Virorum illuſtr. Forolivienſium*, *lib.* 2. *cap.* 3.

HIERONYMUS BERTOLELLO Bononienſis: Utriuſque Univerſitatis Scholarium Ferrariæ Gymnaſiarca, ſeù Rector hic appellatur ab Alexandro Galvano, *in ſuâ Gymnaſticâ Monomachiâ*, *ſeù J. U. Theſibus*, Cardinali Franciſco Alciati inſcriptis, Ferrariæque editis per Victorium Baldini, quæ ſunt apùd D. Baruffaldi: Hæc circà tempora Hieronymum Rectoratus munere functum fuiſſe credimus, in Rotulis enìm annus, quo præfuit minimè deſignatur.

Rotulus in Memoriali anni 1583. pag. 25.

1583 BENEDICTUS BISELLO J. U. Doctor.

JO: BAPTISTA ACQUISTAPACE Vincentinus, Philoſ., & Medicus.

ALPHUNSUS BOSCO Ferrarienſis, Phil., & Medicus.

Rotulus in Memoriali anni 1584.

FRANCISCUS SILVESTRI Ferrarienſis, Juris Utriuſque
1584 Doctor.

JO:

JO. MARIA CRISPI Ferrarienſis, Generis nobilitate, Legumque peritiâ memorabilis, qui Alphunſi II. Ferrariæ Ducis à Conſiliis fuit; Almæque Univerſitatis noſtræ Reformator, ut *ex Rotulo præſentis anni*; In Templo Jeſu, ac in Sacello Annunciationis Deiparæ Criſpi ſepulchrum viſitur, hujuſmodi cum Inſcriptione.

D. O. M.

Jo: Mariæ Criſpi J. U. Doctor., & Conſiliarii Ser. Alphunſi II. Ducis, ſuorumque filiorum, die VII. Decembris MDXCV.

Guarini, *Chieſe di Ferrara lib.* 4. Ex nobili hac Familiâ florent hodiè inter nos Co: Euſtachius Criſpi, eruditus Eques, qui diù prò Patriâ Oratoris Ordinarii munere Romæ cumulatiſſimè functus eſt, & Comes Franciſcus ejuſdem filius Rerum Mathematicarum ſtudioſiſſimus, nèc non Poeſis Italicæ, quò in genere Tragediam, cui titulus *Eudoſſia* elucubravit, ediditque.

CAMILLUS COCCAPANI Carpenſis, vir in Græco, Latinoque ſermone peritiſſimus, qui annis triginta in Lyceo noſtro Eloquentiæ, ac Poeſis Lector fuit, ut ex ſequenti patet Elogio, eidem Ferrariæ, in Eccleſiâ D. Mariæ à Roſâ, ubi ejus corpus tumulatum eſt, poſito: Refertur etiàm à Guarini, *Chieſe lib.* 3. & à Gulielmo Maggi, *Memor. Hiſtoriche di Carpi lib.* 4.

D. O. M.

Camillus Coccapanius Græcarum litterarum, atque Latinarum peritiſſimus hic jacet, qui cùm per XXX. annos publico munere, publicis in Gymnaſiis perfunctus, in Gymnaſio Ferrarienſi, in primo gradu profiteretur, mortuus eſt MDXCI. Men. Junii Ann. agens LVI.

Oſſa jacent terris, Animam ſed ſervat Olympus,
Nomen in Europæ penè peragrat ovans.

Rotulus in Memoriali anni 1585. pag. 36.

JACOBUS MARIA SILVESTRI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor. 1585

PAULUS ARCOATI J. U. Doctor.

THOMAS GIANNINI Ferrarienſis, Medicus, Philoſophus,

ac Orator excellentissimus, in Latinâ, Græca, Hebraicâ, Caldaicâ, & Arabicâ linguis versatissimus; his verò omnibus operam dedit, ut Auctorum extraneorum opera non translata, sed ipso in fonte cognosceret: Cùm itaquè, in Philosophiâ præsertìm, grande sibi nomen comparasset, ab Academiis Bononiense, Patavinâ, Perusinâ, aliisque certatìm fuit ad legendum requisitus; at ille, in Patrio Ferrariensi Lyceo potiùs docere maluit, quo in munere non minùs, quàm annos quinquaginta quinque, maximâ Auditorum utilitate insumpsit. Fertur Fortunium Liceti Lectorem in Patavinâ Universitate celeberrimum, Giannini scientiam, ex ejusdem Libris admìratum, Ferrariam, dissimulato nomine advenisse, ut eùm publicè docentem audiret, eoque famâ majorem reperto, se illi agnoscendum præstitisse, sanctissimumque cum viro tanto amicitiæ fœdus iniisse: Multa Thomas edidit, scilicèt *De Providentiâ ad sententiam Platonis: De humanæ mentis statu post hominis obitum: De lumine, & speciebus spiritualibus: De mente effectrice, & speciebus intelligibilibus*: De *Demonibus, & mentibus à materiâ separatis: De Cœli substantiâ, & Stellarum efficientiâ: De iis quæ primùm in scientiâ de naturâ considerantur: De Ideis, Fortunâ, Contingentiâ, Fato, Æternitate, ac Ævo: De Universo, & Partibus Universi*: Alia etiàm inedita reliquit: Summa hæc quoquè Giannini laus est, quòd eidem adhùc in vivis agenti Philosophiæ, Artiumque studiosi monumentum hoc unanimi consensione, in Scholis publicis lapidi insculptum erexerint: Illud refert Antonius Libanori, *Ferrara d'Oro part.* 3. *fol.* 141.

Thomæ Gianninio Ferrariensi Philosophiæ Doctori celeberrimo, vitæ integritate, ac morum comitate conspicuo; In hac Sapientiæ Academiâ Principi; & cùm publicis, tùm privatis offitiis de omnibus optimè meritò post XXX. annorum decursa spatia, quibus Naturæ totius arcana felicissimè interpretatus est. Scientiarum, & Medicinæ Studiosi, summâ Universitatis consensione, hoc qualecumque grati animi Monumentum Superstiti erexere, Anno Dom. MDCXIII., ætatis verò illius LIV.

Annorum tandèm, ac laborum oppressus pondere Ferrariæ obiit anno 1638., ejusque cadaver, solemnibus, ut par erat, funeribus parentatum, ac à Co: Francisco Berni Ferrariense è suggestu laudatum, in D Mariæ à Vado Ecclesiâ humi mandatum est, cùm hoc Epitaphio.

Tho-

Thomam Gianninum 1638. X. Kal. Jun. funeratum, & Lucam natum ejus ambos Phil., & Med. Exc. hanc in ædem adegit Junip. Castrina Lucæ Uxor. An. MDCXLI.

De Thomâ nostro scripserunt Guarini, *Chiese lib. 2., & 5.*, Borsetti, *Supplemento al detto Guarini pag. 241.*, Superbi, *Apparato pag. 87.*, Libanori, *Ferrara d'Oro part. 3. pag. 240.*, Vander Linden, *de Scrip. Medic.*, Erythreus, *in Pinacothecâ*, *pag. 182.*, & Marchesi, in *Monumentis Virorum illustrium Galliæ Togatæ lib. 2. cap. 3.*, cui tamen assentiri minimè possumus in eo, quòd asserat Giannini nostrum in Academiis Bononiensi, Patavinâ, & Pisanâ legisse, cùm ex Nostratibus, qui in hoc majorem promerentur fidem appareat, ipsum in Patriâ tantummodò docuisse.

HANNIBAL POCATERRA Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor insignis, ac in amœnioribus litteris, Poësi præsertim egregiè versatus, & ab immortali Torquato Tasso, *in Dialogo*, quem *de Ludo* inscripsit, laudatus: Pulcherrimum Italico sermone Dialogum *De Erubescentiâ* Hannibal, & *Carmina Italica* scripsit, ediditque: Sed & *Lecturas MSS. de Animâ*, quæ apùd Excellentissimum Egidium à Fabrâ sunt, reliquit, dùmque alia ab ipso sperabantur, mors invida ætate florentem intercepit: Ejus corpus Ferrariæ in Ecclesiâ Cathedrali requiescere refert Guarini, *Chiese lib. 1.* De ipso etiàm Superbi, *fol. 85.*, Libanori, *Ferrara d'Oro part. 3. fol. 36.*, & Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia, volum. 4. libr. 2. centur. 5. num. 39.*

Rotulus in Memoriali anni 1586. pag. 42.

JO: JACOBUS ORGIAZZO Gallus, Legum Doctor, & Rhetoricæ, & Poetarum in florentissimâ Universitate nostrâ Lector insignis. Hunc, in funere Aloysii Estensis Cardinalis amplissimi, qui Romæ obierat anno 1587., elegantissimam, Ferrariæ *Orationem* habuisse, scribit Augustinus Faustini, *Historia di Ferrara libr. 2.*, & hanc Ferrariæ impressam anno 1587., typis Julii Cæsaris Cagnacini, & fratrum, apùd nos habemus. 1586

ALEXANDER FIORNOVELLI Ferrariensis, Philosophus,

O 2 & Me-

& Medicus insignis, ac in Almâ Universitate nostrâ Naturalis Philosophiæ Lector.

HIPPOLITUS MASSARINUS Lucensis, Ordinis Servorum, Philosophus, ac Theologus præclari nominis, quem in Studio nostro publicum Sacræ Theologiæ Lectorem fuisse tradit Scarpari citandus infrà; nos in Rotulis non habemus, credimus tamèn, circà hæc tempora apùd nos docuisse; Lucretiæ Estensis, Urbini Ducissæ Confessarius fuit, deindè verò à Clemente VIII. Polusii Episcopus constitutus, & Romanæ ab eodem Pontifice celebri de Auxiliis Congregationi adscriptus: ità Hieronymus Scarpari Ferrariensis, ejusdem Ordinis vir, *in sua Prælectione ad Studia Sacræ Theologiæ*, impress. Ferrariæ anno 1639. apud Franciscum Suzzi, quam vidimus apùd D. Hieronymum Baruffaldi.

Rotulus in Memoriali Anni 1587. pag. 55.

1587 LAURENTIUS ROMAGNESE Ferrariensis J. U. Doctor: Obiit die 9. Decembris anno 1588., & sepultus est in Ecclesiâ S. Stephani, ut *ex Libr. Offitii Bullettarum*.

THOLOMEUS THOLOMEI Ferrariensis, Carmelita, Philosophus, Theologusque, quem intèr Ordinis ejusdem Ferrarienses præclarissimos viros enumerat Guarini, *Chiese lib. 3.*

BERNARDINUS SCHIATTI Ferrariensis, Philosophus, ac Medicus, qui Ferrariæ obiit die 28. Maij 1598., & sepultus est in Ecclesiâ Corporis Christi, ut constat ex *Libr. Offitii Bullettarum*.

Rotulus in Memoriali anni 1588. pag. 54.

1588 CÆSAR SAMIO Græcus, Phil., & Medicus.

FRANCISCUS dal VESCOVO Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor.

HIPPOLITUS MARESTA Ferrariensis, Philosophus, & Medicus.

LEO-

LEONARDUS SALVIATI Florentinus, in celeberrimâ Universitate nostrâ Moralium Aristotelis Lector: Quantùm autèm nobilissimo ejusdem Generi Leonardus virtute propriâ decus addiderit, eruditorum neminem latère arbitramur: Is Philosophiæ, Historiæ, Poesis, Linguarum, omniumque ferè disciplinarum Thesaurus dici potuit, morum itèm probitate, àc suavitate laudatissimus: Maximè verò de Hetruscâ linguâ est promeritus ejusdem namque operâ, in pluribus, germanæ puritati fuit restituta, quaproptèr insignissimæ Academiæ *Della Crusca* nuncupatæ Consulatum obtinuit: Desiit verò intèr vivos agere anno 1589. mense Septembris. Multa Leonardus doctissima, ac elegantissima conscripsit opera; edita hæc sunt *Volume primo, e secondo degli Avvertimenti della Lingua sopra il Decamerone*: *Granchio, e Spina Comedie*: *Dialogo dell'Amicizia*: *Orazioni diverse*: *Lettere stampate in diversi Auttori*: *Risposta alla Apologia del Tasso dell'Infarinato primo*: *Altra simile dell'Infarinato secondo*: *Decamerone di Gio: Boccacio corretto*: *Discorso sopra le prime parole di Tacito, circa la Libertà di Roma*; inedita verò, sed religiosè, ut decet, asservata, sunt *Canzone in Lode del Pino*: *Rime*: *Quattro Dialoghi dell'Amicizia*: *Discorsi sopra ciascun Libro di Cornelio Tacito*: *Precetti di scrivere la Storia*: *Compendii dell'Ethica, e delle Meteore*: *Discorsi sopra i Paradossi*: *Terzo Volume degli Avvertimenti della Lingua, sopra il Decamerone*, & alia. Plura de Salviati habebis in Libro, cui titulus. *Notizie litterar., ed Historic. dell'Academia Fiorentina, part. 1. ad annum* 1564.

Rotulus in Memoriali anni 1589. pag. 34.

BERNARDINUS PERCIVAGLIO Ravennas, J. U. Doctor 1589
celebris, ac Italicus Poeta: Quæ edidit sunt *Ersilla, Favola Pastorale, in versi sdruccioli*, & *un Volume di Rime*. Ità Joannes Marius Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia, volum.* 4. *libr.* 2. *centur.* 5. *num.* 22., qui tamèn Percivaglio Ferrariensem minùs verè appellat. Extat etiàm ejusdem *latina Oratio*, Alexandro Cardinali Estensi dicata, & Ferrariæ impress. per Victorium Baldini.

JULIUS CÆSAR FUCCIO Ferrariensis, J. U. Doctor, Ferrariæ obiit anno 1591., & die 16. Junii sepultus est in Ecclesiâ B. Virginis Domus Albæ, ut constat *ex Libr. Offitii Bullettarum*.

SIMON PAPACCINO, Carpensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

JULIUS CÆSAR COSTABILI Ferrariensis, Philosophiæ, & Med. Doctor.

JO: BAPTISTA ZURLATO Ferrariensis, Philos., & Med. Doctor, & quidèm celebris, elegansque latinus Orator: Ejusdem extat nobilis *Oratio, babita in Lyceo nostro, prò Studiorum incboatione anno* 1587., quo tempore Paradisi Ædes, ubì Scholæ sunt, fuit ad earum usum ære publico comparata, & Ferrariæ typis Victorii Baldini anno eodem prodiit, eamquè vidimus apùd D. Egidium à Fabrâ, quem penès sunt etiàm *Declamationes, Lectiones*, & *Orationes Auctoris ejusdem, Lecturæ in Libros Analiticorum*, & alia multa, omnia MSS. Fuit autèm Zurlato Antonii Mariæ Parolari discipulus.

HIPPOLITUS ROITO Ferrariensis, Philosophiæ, & Med. Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1590. pag. 31.

STEPHANUS LOTTI Ravennas, celebris Utriusque Juris
1590 Doctor, quem in Poesi etiàm excelluisse scribit Rossi, *in fine libri 7. Historiæ Ravennatensis*: Ab Urbe nostrâ Ravennam revocatus, in Metropoliticâ Ecclesiâ Præpositi dignitatem obtinuit, ac tandem anno 1604. decessit.

ALPHUNSUS SASSO Mutinensis, J. U. Doctor.

CÆSAR CONOSCIUTI Ferrariensis, J. U. Doctor.

SOLIMANUS OTTOMANO J. U. Doctor.

JO: FRANCISCUS LEONI Patavinus, Philosophus, ac Medicus clarus admodùm, quem juvenem adhùc, ac magnâ de se spondentem repentinus tegulæ casus, summo omnium mœrore interemit: Ejus corpus, teste Guarini, *Chiese lib.* 5., Ferrariæ, in Templo D. Mariæ à Vado tumulo mandatum.

CE-

CELSUS MANCINIO Ravennas, Canonicus Regularis, Nobili ortus Familiâ, Theologus, Philosophus, Orator, ac Poeta suâ ætate insignis, qui postquàm, ab Alphunso II. Ferrariæ Duce requisitus, in Universitate nostrâ Moralem Philosophiam docuit, Alexani in Apuliâ Episcopus constitutus est: Multa scripsit, ediditque, scilicèt *De cognitione hominis, quæ naturali lumine haberi potest*: *De somniis, ac Synesi per somnia*: *De risu, ac ridiculis*: *De Synaugiâ Platonicâ*: *De Juribus Principatuum Libros IX. Libros tres ad Pontificiam dignitatem spectantes*: *Commentarium in XII. Metaphysicæ*, & Italico idiomate *Il Padrino Cristiano*: De Mancinio scripsere Ughelli, *in Italiâ Sacrâ, de Episcopis Alexani num.* 33. M. Georgius Draudio, *in Bibliothecâ Classicâ*, Tommai, *in Histor. Ravennæ part.* 4. *cap.* 1., Possevini, *in apparat. sacr.*, & alii plures, quos hìc brevitatis gratiâ ommittimus.

Rotulus in Memoriali anni 1592. pag. 35.

GEORGIUS AMBROSONI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor, & quidèm insignis, qui in Almâ Universitate nostrâ 1592
Jus utrumque ad annos triginta docuit, quorum multos in Cathedrâ primariâ egregiè transegit: Obiit anno 1617., ac in Templo D. Dominici Ferrariæ sepultus est, sequenti cùm Epitaphio.

D. O. M.

Georgio Ambrosionio J. U. Doctori Præstantiss. Com., & Equ. Palat., Pietate, atque Innocentiâ morum illustri, qui cùm in Patrio Gymnasio Utrumque Jus triginta annos, horumque plurimos è primâ Cathedrâ, summâ cùm laude professus esset, max. sui desiderio, cessit è vitâ IV. Kal. Majas A. D. CIↃIↃCXVII. Æt. V. S. LIX.

Camilla Chiarella Mœstiss. Conjugi B. M. Sibique, & Poster. suis Tumulum hunc F. C.

PEREGRINUS MANUCIANO, de Castronovo Carfinianæ, Juris Utriusque Doctor: Extat viri hujus *Oratio de Laudibus Jurisprudentiæ*, habita in Lyceo nostro, in auspiciis Lectionum suarum: Fuit autèm hoc eodem anno 1592. Ferrariæ impressa, apùd Victorium Baldini. Alia fortasè edidit.

ORPHEUS MAGNO Ferrariensis, J. U. Doctor.

FERDINANDUS PASI Ferrarienfis, Juris Utriusque Doctor.

GALEATIUS LANDRINI Ferrarienfis: Hic optimi vir ingenii, ac in multiplici fcientiarum genere peritiffimus Juris Utriufque ftudia fectatus eft primò, brevìque in eis Doctoralem Lauream affecutus; fed cùm ejufdem animus à Forenfi contentione abhorreret, ad Philofophiæ fcientiam fe convertit: In eâ igitùr cùm maximè profeciffet, ità ut intèr Philofophos fapientiffimus haberetur, in Patriâ Univerfitate Philofophiæ naturalis Cathedra illi collata: Huic autèm muneri egregiæ fatisfecit, tanto audientium concurfu, ut frequentèr iifdem recipiendis par Gymnafium minimè foret: Edidit *Problemmata ad Sanitatem, & ægritudinem, vitæ brevitatem, ac longitudinem fpectantia*, ut refert Vander Linden *de Scriptis Medicis*, & Italico fermone, Tractatum *Della Nobiltà*, & Orationes, præfertìm *Delle influenze celesti: Dell' opinione: Della Virtù formativa, & dell' Offizio dell' Intrepido Virtuofo*, ab ipfo, in Intrepidorum Academiâ recitatas: Scripfit etiàm *Volumen ampliffimum*, in quo Libanori, *Ferrara d' Oro part. 3. fol.* 108., hæc contineri fcribit, videlicèt *De mixtione Aquæ, & Vini: Quæftiones Peripateticas: De fubiecto Philofophiæ: De primo cognito: De immortalitate Animæ: De Intellectu agente: De Univerfalibus*, & opus *Della Nobiltà*, italicè confcriptum.

Rotulus in Memoriali anni 1593. pag. 25.

1593 HERCULES LEONI Ferrarienfis, Philof., & Med. Doctor celebris, qui anno 1633. 9. Octobris, rogitu Pauli Corradi Teftamentum condidit, Doctoribus Ferrarienfibus favorabile, ut in primâ Hiftoriæ parte fcripfimus, ad annum prædictum 1633.

VIRGINIUS à SOLE Ferrarienfis, Carmelita, Philofophus, ac Theologus, quem intèr infigniores Carmelitas Ferrarienfes recenfet Guarini, *Chiefe lib.* 3.

CAMILLUS SACCHI Ferrarienfis, Philofophus, & Medicus.

FRAN-

FRANCISCUS TERZI Ferrarienſis, Ordinis Minorum, Philoſophus, ac Theologus.

Rotulus in Memoriali anni 1594. pag. 39.

ANDREAS SILVESTRI Ferrarienſis, Legum Doctor peritiſſimus, quorum plures alios, ut vidimus, Nobile ejuſdem ge- 1594
nus enumerat; *Conſilia*, *Lecturaſque in Jure* doctiſſimas ſcripſit, ut teſtatum reliquit Guarini, *Chieſe lib.* 4., qui etiàm ejus corpus, Ferrariæ, in Divi Franciſci Templo apùd majores ſuos tumulatum eſſe ſcribit.

HIERONYMUS RUBERTI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor.

THOMAS de FIORE, J. U. Doctor.

JOANNES BAPTISTA ZANNI, Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctor.

BARTHOLOMEUS MANCINI Ariminenſis, Philoſophus, & Medicus.

BASILIUS MEDINA Hiſpanus, Monachus Ciſtercienſis.

HIPPOLITUS OBIZZI Ferrarienſis, Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctor egregius, qui primò in Lyceo noſtro docuit, deindè artis ſuæ exercendæ gratiâ Bellunum accitus, ibidèm Familiam propagavit. Edidit autèm *Commentaria in duos primos Hippocratis Aphoriſmos: Conſilia Medica: Dialogum tripartitum De Nobilitate Medici: Staticomaſticem, ſivè Staticæ Medice Demolitionem*, &: *Jatroſtronomicon*, *varios tractatus Medicos complectens*, quæ omnia enumerat Vander Linden *de Scriptis Medicis*, *lib.* 1. De hoc etiàm Libanori, *part.* 3. *pag.* 183., & Mangeti, *in Bibliothecâ Medica*.

Ro-

Rotulus in Memoriali anni 1596. pag. 53.

1596 JULIUS CÆSAR VERZAJA Cesenas, Juris Utriusque Doctor.

NICOLAUS RUINETTI Juris Utr. Doctor.

BARTHOLOMEUS FERAZZO Ferrariensis, Juris Utr. Doctor.

DOMINICUS BERTACHI, de Camporegiano, Alphunsi II. Ferrariæ Ducis Medicus excellentissimus: Edidit *de Spiritibus Libros quatuor*, & *de Facultate vitali Libros tres*. Vander Linden, *de Scriptis Medicis*. Obiit Ferrariæ anno 1596., die 23. Septembris, & sepultus est in Ecclesiâ S. Agnetis, ut *ex Libr. Offitii Bullettarum* constat.

LAURENTIUS CONTULO Ferrariensis, Ord. Minorum, Philos., ac Theologus.

HERCULES FERRARI Ferrariensis, Philosophus, ac Medicus.

OCTAVIANUS ALBERTI Germanus, Philosophus, ac Medicus.

OCTAVIUS MAGNANINI Ferrariensis, Legum Doctor; Philosophus, ac vir in dicendo, tàm solutâ oratione, quàm carmine latino, italicoque absolutissimus, qui in Almo Lyceo nostro Philosophiam docuit, ut *ex Rotulis* patet. Illustrissimæ Civitatis Ferrariæ, annorum triginta spatio à Secretis fuit; rerumque publicarum amantissimus, ità ut ejusdem virtutis, ac probitatis apùd Ferrarienses recens adhùc memoria vigeat: Hæc autèm scripsit, ac typis dedit, scilicèt *Sopra gli Occhi delle Donne Tomi due*: *Il Convito, parte prima, intitolata il Pio, e parte seconda, il Gualengbi*, & *Descrizioni di bellissimi Intermedii*; alia etiàm scripsit, *Orationes* præsertìm, ab ipso in Intrepidorum Academiâ recitatas, quæ tamen inedita remanserunt: Earum queddam, itemque *Latina*

na Carmina, nec non *La censura sopra la difesa del Co: Guidobaldo Bonarelli, circa il doppio amore di Celia: Abbozzamento all'Introduzione dei Saturnali: La risposta del Piazzarolo fabro di Quartesana* (hoc se nomine appellavit Magnanini Auctor) *alle domande, che fà Fulvio Testi, intorno la persona dell' Arficcio*, ipsius Magnanini scilicèt, & alia; omnia inedita sunt apùd Cl. Andream Barotti J. U. Doct., qui nè dùm hæc, sed alia ad Historiam nostram facientia humanitèr communicavit. Anno 1652. Ferrariæ decessit Octavius, & in Templo D. Nicolai tumulatus est, ut scribunt, Borsetti, *Supplement. al Guarini fol.* 185., & Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol.* 219.

ANTONIUS LIBANTI Ferrariensis, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor.

SANCTE PASTI Ferrariensis, Cathedralis Ferrariæ Canonicus Theologus, ejusdemque facultatis in celeberrimâ Universitate nostrâ Lector: Hic etiàm Latinorum, Hetruscorumque Carminum elucubrator fuit, eaque videre est *in duabus Nuptialibus Collectaneis*, & quidèm pulcherrimis, quas ipse, anno 1594. adornavit: Obiit Pasti noster anno 1623. die 4. Februarii, ac in Ecclesiâ D. Pauli sepultus est, ut refert Auctor Tabulæ *In fine delle Rime scelte dei Poeti Ferraresi, fol.* 591.

PERACINUS VISDOMINI Ferrariensis, nobili, ac perantiquo generi, Philosophiæ, ac Medicinæ studiis, quibus admodùm claruit, decus addidit: E vivis discessisse anno 1622., ac in Templo D. Francisci fuisse tumulatum scribit Borsetti, *Supplement. al Guarini fol.* 96. Italicæ Poesi vacavit etiàm Visdomini, ejusdemque *Carmina nonnulla*, prò specimine translata sunt *nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol.* 378.

HERCULES CASTRINI Ferrariensis, celeberrimus Philosophus, ac Medicus, cujus corpus Ferrariæ requiescit in Templo PP. Societatis Jesu, teste Borsetti supracitato, *pag* 103.

JULIUS SACRATO Ferrariensis, Comes Almi Gymnasii nostri Reformatorem fuisse, ac obiisse anno 1601. constat *ex Magno Consilio, habito* 30. *Augusti anni ejusdem, in Registr. ad pag.* 85. scripto; sed quandò electus fuerit non liquet.

Ro-

Rotulus in Memoriali anni 1598. pag. 44.

1598 FRANCISCUS NIGRELLI Ferrarienſis, J. U. Doctor.

Rotulus in Memoriali anni 1599. pag. 62.

1599 LUDOVICUS PANNINO Centenſis, J. U. Doctor.

JULIUS ISNARDI Ferrarienſis, J. U. Doctor.

Cùm ab Anno 1602. Rotuli Juriſtarum, & Artiſtarum uſquè ad hodiernam diem typis editi reperiantur, eoſque nos in Tomos duos, unum ſcilicèt Juriſtarum, Artiſtarum alterum, diſtributos collegerimus, in Civitatis noſtræ Secretariâ aſſervandos, ommiſſâ impoſterùm Librorum Memorialium indicatione, Rotulos prædictos citabimus, annumdumtaxàt, quo Studium incboatum eſt indicando, omnibus enim conſtat Scholaſticum annum de annis duobus naturalibus participare: Rotulum quoquè, ut uſquè adbùc in more babuimus, indiſtinctè, ac per modum unius citare pergemus, quamvis duo pro ſingulis annis ſint, ſcilicèt Legum, & Artium.

Rotulus Anni 1602.

1602 FRANCISCUS TROTTI Ferrarienſis, J. U. Doctor.

JO: ALPHUNSUS SQUARZONI Ferrarienſis, Juris Utr. Doctor.

FRANCISCUS CALCETTA Ferrarienſis, Juriſconſultus, tàm advocando, quàm docendo præclariſſimus: Scriptis etiàm latiùs ejuſdem fama fuiſſet pervagata, ſi pulcherrimos *in Jure Tractatus*, quos elaboraverat edidiſſet; at quominùs id effici poſſet, mors obſtitit: Multa tamèn ejuſdem *Reſponſa* typis edita apùd Legum Profeſſores aſſervantur. Ejus corpus Ferrariæ, in Templo S. Spiritus tumulatum eſt, ibidèmque nobile erectum monumentum, hujuſmodi cum Inſcriptione.

D.O.M.

D. O. M.

Francisco Calcetto, Claro Juris Consulto, qui in Forensi studio magnis opibus liber Innocentiæ, & Gloriæ suscepit triumphum, qui Doctor, & Orator celebris, hastatus, seù triarius miles Togatus duxit victorias, indè fuso per Italiam nomine, Consilio, Responsis prisca emulatus oracula, excusso Carnis jugo ad Cœli Ubertatem evolavit. Indicem lapidem merito Patruo Carolus posuit. Anno funebri MDCXXXIV.

Borsetti *Supplement. al Guarini, fol.* 212., & Libanori, *Ferrara d'Oro part.* 3. *pag.* 102.

ANNIBAL FALATTI Ferrariensis, J. U. Doctor.

FRANCISCUS AGOLANTI Ferrariensis, Legum Doctor excellentissimus, integerrimusque in Patriâ causarum patronus: Ejus ossa Ferrariæ, in S. Mariæ à Vado Templo requiescunt, ut refert Borsetti, *Supplemento al Guarini, fol.* 158.

HIERONYMUS BONETI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

ALEXANDER ROSSI Lugiensis, Ordin. Minorum, Magni Nominis Philosophus, ac Theologus, ut ex his, quæ ab eo edita sunt operibus facilè dignosci potest: Sunt autèm *Philosophiæ pars prima, & secunda: Controversiæ Metaphisicales pars tertia: Controversiæ Theologales intèr Schotistas in quatuor Libros Sententiarum, pars prima: Controversiæ in eosdem Libros, pars secunda,* & *Resolutiones morales, juxtà mentem Schoti, & D. Thomæ.* Intèr celebres ævi sui Concionatores Rossi quoquè recensetur. Ità Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 3. *pag.* 19., & Hieronymus Bonoli, *Histor. di Lugo, lib.* 3. *cap.* 23. *fol.* 354.

JACOBUS VIGNADINI Ferrariensis, Philos., & Medicinæ Doctor.

PETRUS ANTONIUS ROSINI, à Valle Tridentinâ, Ord. Minorum, in Philosophiâ, Theologiâ, ac amœnioribus Litteris præclarus: Edidit *Commentarium ad Initium Evangelii S. Joannis*: *Orationes diversas* itèm conscripsit: *Epigrammata varia: Poemata*

varia : Grammaticam novam : Modum componendi Epistolas : Super Rhetoricam Librum unum, & *La Vita di Job*, *in versi Toscani*, Superbi *in Cathalogo MS. Scriptorum Ordinis Minorum*, Uvadingo, *fol.* 275., Franchini, *in Bibliosophiâ*, *pag.* 518., & alii.

JACOBUS BONAZZA Ferrariensis, Philosophus, & Medicus.

JO: BAPTISTA MARIGHELLA Ferrariensis, Philosophus, ac Medicus.

Rotulus Anni 1603.

1603 PAPINIANUS PISTOFILO Ferrariensis, Sancti Jacobi Eques, qui generis splendori scientias quoquè, optimasque artes copulavit; nàm egregius ne dùm Legum Doctor, ac amœniorum Litterarum cultor fuit, verùm etiàm in quocumque armorum genere pertractando magnoperè exercitatus: Hujus autèm materiei libros duos edidisse dicitur, nempè *L' Opolomachia*, & : *Il Torneo*, quos pulchris etiàm imaginibus decoravit : Ferrariæ decessit anno 1628., Almæ Januensis Rotæ Auditor electus; ejusquè corpus, in Templo D. Andreæ sepultum est: Borsetti, *Supplem. al Guarini*, *fol.* 17., & Libanori *Ferrara d' Oro part.* 3. *pag.* 65., qui tamèn circà nomen minimè conveniunt, nàm quem Borsetti Papinianum, alter Bonaventuram appellat; in cæteris verò nulla intèr eos discrepantia.

ALEXANDER TURAMINI Senensis, Juris Civilis in Lyceo nostro Lector famosus, quem, scutis mille annuis, ducentum insupèr pro itinere additis, conduxit Civitas, dùm in Universitate Neapolitanâ Jura publicè doctissimè interpretaretur. Ità *in Registr. Publicorum Decretorum hujus anni*, *signat.* B., *fol.* 125. Hic anno 1604., Ferrariæ edidit Tractatum *De verâ Possessionis substantiâ*, & *In Rubr. Pandectarum de Legibus*. Alia etiàm Turamini edidisse constat *ex italicâ Epistolâ*, ad eum ab Alexandro Guarini Juniore scriptâ, quæ *tertia est* in ordine *editionis Ferrariæ*, *typis Victorii Baldini* 1611., *fol.* 3., quenàm autèm sint Opera in Epistolâ eadem memorata, ibì non legitur, nosque penitùs ignoramus.

HO-

HORATIUS PAROLINO Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

JO: BAPTISTA CAPRILE Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

FRANCISCUS GUARESCO Ferrarienſis, Ord. Minorum, nobili Familiâ ortus Philoſophiæ, ac Theologiæ operam ſtrenuè navavit; quaproptèr ejuſdem doctrinâ, morumque integritate adductus Bonifatius Bevilacqua Ferrarienſis, Cardinalis ampliſſimus, in ſui Theologum cooptavit: Deceſſiſſe autèm dicitur, dùm quadrageſimum ſecundum ætatis annum ageret; quòd habetur in Monumentis Conventus S. Franciſci Ferrariæ. Ejus in funere Orationem habuit Mandoli, Carmelita, ut in infrà citandâ *Oratione Alberti Scacchini* apparet.

VALENTINUS MANDOLI Ferrarienſis, Carmelita, Theologus præclariſſimus, ac Concionator, qui poſt minora in Ordine ſuo expleta munera, ad Generalatus apicem virtute auxiliante evectus eſt: His omnibus perfunctus honoribus, Ferrariæ deceſſit, ejuſdemque corpus in Sacrario Templi D. Pauli humò tumulatum, monumento hoc ibidèm virtuti ejuſdem excitato.

Sacrum Deo facturi R. A. P. M Valentini Manduli S. T. D non hujus Domus ſolùm, cui bis præfuit, & ſempèr profuit, Decoris, nec Priore tantùm in cujus publico Lyceo Theolo. facultatis multis fuit annis Lector auditus, Ornamenti, ſed & totiùs Carm. Cong. Mant., in quâ ferè ſempèr ſtud. Gen. regens, & concionator in comitiis de F. F., & aſſiſtens. Quin & in Rom. Cur. Generalis Proc., & poſtmodùm Vic. Gen. fuit, Splendoris, ne meminiſſe gravemini. Ob. 8. Jan. 1640. *Ann.* 68.

Ità Borſetti, *Supplem. al Guarini*, *fol.* 191., quinimmò Guarini ipſe, *Chieſe lib.* 3., virì hujus cum laude meminit: Mandoli noſtro *Orationem de Mantuæ landibus inſcripſit Albertus Scacchini Parmenſis*, *Carmelita*, quæ anno 1620. Ferrariæ impreſſa per Franciſcum Succi.

Ro-

Rotulus Anni 1605.

CÆSAR SIGNORELLI Ferrariensis, præclari nominis Juris-
1605 consultus, Causarum Patrocinator Primarius, præcipuis in Patria Magistratibus perfunctus, ejusdemque nomine frequentèr ad varios Principes Orator missus, ut ex sequenti Elogio, quod Ferrariæ in Templo D. Francisci Cæsaris sepulchro insculptum est: Refert etiàm Borsetti, *Supplem. fol.* 93.

D. O. M.

Cæsar Signorellius Civis Ferrariensis J. U. Doctor, Primariæ Cathedræ in Ferrariensi Gymnasio professor, & Curiæ Ferrariensis Primarius Advocatus, pluriès intèr Magistratus Sapientes electus, sepiùs hujus Civitatis Orator ad varios Principes. missus; Famâ ad gloriæ verticem erectus, cum à Fortunâ nihil ultrà posset accipere, naturæ concessit, ætatis suæ quinquagintà sex; & morte contemptâ immortalitati victurus marmoreum hoc monumentum, ut & in Sepulchris, animatâ morte, posteros erudiret, tamquàm Cathedram sibi P.C. anno 1638.

ANDREAS SCARPARI Ferrariensis, Medic., & Philos. Doctor.

Rotulus Anni 1606.

JOANNES BAPTISTA BOTTI Ferrariensis, Juris Utriusque
1606 Doctor.

PETRUS THOMAS SARACENI, Carmelita, Philos., & Theologus insignis.

JOSEPH FAVORINI à CLAVARIIS Fabrianensis, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor insignis, in celeberrimâ Universitate nostrâ Professor: Doctissima hæc edidit Opera, quæ à Vander Linden, *de scriptis Medicis referuntur*, nempè *Exercitationum Medicarum Librum*, & *Simposium de Hominis excellentiâ*, dicatam Bonifacio Bevilacqua Cardinali amplissimo. Vidimus etiàm apud D. Egidium à Fabrâ MS. Favorini Opusculum, cui titulus *Sententia Apologetica, in morte Odoardi Cibo, de Liene*.

Ro-

Rotulus Anni 1607.

ANDREAS FACCHINEI Forolivienſis, Juris Conſultus celeberrimus, ad legendum in Primariâ Juris Civilis Cathedrâ Univerſitatis noſtræ electus, dùm Piſis publicè doceret, ut conſtat *ex Decreto Congregationis Studiorum ſub die 9. Februarii 1607., in Regiſtro ſignato E pag. 103.* Edidit *Controverſiarum Juris Tomos 2.* opus doctiſſimum, multæque in Foro auctoritatis: Andream Ingolſtadii legiſſe etiàm tradit Marcheſi, *Virorum illuſtrium Forolivienſium lib. 2. cap. 2.* 1607

PHILIPPUS FACCHINEI Forolivienſis, Andreæ prædicti filius, Lycei noſtri Lector unà cùm Patre electus, ut *ex Decreto Congregationis ſuperiùs citato*: Ipſe etiàm fuit Juriſconſultus egregius, Piſiſque publicè docuit, teſtante Marcheſi *eodem loco indicato*. Magnoperè laudatur etiàm Philippus ab Antonio Merenda, *in Epiſtolâ Dedicatoriâ Volum. 2. ad Senatum Mediolani, dat. Ticini anno 1638.*

Rotulus Anni 1608.

ANTONIUS MARCHI Ferrarienſis, J.U. Doctor. 1608

CAMILLUS PEDARDO, J. U. Doctor.

HERCULES PIGANTI Ferrarienſis, Legum Doctor, Cauſarumque Patronus præclariſſimus, ab omnibus qui in Foro agerent expetitus: Cùm autèm ad Rempublicam adminiſtrandam, eâ, quâ polluit prudentiâ, factus videretur, pluriès à Magno Civitatis noſtræ Conſilio intèr Sapientes Magiſtratus eſt cooptatus; hìnc ille Patriam juvandi ocaſionem arripiens, ſcripſit, vulgavitque *Commentariorum ad Selectiora Statuta Ferrariæ Volumina duo*, & *Sanctionum Municipalium Ferrariæ Relectiones*, quæ ne dùm apùd nos, verùm etiàm ubique locorum plurimùm ſibi auctoritatis vindicant. Ejuſdem etiàm extat apùd Cl. V. Baruffaldi *Latina Oratio, in Funere Alphonſi Strozza*, Ferrariæ impreſſa anno 1618., in Typographiâ Camerali. Anno verò 1650. è vivis ſublatus eſt Ferrariæ, ejuſque corpus in S. Spiritus Templo

conditum, ut referunt Borsetti, *Supplem. fol.* 214., & Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 89.

CÆSAR FOGLIANI Ferrarienſis: Hic quoquè inter celebriores Patriæ, ac Lycei noſtri Doctores recenſendus occurrit; magnum namquè ſibi nomen docendo, & Cauſas in Curiâ patrocinando peperit: Ejus oſſa, teſte Borſetti ſupracitato *fol.* 243., in Oratorio Venerabilis Archiconfraternitatis Mortis aſſervantur.

HIERONYMUS RASORI VERARA Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor.

HIPPOLYTUS MERLI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor.

JACOBUS EMILIANI Ferrarienſis, majorum ſuorum æmulatus virtutem, in legali Facultate claruit, quapropter ampliſſimis in Patriâ muneribus fungi promeruit. Ejus corpus in Cathedrali Eccleſiâ ſepultum eſt, ut ſcribit Borſetti, *Supplemento fol.* 11. Edidit *Conſiliorum Volumina duo*, ut refert Freymonio, *In Elencho Scriptorum Juris utriuſque*, *p. g. m.* 91.

VINCENTIUS MARZAJOLI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

NICOLAUS LEONIO Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medic. Doctor.

HIERONYMUS MASI Ferrarienſis, Philoſoph., & Med. Doctor.

HERCULES FURLANO Ferrarienſis, Mathematicæ Lector.

Rotulus Anni 1609.

1609 CLAUDIUS ACCHILLINI Bononienſis, Alexandri Acchillini, Philoſophi eximii, Avverois Sectatoris, Nepos, ipſe tamen inſignior; nàm cùm Juriſprudentiæ, Philoſophiæ, Matheſis, Theologiæ, Eloquentiæ, ac Poetices ſtudiis operam dederit, in omnibus mirum in modum excelluit; Ex his tamèn omnibus, quas didi-

didicerat, facultatibus, meliùs fortunarum suarum angustiis Jura prospicere posse ratus, ea in Patriâ, Ferrariæ deindè, pluribus annis, Parmæ demùm, summâ cùm laude interpretatus est: Majora tamèn mente concipiens, indè Romam se contulit, ac Cardinali Ludovisio, ut res suas promoveret firmissimè adhæsit. Eo verò ad summi Pontificatus culmen, sùb Gregorii XV. nomine elato, cum nihilominùs Acchillini se spe proficiendi frustratum conspexisset, morarum pertesus, Curiamque execratus, se Patriæ, studiisque restituit: Magnis post hæc honoribus, ac muneribus ad se accersitum cumulavit Odoardus Farnesi Parmæ Dux, cujus in celebrandis Nuptiis Acchillini Musa insudavit: Sed & alia Italico carmine complexus est, at turgido nimìs, & invenusto, quod vitium suâ ætate Hetruscam Poesim deturpare incæperat. Exactis tandèm annis 66., obiìt Claudius anno 1640., in funere ab Equite Jo: Baptista Marino, à Comite Fulvio Testi, aliisque multis laudatus. Opera Acchillini Italico sermone scripta, editaque sunt *Rime: Lettere diverse*; Latina verò, *Consilia*, sed inedita. Ità Laurentius Crasso, *Elogii dei Letterati*, *part.* 2., in Acchillini Elogio. Sed antequàm ad alia transeamus, placet hìc Acchillini Epigramma transcribere, quod habetur in fronte Libri Carminum Marchionis Galeatii Gualengo.

Aureus hic Liber est, Thesauris insere Pindi,
Sed priùs hæc fronti carmina scripta gerat;
Victa jacet nostris dudùm tumulata papyris
Quæ stetit in Latio Musa vetusta pede;
Dixerat hæc Phœbus; laurescunt gramina circùm,
Et libri foliis basia dant folia;
Scilicèt aura leves agitavit in oscula ramos,
Nobile dùm Vatis nomen in astra tulit.

ALPHUNSUS GORETTI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor.

ANTONIUS ZAFRIOLI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, & Anathomicus Sector.

SILVESTER MUZIO Imolensis, Societatis Jesù, Eloquentiæ Lector: Hujus duo habemus Epigrammata in laudem Marchionis Galeatii Gualengo, in fronte libri Latinorum ejusdem Sacrorum

Carminum Ferrariæ impressorum: Unum ex his tantum hic referendum duximus. Est autem hujusmodi:

Quæ lasciva soles, & delectantia, quid nunc
Seria more novo, puràque Musa canis?
Antè fuit carmen Veneris damnisa voluptas,
Atquè pharetrati Numina ficta Dei;
Nùnc ignes sacri, & labentia gaudia Cœlo,
Cordaque Syde eis tacta Cupidinibus:
Antè ardens Gallus puto non igne Lycorim;
Et Phædræ. Hippolytum depereuntis amor;
Nùnc Deus Etruscæ, quis credat; amore Puellæ,
Et Domini flammis Magdala capta fui:
Antè obitæ fictæ fictâ pro conjuge pugnæ;
Nùnc data pro verò prælia vera Deo.
Vel te de Cæli; non Pindi vertice traxit,
Vel te cor, Vates, jussit habere novum.

JO: LIBIOLA Ferrariensis, Philosophus, Medicus, Astrologusque insignis, quem sibi obitus prædixisse diem *in Historiâ Ferrariæ* Faustini asserit, loco aliâ in Operis nostri parte citato: Ejusdem verò corpus Ferrariæ, in Parrochiali Divæ Agnetis Ecclesiâ sepultum est. Borsetti, *Supplemento, fol.* 231., & *Publicum Civitatis Registrum, signatum Littera D. fol.* 31.

Rotulus Anni 1611.

1611 RUGGERIUS PIACENTINI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor.

PETRUS BOSCO Ferrariensis, J. U. Doctor.

CLEMENS MERLINI Foroliviensis, Juris Interpres celeberrimus, qui in Almo Lyceo nostro, per quinquennium, Cathedram Lecturæ Bartoli dignissimè ascendit: Scripsit *Decisionum Juris Tomos* 2., qui Venetiis editi sunt anno 1612. Hic, Ferrariæ Civilitate donatus, prò Ferrariensibus Romanæ Rotæ Auditor fuit, & deindè Apostolicæ Sedis Datarius: Marchesi, *in Vitis Virorum illustrium Foroliviens. libr. 1. cap.* 7.

EMI-

EMILIANUS EMILIANI Ferrarienfis, J. U. Doctor.

JACOBUS SIVIERI Ferrarienfis, J. U. Doctor.

ALPHUNSUS PANDOLFI Ferrarienfis, Humanarum Litterarum in Univerfitate noftrâ Profeffor laudatiffimus, ac in Græcâ, Hebraicâque linguis egregiè verfatus: Sed gravioribus etiàm Philofophiæ, Theologiæ, & Sacræ Eloquentiæ ftudiis vacavit, ut Clericali, quam ingreffus fuerat, viæ ftudia quoquè refponderent: Cùm itaquè doctrinæ fama, & morum probitas viri undequaquè merita palàm facerent, Cathedralis Ecclefiæ noftræ Canonicus Theologus electus eft, deindè ab Urbano VIII. Pontifice Maximo ad Cymaclenfem Epifcopatum promotus: Varia ejufdem ingenii monumenta extant, nempè *Volumen de Fine Mundi* : *De Monialibus, earum Inftitutione, & Progreffu Tractatus* : *Orationes*, & *Carmina*, tàm latino, quàm italico fermone elegantèr elaborata: Alia, id ultrà apùd Pandolfi hæredes inedita remanfiffe dicuntur. Obiit autèm Ferrariæ die 4. Octobris 1648., ejufque corpus Cymaclum translatum, in Cathedrali Ecclefiâ, antè Aram majorem tumulatum eft. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 1. *fol.* 104., & *part.* 3. *fol.* 24., & Superbi *fol.* 22. Duo Pandulfi noftri habemus Epigrammata *in fronte Libri Sacrorum Carminum latinorum Marchionis Galeatii Gualengo*, Ferrariæ editorum: Unum tantùm hìc referemus.

Quicumque impuro Permeffi flumina cantu
Corrumpis, voci ploret ut unda tuæ;
Lafcivoquè facras audes violare Camœnas
Carmine, virgineum fic temerando decus;
Hùc ades, & difcas tales teftudine verfus
Fundere, quos referens affonat Echo Polus;
Hùc ades, & Citharam mutes, cæcofque calores,
Hìc tibi Crux plectrum, flammaque numen erit.
Hìc tua jàm frangant lætas fufpiria voces,
Et fluat in lacbrymas vena canora tuas.
Nàmque ignem, plectrum, luctum, triftefque querelas,
Dùm canit, & luget flammea carta docet.

PETRUS MONETA Ferrarienfis, Philofophiæ, & Medicinæ Doctor.

BARTHOLOMEUS BRASAVOLA Ferrarienſis, Phil., & Med. Doctor. Vide Hieronymum Baruffaldi, *Commentario di Casa Braſavola*, f. 41.

HIERONYMUS LEVALORI Ferrarienſis, Phil., & Medic. Doctor.

OCTAVIUS ALBERTHIO Ferrarienſis, Philoſ., & Medic. Doctor.

ALEXANDER ALEATI Ferrarienſis, Philoſ., & Medic. Doctor.

ANTONIUS TAPIOLI, Philoſ., & Med. Doctor egregius, qui fuit Herculis Parolini diſcipulus: Extat apùd Excellentiſſimum Egidium à Fabrâ MS. Tapioli noſtri opus, cui titulus *Antifavorinica vellitatio*, adversùs ſcilicèt Joſeph Favorini, in materiâ Medicâ.

Rotulus Anni 1612.

1612 GALEATIUS GUALENGHI Ferrarienſis, Marchio, Almæ Univerſitatis noſtræ Reformator, Eques eruditiſſimus, qui *Libros duos*, unum ſcilicèt *Latinorum*, alium *Italicorum Carminum* edidit. Libanori, *part* 3. *fol.* 106., & Creſcimbeni, *Hiſtoria della Volgar Poeſia*, *volum.* 4. *libr.* 3. *centur.* 3. *num.* 32.

CÆSAR MAGATI de Scandiano, Chirurgiæ Profeſſor celeberrimus, ejuſdemque facultatis Lector: Hic fuit, qui modum curandi vulnera, abſquè turundarum uſu feliciſſimè adinvenit; quinimmò, Vander Linden teſte, *in ſuo opere de ſcript. Medicis*, conſcripſit, ediditque Venetiis *Libros duos De rarâ Medicatione vulnerum*, ſeù *de vulneribus raró tractandis:* At utilimum hoc curandi inventum Gallis ſuis adſcribere conatus eſt Auguſtinus Bellot; ſed Andreas Sancaſſani, *in Libro*, cui titulus *Lume all'occhio &c.*, Magati noſtro jus ſuum vindicavit. Vide Gimma, *Italia Letterata*, *Tom.* 2. *cap.* 49. *n.* 17.

FRANCISCUS FIORNOVELLI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

NI-

NIGRISOLUS NIGRISOLI Ferrarienfis, Philofophiæ, ac Medicinæ Doctor.

HIERONYMUS TUSINI Ferrarienfis, Philofophiæ, & Medicinæ Doctor.

ALOYSIUS BEVILAQUA Ferrarienfis, Comes, Almi Studii nostri Reformator.

Rotulus Anni 1613.

JO: JACOBUS VISDOMINI Ferrarienfis, Legum Doctor, magnique nominis in Patriâ, & ubiquè, Romæ præfertìm, Advocatus. Ferrariæ, in Templo D. Francifci ejus offa requiefcunt, ut refert Borfetti, *Supplemento*, *fol.* 96. 1613

JACOBUS BRUSONI Ferrarienfis, J. U. Doctor.

HERCULES BRASAVOLA Ferrarienfis, J. U. Doctor, & quidèm præclarus admodùm, qui Romæ prò Civitate Ferrariæ Generalis Procurator fuit, deindè anno 1623., Civium noftrorum primus, qui locum in Almâ Rotâ noftrâ, Papâ difpenfante, obtinuerit. De eo fufiùs Baruffaldi, *Comment. di Cafa Brafavola* §.40.

HIERONYMUS FONTANA Ferrarienfis, Juris Utriufque Doctor.

JO: HIERONYMUS GAMBI Ferrarienfis, Ord. Servorum B. M. V., Philofophus, Theologus, & Concionator, intèr celebriores Servorum Ordinis recenfitus à Guarini, *Chiefe lib.* 2. In Almo Lyceo noftro Sacræ Theologiæ juxtà mentem D. Thomæ Lector fuit, ut tradit Hieronymus Scarpari, *in fuâ Prælectione ad Sacræ Theologiæ ftudia*, *impreff. Ferrariæ anno* 1639. *apùd Francifcum Succi*.

HANNIBAL CATTANI Ferrarienfis, Philofophiæ, & Medicinæ Doctor.

HIERONYMUS RUBERTI Ferrarienfis. In Reg. D. 134.

Rotulus Anni 1614.

1614 GEORGIUS PANTALEONI Ferrarienſis, Carmelita, Sacrarum Litterarum Doctor eximius.

Rotulus Anni 1617.

1612 ALPHUNSUS STROZZA Ferrarienſis, Comes, celeberrimæ Univerſitatis noſtræ Reformator.

ANGELUS MATTIOLI Ferrarienſis, J. U. Doctor.

MAURITIUS CENTINI Aſculanus, Ord. Minorum, Cardinalis Centini nepos: Hic Philoſophus, Theologus, Orator, ac Poeta inſignis fuit: Carmen *De Laudibus Poleſii Montis Aſculani Camillo Gualenghi Marchioni dicatum*, *Ferrariæ typis* dedit: Maſſæ Lubrenſis primò, deindè Mileti in Calabriâ Epiſcopum fuiſſe, tradit Ughelli, *in ſuâ Italiâ Sacrâ*, *Tom.* 1., & 6. De eo videas etiàm Uvadingo, & Franchini, *in Biblioſophiâ*, *pag.* 453. Centini ſequens *Epigramma* habemus in initio Carminum Latinorum Marchionis Galeatii Gualengo, Ferrariæ impreſſorum.

Claruit ora Padi, dùm natus Apolline Phæton
Hauſit, ab æthereo limine lapſus, aquas,
Et Phætontiados dum vidit veſte Sorores
Populeâ patrias incoluiſſe plagas.
Quid ſi Phætonti turus ſuccedat Apollo,
Et pro populeo palmite laurus eat?

JO: CICOGNA, Phil., & Med. Doctor.

Rotulus Anni 1618.

DONUS ASCANIUS PIO Ferrarienſis, Marchio, S. Grego-
1618 rii Princeps, Orator, Poeta præclarus elapſi Sæculi, Studii noſtri Reformator, ac Litteratorum Mecænas, de quò in primâ hujus Hiſtoriæ parte diximus: Edidit autèm *L'Andromeda*: *La Diſcordia confuſa*: *Ferrara trionfante, per l' Incoronazione di Maria Vergine del Roſario*, & alia. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 50. & Cre-

& Crescimbeni, *Volgar Poesia, volum. 4. lib. 3. Centur. 3. num.* 58.

CORNELIUS PANNINI Centensis, J. U. Doctor.

AUGUSTINUS GHEDINI Ferrariensis, Ord. Minorum: Ghedini Familiæ postremus, clari nominis Philosophus, & postremus etiàm, qui ex Minorum Ordine Metaphisicam, in Almâ Universitate Ferrariensi legerit.

LIVIUS ZACRIUS, Græcus, Chiensis, Linguæ Græcæ Lector.

BONAVENTURA RIPA Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor.

Rotulus Anni 1619.

LUCAS GIANNINI Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor insignis, Thomæ celeberrimi filius, de quo alias dictum est. 1619

Rotulus Anni 1620.

MARCUS AURELIUS GALVANI Ferrariensis, Alexandri Jurisconsulti insignissimi, de quo suprà sermo habitus, minimè degener filius, ipse etiàm in legali scientiâ absolutissimus: Maximo Auditorum concursu, atquè utilitate, Jura non tantum in Patrio Lyceo interpretatus est, sed etiam Firmi, Pisis, ac demùm Patavii, ubi tandèm, maximo omnium mœrore, obiit anno 1659., ac in Templo SS. Apostolorum Simonis, & Judæ, apùd Alexandrum Patrem tumulâtus est: Bibliothecam suam Librorum copiosissimam, legati jure Clericis Regularibus Theatinis Urbis nostræ reliquit, quapropter grati animi ergò, Clerici ipsi, in eorum Ecclesiâ monumentum Benefactori optimo, ejusdem statuâ superimpositâ excitarunt. Scripsit verò, edidìtque Tractatus *De Usufructu: De Jure naturali: De Jure Gentium, & Civili De Jure Familiæ: De Jure Testamentorum: De longi temporis præscriptionibus: De Pactis nudis: De Contractibus: De Dotis substantiâ: De Dominio: De Possessione*, ac alia, quæ multæ sunt, apùd Forum auctoritatis. Ità Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol.* 105., Borsetti, *Supplemento, fol.* 11., & Papadopoli, *Histor. Gymnasii Patavini, Tom. 1. lib. 3. sect. 1. cap.* 30. 1620

AN-

ANTONIUS TUSINI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

Rotulus Anni 1621.

1621 JO: ANTONIUS FERRI Ferrariensis, Mathematicæ Lector.

Rotulus Anni 1622.

DOMINICUS LIBANTI Ferrariensis, Philosophiæ, & Me-
1622 dicinæ Doctor.

LUDOVICUS LOLLIO Ferrariensis, Philosophus, ac Medicus insignis, Lector in Universitate nostrâ Medicinæ Primarius Mathematicarum quoque facultatum peritissimus fuit, quas publicè docuit, ut *ex Rotulis* patet. Decessit autem in Patriâ anno 1649. ac in Templo D. Francisci tumulatus est. Borsetti, *Supplem fol.* 99.

Rotulus Anni 1623.

1623 FRANCISCUS CAVAZZA Mutinensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

BALTHASSAR MADERNA Mediolanensis, præclarus Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor, cujus corpus Ferrariæ in Ecclesiâ D. Caroli sepultum est. Hic Ecclesiæ ejusdem primus Benefactor fuit, ut in Epitaphio sequenti legitur.

Balthasar Maderna Philosoph., ac Med. Mediolanensis, Ferrar. q., Civis Sacellum hoc D. Caroli solæ pietatis ergò postquàm illustrari, ac exornari suo fecerit, ut etiam fato functus, sub ejusdem D. Tutelâ ossa sua, suorumque heredum requiescere possint, vivens tumulum hunc poni voluit. MDCXXIX.

Rotulus Anni 1624.

PETRUS GERI Aretinus, Juris Utriusque Doctor insignis
1624 in Universitate nostrâ Ferrariæ Professor, ejusdemque Almæ Rotæ Auditor. Solemnem Geri Præfationem, Ferrariæ habitam memorat Thomas Dempstero, *in Historiâ Ecclesiasticâ Scotorum, lib.* 11.

ad

ad num. 806. Extat Geri apud D. Baruffaldi libellus, cui titulus *Praeordinatio Lectionum Ferrariae habendarum*, & typis prodiit Florentiae anno 1625. apud Petrum Cecconcelli.

VINCENTIUS COSTABILI Ferrariensis, peritissimus Juris Consultus.

JO BAPTISTA BORDINI Ferrariensis, Philos., & Medic. Doctor.

FRANCISCUS CARAVIERI Ferrariensis, Philos., & Med. Doctor.

ANDREAS VISDOMINI Ferrariensis, Philos., & Medic. Doctor.

FRANCISCUS BORDANI Ferrariensis, Phil., & Medicinae Doctor: Italicae Poesi vacavit etiàm, ejusque Carmina habemus, *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi*, *fol.* 344.

Rotulus Anni 1625.

CAMILLUS GUALENGO Ferrariensis, Marchio, Almi Studii nostri Reformator.

JACOBUS RUSCELLI Ferrariensis, Legum Doctor, itemque Mathematicae Facultatis, Hydrostaticae praesertìm peritissimus, quapropter in arduo Aquarum negotio tres intèr Provincias, Ferrariae nempè, Bononiae, ac Ravennae disceptato Patriae maximè profuit, ejusque Doctrinae varia etiàm nùnc laudatissima monumenta extant: Ferrariae obiit anno 1645., ac in Sacello Pietatis, Templi S. Spiritus, ab ejusdem Familiâ adornato, humi conditus est: In lapide verò Sepulchrali haec leguntur; ut refert etiàm Borsetti, *Supplem. fol.* 213. 1625

Jacobo Ruscello Ferrariae, Bononiae, Ravennae Praesidibus summis, usquè Pontificibus acceptissimo, de Republicâ totiès optimè merito, quotiès Mathematicis Artibus, quibus vivens plurimùm polluit nocentes aquas, quae populabantur expanso viarum itinere fugavit ad reparamentum salutares, quae destituebant, extructis aggeribus laudatissimè continuit

tinuit ad perennitatem, *Jacobus Ruscellius J. U. D. parenti rei quoquè familiaris providissimo annos quatuor supra septuagesimum functo Sacellum*, & *Aram monumentam anteà praeordinatum posuit Anno MDCXLII.*

THOMAS GROSSI Sipontinus, intèr celeberrimos Philosophiæ, & Medicinæ Professores jure merito statuendus: Plura illum edidisse memorat Vander Linden, *in suo opere de script. Medicis*; videlicèt *Lectiones de Febribus*: *Quæstionem unicam*, *An Morbi*, *qui in Italiâ &c. Lectiones de Morbis Capitis*, & *Thoracis*: *De Morbis Ventrii infimi*, & *De Naturâ*, *differentiis*, & *usu sex Rerum Naturalium corpora nostra alterantium*, *quæ sant Aer &c.* Vide etiàm Jo: Jacobum Mangetti, *in Bibliothecâ Medicâ*.

BARTHOLOMEUS VECCHI Senensis, Juris Interpres famosus, ad legendum in Universitate nostrâ pro annuâ Scutorum mille Ferrariensium mercede conductus: Senis hic primò, Parmæ deindè septennio, in secundâ Juris Civilis Cathedrâ, octennio in primâ egregiè professus fuerat; *Registr. dell' Anno* 1625., *segnato F. fol.* 93., Videas etiàm Imperiali, *in Imaginibus Virorum Illustrium*, in fine operis.

Rotulus Anni 1626.

1626 GALEOTTUS RECALCHI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor egregius in Universitate nostrâ Lector Primarius. Obiit anno 1665. ac in Templo D. Mariæ à Vado sepultus est. Borsetti, *Supplemento*, *fol.* 241.; Galeotti nostri *MSS. Lecturas in Libros Phisicorum*, *de Cælo*, & *Mundo*, *de Generatione*, & *Corruptione*, & *de Animâ* vidimus apùd Excellentissimum Egidium à Fabrâ.

JULIUS SALVATERRA Ferrariensis, Ord. Minorum, Philosophus, & Theologus.

MAURITIUS CALANI Ferrariensis, in Philosophiâ, atquè Medicinâ peritissimus: Hac verò in Patriâ, morbis quibuscumque correptos curando, laudatissimè professus est: Sed & multùm apùd Exteros sibi gloriæ comparavit, ità ut à magnis Principibus frequentèr consuleretur: Ejusdem vim ingenii, quod edidit *De pro-*

proprietatibus individualibus opus testatur: Alia scripsit etiàm, & multa, sed inedita remansere, ut habet Libanori, *part. 3. fol.* 209. & Jo: Jacobus Mangeti *in Bibliothecâ Medicâ*.

Rotulus Anni 1627.

FLORINDUS, aliàs FLORIANUS FERRI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor. 1627

HORATIUS ASTOLFI Ferrariensis, Philosophiæ, & Med. Doctor.

Rotulus Anni 1628.

FRANCISCUS MARTINELLI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor. 1628

VENTURA SCHIATTI Ferrariensis, Philosophiæ, & Med. Doctor.

JOANNES BAPTISTA BIANCHI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

Rotulus Anni 1629.

HANNIBAL BELLAJA Ferrariensis, J. U. Doctor. 1629

HIPPOLITUS VISDOMINI Ferrariensis, Philosophus, Medicus, amœnioribusque in Litteris optimè versatus, de quo Borsetti, *Supplemento*, *fol.* 96. Ferrariensis Publicæ Intrepidorum Academiæ à Secretis fuit, ejusque *Rithmi Italici*, variis ætatis suæ in Collectaneis leguntur.

Rotulus Anni 1630.

ANDREAS ALBERTI Ferrariensis, Ord. Minorum, *Theologus* à Ferrariensibus nuncupatus, ob miram ejusdem in Theologicâ facultate doctrinam: Cùm trigesimum ætatis annum ageret, à Lycei Moderatoribus digniorem Theologiæ Cathedram obtinuit, quam annis quadraginta quatuor laudatissimè implevit: Diversa 1630

Con-

Conventui, ac Templo D. Francisci munera contulit, utpotè qui decorem domus Dei maximè diligeret, ejusque pietatis magnifica nùnc etiàm monumenta cernuntur: *Lectiones suas Theologicas* reliquisse, ineditas tamèn, scribit Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 32., undè hæc decerpsimus.

BORSIUS FERRI Ferrariensis, Phil., & Med. Doctor.

JOSEPH LICINI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

FRANCISCUS BERNI Ferrariensis, Legum Doctor, Philosophus, Orator, Poeta, ac multiplici eruditione clarissimus: Alphunso Pandolfi Humanarum Litterarum in Universitate nostrâ Doctore ad Cymaclensem Insulam promoto, ejusdem hic Cathedram consecutus est, in quâ opinionem, quam de se Patria conceperat, longè superavit; quapropter Octavio Magnanini, viro doctissimo, Urbis Ferrariæ à Secretis Primario vitâ functo, Franciscus noster eo in munere subrogari promeruit. Ferrariensis Intrepidorum Academiæ Principatum, summâ cùm laude sustinuit, & virtutis titulo, Alexandro VII., & Clementi IX. Summis Pontificibus, nec non Mantuæ Duci acceptissimus fuit, amplissimisque ab iisdem muneribus cumulatus; eorum verò postremus Comitis dignitate insignivit: Multa edidit *Latina*, & *Italica*, tàm carmine, quàm solutâ oratione, eruditissima quidèm omnia, & quæ Auctoris ingenium sapiunt; sed Carmina sæculi transacti vitiis sunt fœdata, quamvìs intèr multos castigatior dici possit. Hæc verò vulgavit, nempè *Moralitatis arcana in Pytagoræ Symbolis: Discorsi Academici*, *Tomi due: Gli Eroi di Casa di Este*: *Molte Orazioni Latine*, *e Toscane*: *Diversi Drammi*, *ed altre Composizioni Poetiche, in un Tomo raccolte: Ritratto del Cardinal Cibo*: *Funerale del Marchese Guido Villa*, & alia. Tandèm cùm ad sexagesimum tertium ætatis annum pervenisset, die 13. Octobris 1673. Ferrariæ obiit, & in D. Francisci Templo tumulatus est; Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 98., Borsetti, *Supplemento*, *fol.* 95., P. Angelicus Aprosius Ventimiglia, *in suâ Bibliothecâ Aprosianâ*, *Tomo primo*, *pag.* 204., & Crescimbeni, *Volgar Poesia*, *volum.* 4. *lib.* 3. *centur.* 3. *num.* 77.

Rotulus Anni 1631.

PETRONIUS ALBANESI, Phil., & Med. Doctor. 1631

Rotulus Anni 1632.

ALPHUNSUS CARRI Ferrarienfis, Phil., & Med. Doctor: Italicis Musis operam dedit, ejusque poetandi specimen habemus translatum, *Nelle Rime scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol.* 357. 1632

Rotulus Anni 1634.

FRANCISCUS NIGRISOLI Ferrarienfis, Juris Utriusque Doctor. 1634

CLAUDIUS BERTAZZOLI Ferrarienfis, Claudii alterius Jurisconsultissimi, de quo suprà locuti sumus, Pronepos, ipse paritèr Legum Doctor præclarus, cujus mentionem cum laude habet Libanori frequentèr citatus, *fol.* 76.

Rotulus Anni 1635.

FRANCISCUS MAZZETTI Ferrarienfis, J.U. Doctor. 1635

Rotulus Anni 1636.

HIERONYMUS PECENINI Ferrarienfis, Philof., & Med. Doctor. 1636

CAROLUS BONACCIOLI Ferrarienfis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, magnæ quidèm expectationis, sed juvenis à morte interceptus: Ejus corpus in D. Francisci Templo tumulatum sequenti Elogio decoratum est, quod habetur etiàm apùd Borsetti, *fol.* 88.

D. O. M.

Carolo Bonacciolio non ignobili stipite nato, honestis moribus educato, Philosophiæ, & Medicinæ laureâ decorato, quem in primâ adole-

lescentiâ mors rapuit, ne annis auctus Peoniæ Artis, cui mortalium vitam nimiùm propagasset. Obiit Anno MDCXXXVII. ætatis suæ XXV. Eusebius, & Paulus Fratres de Bonacciolis Patrueles mœstissimi Lapidem P. P., Anno pub. salutis MDCXXXVIII.

Rotulus Anni 1637.

1637 FRANCISCUS GAVASSINI Ferrariensis, J. U. Doctor.

DOMINICUS NEGRINI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

HERCULES MAGNI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

JOANNES SUPERBI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

JO: FRANCISCUS MARZAJOLI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

Rotulus Anni 1638.

1638 HIERONYMUS BORDANI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor.

HIERONYMUS SCARPARI Ferrariensis, Ord. Servorum, Philosophus, Theologusque insignis: Eloquentiæ itèm Sacræ operam dedit, nèc infortunatè, nàm in Nobilioribus Italiæ suggestis concionari auditus est: Summo itaquè apùd suos in pretio habitus, potiores ordinis Cathedras, dignitatesque obtinuit: Edidit verò *Volumina tria amplissimâ supèr Doctrinam Henrici de Gandavo, Theologi celeberrimi, Scholæque Ordinis Servorum antesignani: Latinam Prælectionem, in Lyceo nostro recitatam, De Sacræ Theologiæ studiis*: Insupèr *Panegirici*, & *Un operetta delle laudi del SS. Rosario*. Ità Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 167.

Rotulus Anni 1639.

1639 - FRANCISCUS FASOLI Ferrariensis, J. U. Doctor.

JO:

JO: HIERONYMUS AMADORI Ferrarienſis, Philoſoph., & Medic. Doctor.

Rotulus Anni 1640.

CAROLUS CASTELLI RONCAGALLI Ferrarienſis, Juriſconſultus celeberrimus, ac unus ex inſignioribus in Patriâ cauſarum Advocatis. Ejus corpus, Ferrariæ, in Eccleſiâ S. Mariæ Novæ ſepultum eſt, ut tradit Borſetti, *Supplemento fol.* 136. 1640

JO: BAPTISTA MORONI Ferrarienſis, Legum Doctor, humaniſque in Litteris, tàm ſolutâ oratione, quàm carmine, præſertìm Italico verſatiſſimus: In Univerſitate noſtrâ Jura explanavit; deindè Romam à Centumvirali Ferrarienſi Senatu miſſus, ut publica ibidèm negotia sùb Civitatis Oratore procuraret, Patriæ votis egregiè reſpondit; quinimmò, cùm, quantâ ingenii vi in amœnioribus facultatibus polleret, Romanis innotuiſſet, eumdem in celeberrimis Academiis dicentem, ſummo cùm plauſu audierunt, quòd ei etiàm Venetiis contigit, ubì nobiliſſimæ Incognitorum Academiæ adſcriptus eſt: Multa edidit, ingenioſiſſima quidèm, ſed ſæculum redolentia, ſunt autèm: *I Luſſi del Genio di Clearco: Il Principe Santo: I Genii Poetici: Le Pompe della Scoltura: Lettere Panegiriche: L'Academia, diviſa in diſcorſi, Problemmi, e Sonetti: Satire in proſa: La Stratonica: Eamdem in latinum ſermonem ab ipſo verſam: Veritatis ſomnium*: Alia etiàm reliquit inedita, nempè: *Le Storie di Ferrara: L'Infelicità degl' ingegni: L'Amor bambino*, idque genus plura: Tandèm anno 1645. morte correptus eſt. Laudatur à Libanori, *part.* 3. *fol.* 141., à Ghellini, *part.* 1. *pag.* 225., & à Donato Calvi, *in Scenâ Litterariâ*, *part.* 1. *pag.* 226.

CÆSAR BENVENUTI Carmelita, Philoſophus, & Theologus.

Rotulus Anni 1641.

JOANNES CIAVERNELLA Ferrarienſis, Juriſconſultus celeberrimus, & inſignioribus, quotquot fuere Legum Interpretibus comparandus: Præclariſſimum Patriæ noſtræ lumen, ac decus meritò dixerimus, quippè qui non tantùm Legalibus, Philoſo- 1641

losophicis, Theologicis, Sanctorum Patrum, & humanarum Litterarum studiis mirificè esset præditus, sed morum quoquè comitate, ac vitæ sanctimoniâ coruscaret: Foro, causarum Advocatus, doctissimè, atque integerrimè operam dedit; deindè sæcularia despiciens, Sacris initiatus est, ac intèr Cathedralis Ferrariensis Canonicos cooptatus, novum Instituti genus, novam studiorum rationem induxit, is enim sacrorum Canonum eruditioni se totum emancipavit; quapropter cum eos egregiè caluisset, à tribus Eminentissimis Ferrariæ Episcopis, Pio, Donghi, & Cerri Civitatis, ac totiùs Diœcesis Generalis Vicarius constitutus est, quo in munere egregiè, maximoque Animarum profectu se diutissimè exercuit. Sed & ei à Summis Pontificibus, qui hominis virtutem probè noverant, Infulæ oblatæ, quas tamèn humillimè recusavit: Tandèm cursu religiosissimè consumato, senex admodùm, cunctis mœrentibus, Ferrariæ decessit. Innumera prorsùs *tàm Civilia*, *quàm Canonica Consilia* decedens reliquit, quæ typis mandata *Volumina plura* confecissent, undè ejusdem nomen Europam universam longè, latèque pervagaret; Libanori, *Ferrara d'Oro part.3.fol.127.* Vivit nùnc Cl. V. GRATIUS BRACCIOLI J. U. Doctor, Joannis nostri Pronepos, egregius in hac Patriâ Causidicus, nec non Philosophus, Orator, Poeta, multiplicique eruditione refertus: Scripsit, ac scribit adhuc: *Orazioni: Discorsi Academici: Disertationi: Drammi: Poesie Liriche*, & alia, quorum haùd pauca typis prodière.

FEDERICUS VITALI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

Rotulus Anni 1642.

JOANNES VILLA Ferrariensis, Marchio Majorum suorum
1642 præclarissima sectatus exempla, Martem juvenis sectatus est, senex verò, Sacerdos Deo militavit. Almæ Universitatis nostræ Reformator fuit, cùmque multæ esset Eques eruditionis, Poesi Italicæ quoquè operam dedit: Obiit anno 1686. mense Martio. Vivit nùnc March. LANCELLOTUS VILLA, Eques gravibus, amœnioribusque Litterarum studiis addictus; multa scripsit, ac scribit, sed ab edendo abhorret.

JACOBUS EMILIANI Ferrariensis, J. U. Doctor.

Ro-

Rotulus Anni 1643.

HIPPOLITUS FAROLFI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor. 1643

ALEXANDER PECENINI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

Rotulus Anni 1644.

CAROLUS FESTINI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor, qui dùm Romæ ageret, publicis Urbis noſtræ negotiis procurandis, illìc etiàm in Sapientiæ Academiâ profeſſus eſt. At tandèm deceſſit in Patriâ, ac apùd ſuos in D. Franciſci Templo tumulatus, ut tradit Borſetti, *Supplem. fol.* 90. 1644

BERNARDINUS PERINELLI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

HIERONYMUS NIGRISOLI Ferrarienſis, Philoſophiæ, ac Medicinæ ſtudiis celeberrimus: Anno 1650. à Ferdinando Gonzaga Duce Vaſtallam honorificè accerſitus, annis pluribus ejuſdem Archiatri munere egregiè functus eſt; dumqùe ibidèm moraretur, anno ſcilicèt 1665. laudatiſſimum Volumen, Duci eidem inſcriptum edidit, cui titulus: *Progymnaſmata Medica*; Ferrariæ verò, viſâ functo Mauritio Calani, Philoſophiæ in Almâ Univerſitate noſtrâ Lectore Primario, Nigriſoli per Lycei Moderatores in Patriam, prævià Vaſtallenſis Ducis veniâ, revocato, defuncti Cathedra eſt collata: De hoc fuſiùs Libanori, *Ferrara d'Oro, part* 3. *fol.* 169., Nigriſoli noſtri *MSS. Lecturas, de Urinis, & Pulſibus* apùd ſe habet D. Egidius à Fabrâ ſæpè memoratus.

HIERONYMUS RINALDI Ferrarienſis, Phil., & Medic. Doctor, Mathematicæ Lector.

ANTONIUS GRAZIANI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

Rotulus Anni 1645.

1645 SANCTE MAGNANINI Ferrarienſis, Phil., & Med. Doctor.

FRANCISCUS TUSINI Ferrarienſis, celebris Philoſophus, ac Medicus, quem Ferrariæ, in D. Dominici Templo humatum fuiſſe refert Borſetti, *Supplem. fol.* 69.

HIERONYMUS AGNELLA Ferrarienſis, Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctor celeberrimus, in Almâ Univerſitate noſtrâ Anathomiam ultrà quintum, & trigeſimum annum, ſummâ cum laude profeſſus: Tanta autèm ejuſdem virtus fuit, ut Innocentius XII. Pontifex, & Victor Amedeus II. Dux Sabaudiæ, poſtmodùm Sardiniæ Rex Medicum, ac Patavinæ Univerſitatis Reformatores Primarium, in eâ, Practicæ Medicinæ Doctorem certatìm exoptarint, magniſque oblatis conditionibus expetierint; ille verò, nunquàm adduci potuit, ut Patriam, cujus mirâ charitate tenebatur, defereret: Optimos in eâ Alumnos, Hiacintum præſertìm, ac Joannem filios inſtituit, *innumeras in Medicinâ Conſultationes*, etiàm pro Magnis Europæ Principibus aureo ſtilo conſcripſit, nulli unquàm, ægeno præcipuè (pientiſſimo etenìm erat animo) ejuſdem conſilium, vel operam imploranti defuit, donèc laboribus confectus in Patriâ obiit, anno MDCCII. ſexto Kalendas Septembris, ætatis ſuæ anno LXXVI.

HIPPOLITUS MONETA Ferrarienſis, Philoſ., & Medicinæ Doctor.

JO: BAPTISTA RECETTI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

Rotulus Anni 1647.

DOMINICUS FREGUGLIA Ferrarienſis, Juriſconſultus in-
1647 ſignis, tàm in Patriâ Univerſitate, quàm Domi à Lycei Moderatoribus Lector, Juventuti in legali ſcientiâ erudiendæ conſtitutus: His autèm muneribus egregiè functus eſt, multoſque probè inſtituit, præſertìm Marcum Antonium filium, de quò infrà dicturi ſumus.

PHI-

PHILIPPUS MORLACHETTI Ferrarienfis, Philofophus, ac Medicus, nec non Mathematicæ Lector.

JOANNES BASCARINI Ferrarienfis, præclari nominis Medicus, Philofophus, ac Aftronomus, ut ex laudatiffimis, quæ fcripfit, ad refpectivè publici Juris fecit, ejufdem Operibus conftat; funt autèm: *Difputationum Medicinalium Canones XII. Mundus Philofophicus: Gigas contractus: Cometis Pogonaris anni 1664. Prognofis, & Juditium*, &: *Piæ Stirpis Procerum Elogia Hiftorica*. Timpanitide correptus Ferrariæ obiit, die 22. Marti 1673., Libanori, *Ferrara d'Oro part. 3. fol. 129.*, & Jo: Jacobus Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*.

Rotulus Anni 1648.

CÆSAR LOLLIO Ferrarienfis, Philof., & Medic. Doctor. 1648

Rotulus Anni 1649.

GRATIUS CONTRI Ferrarienfis, Jurifconfultus infignis, cujus Refponfa tamquàm Themidis oracula habita funt: Multis 1649 in Patriâ honoribus eft perfunctus, atque omnibus fe digniorem oftendit. Hæc autèm ab ipfo edita funt, multùm fibi in Foro auctoritatis jure merito vindicantia, nempè: *Volumen Difceptationum Forenfium, cùm Decifionibus Sacræ Rotæ Romanæ*, & *Quinta Effentia Juris Prudentiæ*. Borfetti, *Supplemento, fol. 67.*, & Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 176.*

CAROLUS RINALDINI Ferrarienfis, Mathematicæ Lector.

Rotulus Anni 1650.

CAROLUS PIO de SABAUDIA Ferrarienfis, ex S. Gregorii Principibus, Sanctæ R. E. Cardinalis ab Innocentio X. Pont. 1650 Max. conftitutus anno 1654. Urbini Legatus, deindè Ferrariæ Epifcopus meritiffimus: Studii noftri Reformator fuit etiàm, ac hujufmodi munus, (quod notabile eft) ufquè ad mortem, quæ incidit die 13. Februarii 1689 retinuit. De eo Georgius Vivianus Marchefi, *de Viris illuftr. Galliæ Togatæ, libr. 1. cap. 4.*

PETRUS NASELLI Ferrarienfis, J. U. Doctor.

CAROLUS MASI Ferrarienfis, Philofophiæ, & Medicinæ Doctor.

FRANCISCUS GIOVANELLI Ferrarienfis, Phil., & Med. Doctor.

DIONISIUS BORSETTI Ferrarienfis, Ordinis Servorum, noftri Patruus magnus, Andreæ Borfetti Civis Ferrarienfis filius, Theologus, ut fertur, infignis: Hic Theologiæ Cathedram in infigni Univerfitate noftrâ confecutus eft, poftquàm celebriores Lecturas, intèr fuos exercuerat: Fuit etiàm Concionator eâ ætate eloquentiffimus, illumque Roma, Venetiæ, Senæ, Vincentia, Urbs tandèm noftra è fuggeftù dicentem haùd gravatè audière: Sed & in funere Eminentiffimi Francifci Mariæ Macchiavelli, Ferrariæ Epifcopi difertiffimam habuiffe *Orationem* dicitur, anno 1653., quod poftremùm ejufdem ingenii experimentum fuit; nàm paulò poft, cùm annum 49. ageret, Ferrariæ obiit, ac in Templo S. Mariæ Servorum tumulatus eft. De eo fufiùs Abbas Antonius Libanori, *Ferrara d'Orò, part. 1. fol.* 142. Sub Dionifii noftri Prioratu, anno 1644. cœptum fuiffe Divina peragi in præfenti Ecclefiâ D. Mariæ Servorum, fcribit Andreas Borfetti, *Supplem. delle Chiefe di Ferrara, fol.* 161.

ALMERICUS PASSARELLI Ferrarienfis, cùm lucidiffimum ingenium à naturâ obtinuiffet, illud fcientiarum fermè omnium ornamentis excoluit; ne dùm enìm Jurifprudentiam profeffus eft, verùm etiàm facræ Theologiæ, Philofophiæ, Rhetoricæ, Poefis, univerfæque Eruditionis expertiffimus fuit: In Patriâ Univerfitate Theologiam docuit, Doctoralia enìm eâ in facultate infignia fuerat confecutus: Intèr Ferrarienfis Rotæ Auditores pleniffimâ Senatus confpiratione numerari quoquè promeruit; deindè ad Patavinam Academiam accitus, inidèm ad annos multos Jura interpretatus eft: Quòd autèm ad ejufdem doctrinæ monumenta pertinet, hæc Paffarelli edidit, videlicèt *De Donationibus Volumina duo: Armilli Difciplinam: Orationes latinas*, eas præfertìm, quas in Confiftorio Romano, Clementibus, IX. ac X. fummis Pontificibus, Orator prò Ferrarienfibus, obedientiæ præftandæ causâ recitavit: Itèm fermone italico *Poefie: Drammi*, cioè

cioè Orizia: Ercole effeminato: Calisto ingannata: Endimione, & alia plura. Libanori, *part.* 3., Borsetti, *fol.* 51., & 243. Decessit Patavii anno 1682. V. Idus Februarii, ac in D. Francisci Templo requiescit: Mortis ejusdem causam, quòd scilicèt, senex, uxorem duxisset adolescentulam, affert Papadopoli, *Histor. Gymnasii Patavini, Tom.* 1. *lib.* 3. *sect.* 1. *cap.* 31.

Rotulus Anni 1651.

JOSEPH MAGNONI Ferrariensis, immortalis famæ Juris- 1651 consultus, Advocatusque in Patriâ celeberrimus, cujus doctrinam morum quoquè integritas exequavit: Hic à Ferrariensium Republicâ sempèr magnì factus; par tamèn gratissimus Magnoni animus eidem rependit, jura publica tutando, ac operam, in maximo Acquarum cum Bononiensibus discrimine, strenuissimè impendendo: Inumeras, in quocumque Causarum genere *Consultationes*, à magnis etiàm Europæ Proceribus requisitus, conscripsit, quæ summam in Foro auctoritatem obtinuerunt; utinàm verò collecta, typisque edita fuissent, nàm præclarior Patriæ nostræ, Auctorique gloriæ titulus accederet.

PAULUS BARTOLI Ferrariensis, Legum Doctor, atquè in Humanis Litteris versatissimus: Hic, Francisco Berni Comiti, Urbis Ferrariæ à Secretis Primario, de quo suprà, successor à Centumvirali Senatu datus est; ipse verò eligentium votis optimè respondit annis pluribus, Patriæ, ejusdemque Patribus amantissimè deserviendo.

LUDOVICUS AGOLANTI Ferrariensis, Legum Doctor, nec non Advocatus in Patriâ, publicis muneribus egregiè functus, de quò cùm laude meminit Borsetti, *Supplemento*, *fol.* 158.

AUGUSTINUS QUERCI Ferrariensis, J. U. Doctor, qui deindè Oratorii Præsbiter fuit.

JO: BAPTISTA GIUSTINI Ferrariensis, præclarâ Stirpe Aretii in Hetruriâ natus ad nos se contulit, ac Ferrariensi Civitate donatus, in eâ Familiam constituit: Fuit autèm Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, ac in Lyceo nostro hujusce facul-

 tatis

ratis Lector egregius. Jo: Jacobus Mangeti, *in Bibliotheca Medica, sub Elogio Joseph Lanzoni.*

Rotulus Anni 1652.

1652 DIONYSIUS SCUTELLARI Ferrariensis, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor excellentissimus, qui tàm medendo, quàm publicè, domique docendo, utilimam Patriæ operam navavit.

JO: FRANCISCUS LANZI Ferrariensis, Philos. & Med. Doctor.

Rotulus Anni 1654.

1654 BARTHOLOMEUS MARCHI Ferrariensis, Ord. Prædicatorum, insignes Ordinis sui Theologos intèr jure merito recensitus, nèc non Concionator disertissimus, qui pluriès Ferrariensi Cœnobio præfuit, illudque amplissimis auxit ædifitiis. Postremo anni 1664. die in Patriâ obiit, ut scribit Libanori, *Ferrara d' Oro, part.1. fol.* 143.

HIERONYMUS BRASAVOLA Ferrariensis, Philosophus, Mathematicus, ac Medicus insignis, qui Romæ floruit, & Summorum Pontificum, nèc non Christinæ Svecorum Reginæ Archiater fuit: Italicas Musas sectatus est etiàm, ut ex variis constat Poeticis ejusdem MSS. Obiit Romæ die 31. Julii 1705., dùm septuagesimum octavum ætatis annum ageret. Crescimbeni *Hist della Volgar Poesia, volum.*4. *lib* 3. *cent.* 3. *n.* 10. Fusiùs verò Hieronymus Baruffaldi, *Commentar. Istorico-Erudito all' inscrizione di Antonio Musa Brasavola*, §. 46.

CAROLUS CAVALLINI Ferrariensis, præclari nominis Philosophus, ac Medicus, cujus in curandis ægrotis peritia magno fuit in pretio habita.

Rotulus Anni 1655.

GIBERTUS PIO de Sabaudiâ, ex Principibus S. Gregorii,
1655 Almi Lycei nostri Reformator.

JOAN-

JOANNES BERTOLAZZI Ferrarienſis, J. U. Doctor.

JULIUS CÆSAR NIGRELLI Ferrarienſis, Philoſophus, ac Medicus valde celebris, cujus multùm in ægrotorum curatione, doctrina valuit.

Rotulus Anni 1656.

JO. BAPTISTA TOSINI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor. 1656

Rotulus Anni 1657.

JACOBUS LOMBARDI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor: Muſis etiàm vacavit Italicis, dùm juvenis eſſet, ſed non venuſtè admodùm, non ingenii, ſed ſæculi vitio. 1657

Rotulus Anni 1658.

PAULUS BONACCIOLI Ferrarienſis, J. U. Doctor.

VINCENTIUS COSTABILI Ferrarienſis, Juris Doctor excellentiſſimus, à Borſetti, *Supplemento*, *fol.* 19. cùm laude memoratus. Obiit anno 1665., ejuſque corpus in D. Andreæ Templo tumulatum eſt. 1658

AUGUSTINUS ZANCHI Ferrarienſis, intèr celebres ſui temporis Philoſophos, Medicoſque jure meritò recenſendus; praxìm autèm Medicam felicitèr adeò intèr nos exercuit, ut ingentes div itias (parùm abfuit, quìn etiàm exitium) ſibi comparaverit.

Rotulus Anni 1659.

ALPHUNSUS BRASAVOLA Ferrarienſis, Phil., & Medic. Doctor, Muſarumque Italicarum ſectator, ut tradit Hieronym. Baruffaldi, *Commentar. di Caſa Braſavola*, *§*. 42. 1659

CHRISTOPHORUS UNGARELLI Ferrarienſis, Philoſ., & Medicus.

CÆSAR AMADORI Ferrarienſis, Phil., & Med. Doctor.

Rotulus Anni 1660.

1660 HIPPOLITUS BENTIVOGLIO Ferrarienſis, Marchio, in Divinis, Humaniſque Litteris eruditiſſimus, celeberrimæque Univerſitatis noſtræ Reformator: Edidit *L' Annibale in Capua*, *Dramma* : *La Filli di Tracia*, *Dramma* : *L' Achille in Siro*, & alia: Multa etiàm reliquit inedita. Libanori, *Ferrara d' Oro*, *part. 3. fol. 184.* & Jo: Marius Creſcimbeni, *Hiſtoria della Volgar Poeſia*, *Volum. 4. lib. 3. centur. 3. n. 4.*

CAROLUS CARPI Ferrarienſis, J. U. Doctor.

Rotulus Anni 1663.

1663 FRANCISCUS CIRIANI Ferrarienſis, J. U. Doctor

Rotulus Anni 1665.

1665 JO: BAPTISTA GOZI Ferrarienſis, præclarus Juriſconſultus, qui in Criminali Praxi præſertim peritiſſimus fuit, ac in Patria Reorum Advocati munus annis pluribus, & uſquè ad poſtremum longevæ ætatis diem dignè obivit.

ANGELUS CAVALLINI Ferrarienſis, J. U. Doctor.

PERACINUS VISDOMINI Ferrarienſis, Phil., & Medicinæ Doctor.

GASPAR CARRA Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

FELIX ACCURSIUS Ord. Prædicatorum, Philoſophus, ac Theologus inſignis.

Rotulus Anni 1666.

1666 LUDOVICUS ANDREOLI Ferrarienſis, optimi ingenii vir, Legum Doctor, Humanarumque Litterarum ornamento præclarus: Hic elegantem *Orationem* habuit in noſtrâ Intrepidorum Aca-

de-

demiâ in funere Marci Aurelii Galvani J. C. celeberrimi Ferrariensis, Patavii vitâ functi, ut tradit Borsetti, *Supplemento*, *fol.* 11.

JULIUS BORDANI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

Rotulus Anni 1672.

FRANCISCUS MARIA NIGRISOLI Ferrariensis, Philosophus, ac Medicus præclarissimus, filius Hieronymi, de quo 1672
suprà sermonem habuimus: Fuit hic in celeberrimâ Universitate nostrâ Philosophiæ Lector Primarius, Domi verò Medicinæ Lector, quâ in Facultate multos egregiè erudivit. Quantùm autèm in Medicâ Praxi excelluerit, ne dùm Patria, ubi ætatem medendo transegit, sed noverunt præclariores Europæ Urbes, ac Principes viri, à quibus honorificentissimè eidem, si Patriam deserere voluisset, conditiones oblatæ. Mirâ fuit morum probitate, mirâ in Pauperes dilectione, ità ut non tantùm curaret gratìs, sed plerisque etiàm, quos miseriores cernebat, pharmaca, victumque propriis sumptibus suppeditaret. Plura doctissimè conscripsit, typisque dedit; sunt autèm *Febris Chinâ Chinæ expugnata: De Chartâ, ejusque usu apùd Antiquos: De Onocrotalo: Parere sopra l'Epidemia degli Animali; delli anni* 1713. & 1714. *Lettera sopra i Topi, che invasero le Campagne di Roma nell'anno* 1690. *Farmacopea Ferrarese: Discorso, sopra il fare la elezione degli Ufficiali publici: Consulti Medici: Anatomia Chirurgica delle Glandole, sotto nome di F. M. Gigli: Anonymi Tractatus varii de morbis: Risposte ai Bolognesi in comprova della celebrità dello Studio di Ferrara: Lettera, che serve di Argomento alla sua Opera delle Considerazioni intorno alla Generazione dei Viventi, e dei Mostri: Le dette considerazioni, circa la generazione dei Viventi, e dei Mostri, Parte Prima: Secundam quoque Partem* conscripserat, at dùm vulgare meditabatur, mors intercepit: Obiit autèm Ferrariæ, ætate nostrâ. De eo Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*.

AUGUSTINUS BALDASSARI, de Castro Bononiense, Ord. Minorum, in Philosophicis, ac Theologicis facultatibus peritissimus, & intèr celebriores sui Ordinis jure merito recensendus.

Rotulus Anni 1673.

1673 PETRUS MICHELI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

JO: ANDREAS NIGRISOLI Ferrarienſis, Eccleſiæ Ferrariæ Cathedralis Canonicus, in Almo noſtro Lyceo ſacræ Theologiæ Lector, à Borſetti, *Supplem. fol.* 244. memoratus.

FLORIUS TORI Ferrarienſis: Hic animum Legum Civilium, & Canonicarum doctrinâ non tantùm excoluit, quantùque in eâ polleret, in Guberniis quibuſdam, quibus præfuit oſtendit, ſed etiàm Bonarum Litterarum ſtudiis mirificè claruit; quapropter ab Univerſitatis noſtræ Moderatoribus Eloquentiæ, ac Poetarum Cathedram obtinere promeruit: Multa ſcripſit, non omnia tamèn typis data; quæ inedita reliquit, ſunt: *Vera Imperatoris Imago*: *De coronis Antiquorum*: *Judicium Librorum*: *Tractatus diverſorum Auctorum*: *Iſtoria morale*: *Due Diſcorſi della Felicità umana*: *Un Diſcorſo della Soſtanza corporale*: e *Poeſie Liriche*; ea verò, quæ edita reperiuntur, ſunt: *Un'Ode in lode di Papa Aleſſandro VII*: *Le grida di Cerere*: *Deſcrizione in Proſa d'un Torneo, intitolato le Gare Marine*: *Varie Poeſie*, ac id genus plura. Sed de eo fuſiùs Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 95.

Rotulus Anni 1674.

1674 HIERONYMUS NIGRISOLI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

PETRUS BOARI Ferrarienſis, Phil., & Med. Doctor.

Rotulus Anni 1675.

1675 EGIDIUS BORGHI Ferrarienſis, J. U. Doctor.

ALPHUNSUS VENETICO Ferrarienſis, J. U. Doctor.

JO: PETRUS FERRARESI Ferrarienſis.

FRAN.

FRANCISCUS LANA Brixienſis, Societatis Jeſù, Philoſophus, Theologus, ac Mathematicus excellentiſſimus, qui publicè in Lyceo Ferrarienſi, privatìm in Societatis ſuæ Collegio Matheſim docuit, tantæque intèr nos vir æſtimationis fuit, ut Marchio Hippolytus Bentivoglio Senior, annorum quinquaginta circitèr ætatem agens ab eo inſtitui, ut diſcipuli aſſolent, in ejuſdem Collegii paleſtrâ minimè erubuerit: Ferrariâ, paulo antè obitum, in Patriam rediit, ibidemque anno 1686. præfuit Brixienſi Fileſoticorum Academiæ prò Studiis Phiſicis, & Mathematicis in id tempus inſtitutæ, donèc ſequenti anno è vivis ereptus eſt, unàque cum eo Academia finem habuit, quemadmodùm refert Hiacintus Gimma, *Italia Letterata, Tom. 2. cap. 38. n. 19.* Doctiſſima conſcripſit Franciſcus opera, ac publici juris fecit; ſunt autèm, ſermone italico: *Prodromo all' opera infraſcritta*, & latino idiomate: *Magiſterium naturæ, & Artis, Tomis tribus in folio diſtinctum.*

NICOLAUS BELLAJA Ferrarienſis, Philoſophus, ac Medicus in morborum curatione diligentiſſimus: Longævus in Patriâ deceſſit.

Rotulus Anni 1676.

CAROLUS BRUNALDI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor, & ejuſdem facultatis in inſigni Academiâ noſtrâ profeſſor: 1676
Philoſophiæ quoquè, ac ſacræ Theologiæ lauream conſecutus eſt: His verò in facultatibus, quas Ferrariæ domi docuit, plures vir doctiſſimus, itemquè religioſiſſimus optimè inſtituit: Deindè ad Venerabilem Maſſæ Superioris Eccleſiam promotus, quam diù, rexit, Clericos, ac Sacerdotes ibidèm ſuo sùb Tyrocinio ſui ſimiles efformavit, quaproptèr multi ab eo eruditi, ad curam Animarum gerendam aſſumpti ſunt. Ipſe autèm in ſenectute optimâ Animam Deo reddidit. Borſetti, *Supplemento, fol. 119.*

Rotulus Anni 1677.

OCTAVIUS CAPELLI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor, morum ſuavitate omnibus acceptiſſimus. 1677

Ro-

Rotulus Anni 1678.

1678 JOSEPH SPAGNOLI Ferrarienfis, J. U. Doctor.

PETRUS LEO MARCHIONI Ferrarienfis, Jurifconfultus celeberrimus, acerrimi vir ingenii, profundique in Forenfibus quæftionibus acuminis Doctor: Innumera ab eodem in *Jure Refponfa* fcripta funt, quæ typis mandata, Tomos plures, maximâ cum Auctoris laude conftituerent: Hæc autèm apùd Hæredes MSS. fervantur.

Rotulus Anni 1679.

AMBROSIUS NORIS Ferrarienfis, Juris Utriufque Doctor,
1679 ac Caufidicus præclariffimus.

JACOBUS MINIO, RONCAGALLI Ferrarienfis, fummæ æquitatis, Doctrinæ, & integritatis Jurifconfultus, ac Patriæ amantiffimus, pro quâ in maximo Aquarum negotio varias Legationes obivit, multùmque laboris impendit: Idcircò, grati animi ergò, eum Ferrarienfis Senatus, Almæ fuæ Rotæ bis Auditorem conftituit; quo vix functus munere, Ferrariæ, Civium omnium mœrore occubuit.

LEONARDUS MEZOGORO Cymaclenfis, Philofophiæ, & Medicinæ Doctor.

ALPHUNSUS FABRI Ferrarienfis, Philofophiæ, & Medicinæ Doctor.

JOANNES MELCHIORI Venetus, Congregationis Sommafchæ Clericus, Hiftoriæ, ac Poeticæ Lector: Acuti vir fuit ingenii, quòd etiàm in Mathematicâ facultate exercuit, Græcafque litteras calluit. Venetiis obiit die 5. Aprilis anno 1691., ætatis verò fuæ 35.

ALOYSIUS à FABRA Ferrarienfis, Philofophos, ac Medicos intèr Civitatis noftræ præclariffimos jure merito memorandus: Doctiffimas hic *Phyfico-Medicas Differtationes* edidit, nempè: *De Ufu*

Usu Tabacci: *De Cocholatâ*: *De Caffè*: *De Herbâ Thè*: *De Acquâ vitis*: *De Rosolio*, *& de morbis ab eorum abusu provenientibus*: *De Acquâ Nucerianâ*: Multas quoquè hæredibus *MSS. Consultationes* reliquit: Ejusdem meminit eruditissimus Hyacinthus Gimma, *Idea dell' Istoria dell' Italia Letterata*, *Tom.* 2. *cap.* 49. *num.* 19., & Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*. Vivit Almericus frater, Congregationis Sommaschæ Clericus, Philosophus, Theologus, ac Orator.

Rotulus Anni 1680.

JOANNES FRANCISCUS FERRI Ferrariensis, Juris Utr. Doctor. 1680

GEORGIUS MARTELLI Ferrariensis, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor.

Lectorem hoc monitum volumus, nos ab eorum, qui adhùc in humanis agunt, laudibus temperaturos, ne potiùs quàm vera dicere, gratiæ captandæ ergò loqui videamur: *Eos tamèn, quibus fortassè functi fuissent, honores, editaque Opera, ut par est, minimè reticebimus*.

AUGUSTINUS FABRI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

PETRUS FRANCISCUS FRANCESCHI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

JO: DOMINICUS BENETTI Ferrariensis, Philosophiæ, ac Medicinæ professor egregius, in ægrotorum curatione laudatissimè exercitatus: Hic utilimum edidit Librum, cui titulus: *Opus Medico-Morale*, aliaque multa reliquit inedita: Senex autèm obiit in Patriâ, anno 1732. Jo: Jacobus Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*.

Rotulus Anni 1681.

LIBORIUS BRISSIANI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor. 1681

STE-

STEPHANUS CUPILLI Venetus, Congregationis Somaschæ, egregius in Universitate nostrâ Humanarum Litterarum Lector, nèc non Philosophus, ac Theologus insignis: Summâ quoquè morum integritate fuit; quapropter ab Innocentio XII. Scardonæ primò, deindè Tragurii, tandèm à Clemente XI. Spalati Infulis fuit decoratus; Spalati autèm mortuus est circà finem anni 1719.

Rotulus Anni 1682.

1682 SIGISMUNDUS NIGRISOLI Ferrariensis, , celebris J. U. Doctor.

MARCUS ANTONIUS FREGULIA Ferrariensis, Jurisconsultus undequaquè celebratissimus, Patriæ, ac Lycei nostrorum decus, vir Philosophiæ, Mathematicæ, Theologiæ, Rhetoricæ, Poesis, ac omnimodè eruditionis studiis refertissimus. His omnibus accessit singularis morum suavitas, impolluta integritas, mira, morteque testata, in Patriam dilectio; gravissimas equidèm pro eâ, in arduo Aquarum negotio, Romam, Bononiam, Ravennam, ac Faventiam legationes subiit, quinimmò dùm Faventinis congressibus, intèr trium Provinciarum Nuncios, coràm Eminentissimo Julio Cardinali Piazza ejusdem Civitatis Antistite, ac Judice habitis, interesset, Patriæque Jura strenuissimè tueretur, brevi correptus morbo interiit anno 1726., dùm intèr Ferrariensis Rotæ Auditores locum dignissimè obtineret. Quanta verò, quamque docte in Jure scripserit, celebrioribus Italiæ Jurisconsultis judicandum reliquimus; hoc verò dolemus, ea in Volumina digesta publici Juris minimè fieri.

ANTONIUS MARIA BONONI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor egregius, qui *Consultationes Medicas* quamplures doctissimè scripsit: Extremis vitæ annis Sacris initiatus est; obiit verò anno 1735.

Rotulus Anni 1684.

1684 HIERONYMUS LOLLIO Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, & quidèm tam doctrinâ, quàm moribus cele-

lebrandis : Ad hunc datam credimus mox exhibendam D. Francisci Salvi Elegiam.

Rotulus Anni 1685.

DONUS ALOYSIUS BENTIVOGLIO Ferrarienfis, vivens, Marchio, ex Hifpaniarum Magnatibus Eques, Almæ Univerfitatis noftræ Reformator, Theologus, Philofophus, Orator, Poeta, omnique eruditionis genere refertiffimus: Scripfit ufquè adhùc: *Orazioni : Difcorfi Academici : Lettere : Poefie Liriche*, & alia, quorum nonnulla typis etiàm mandata funt, præfertìm in celebrioribus Italiæ Collectaneis. 1685

ANT. FRANC. RIGHETTI Ferrarienfis, J. U. Doctor, & in Patriâ Advocat., vivens, qui *Confultationes* multas fcripfit.

MARCUS ANT. PISANI Ferrarienfis, J. U. Doctor.

FRANCISCUS SCUTELLARI Ferrarienfis, Phil., & Med. Doctor.

Rotulus Anni 1686.

ROBERTUS OBIZZI Ferrarienfis, Marchio, Almæ Univerfitatis noftræ Reformator. 1686

FRANCISCUS FARRI Ferrarienfis, J. U. Doctor, qui Almæ Ferrarienfis Rotæ Auditor fuit, æquitate, ac morum integritate memorandus.

FRANCISCUS SALMI Ferrarienfis, Philofophiæ, & Medicinæ Doctor infignis, variâ eruditione refertiffimus; atquè in Carminibus, tàm Italicis, quàm Latinis elucubrandis, ut ex iis, quæ impreffa extant, nonnullis in Collectaneis, facilè apparet, elegantiffimus: Utinàm verò nobile Latinum Poema, quod *de re Medicâ* meditabatur, ac magnâ ex parte mente conceptum amicis recitabat (memoriâ enìm tenaciffimus erat) fcriptis mandaffet; illud profectò, Litteratorum noftrorum judicio, infignioribus Poetarum operibus potuiffet comparari! Familiarem ejufdem Elegiam, quàm, dùm Philofophiæ, & Medicinæ ftudiis ado-

lescens operam daret, ab Hostellario scripsit Hieronymo (Lollio credimus, qui coætaneus fuit, eodemque anno, quò Salmi, Doctorali Laureâ insignitus) studiorum socio, cùm nobis potestatem excribendi fecerit D. Andreas Barotti V. Cl., eam hìc dare visum est: Ab hac autèm juvenili elucubratione, quid Salmi maturior factus efficere potuerit, Lector argues.

Amico Optimo Franciscus Salmius salutem, ac omnimodam Animæ, & Corporis prosperitatem.

O Dilecte vale, solo quì mense, per annos
Visus es ex oculis dissitus esse meis,
Mirabàre puto, quod postquàm ab Urbe recessi
Nulla priùs fuerit pagina missa tibi;
Forsàn & infidus jàm nùnc, crudusque vocabar,
Atquè etiàm sanctæ læsor Amicitiæ.
Parce precor; non tù nostro de pectore lapsus,
Tàm citò, sed nemo, qui tibi ferret, erat,
Nos etenim multis distantes millibus illinc,
Seppositosque nimìs dulcia rura tenent;
Dulcia rura, quibus totam si degere vitam
Detur, nil mihi jàm gratius esse potest.
Tù verò magnâ lætus spatiaris in Urbe,
Invaduntque animum gaudia mille tuum:
Structa juvat pariis spectare palatia saxis,
Et sculptis oculos pascere in historiis;
Seù fora, sivè vias cernas, seù templa, domosque
Templa tibi, plateæ, tecta, viæque placent;
Si qua ibi Divorum celebrant solemnia Cives,
Illùc tu recto tramite tendis iter,
Nempè tibi ut patulas delectet Musicus aures
Dùm per diversas itque, reditque notas:
Interdùm Citharam percurrens otia pellis,
Interdùm lætos concinis ore sonos:
Quid referam quotiès Naturæ arcana potentis.
Vestigans, animo concipis alta tuo?
Quìn mediis fortasse sitim nùnc pellis in undis,
Quæquè simùl quondàm scripsimus, illa legis;
Corporis humani præsertìm pabula præbet
Structura ingenio, materiamque tuo.

Con-

Conspicis, ut validis stent ossa cohercita vinclis,
Ossa admirandæ fulchra futura domus;
Ut supèr hæc Natura suæ miracula molis
Struxerit, excelsis prodigiosa modis;
Mollia membranis ut texerit, aspera crustis,
Tendinibus nectens membra trahenda suis;
Ut teneras fibris firmarit sedula carnes,
Viscera ut in tutis jusserit esse locis;
Musculus ut moveat; quæris quid glandula præstet,
Fulciat an tantùm, vel quoquè gignat aquas?
Stipata an cutis excrementa epydermida formet;
An condensatus frigore crescat adeps?
Nervus an è cerebro, sit nata arteria corde?
An venas spargat per loca quæque jecur;
Sed nihil occurrit, quod non sua munera præstet,
Sic bene conspirans quotàcumque viget.
Quin alios ductus, per quos Chilus ipse feratur,
Conspicis eximiis nùnc innuisse viris;
Atquè ut perpetuo sanguis per singula motu
Circulet, ad fontem dùm redit usquè suum.
Heu nimis elapsis portenta incognita sæclis
Idem dùm nostros luderet error Avos!
Macte animis tamèn, antiquas si quæ ardua gentes
Inscrutabilibus jàm latuère modis,
Hæc tibi servantur, tù nobis invia pandes,
Et te jamdudùm gloria tanta manet;
Idcircò jàm nùnc Scriptorum oracula voluis,
Atquè indefessâ singula mente notas,
Forsàn & ad magni confers dictata Magistri,
Nàm Veri Lidius sunt ea scripta lapis.
O te felicem, cui se Natura benignam
Præstitit, ac tantùm præbuit ingenium!
At nos hæc nimiùm nostras excedere vires
Scimus, & his humeris vix grave fertur onus:
Adde, quod hìc aliæ longo nimis ordine curæ,
Quas nolim menti se exhibuisse meæ;
Nempè mihi patrii commissum est munus Agelli,
Hocque mihi, donèc rure morabor, erit;
Nâmque peracta meo mox est vindemia nutu,
Quæ secùm verè non leve pondus habet:

 Nùnc

Nùnc verò ut faciles infringant vomere glebas
Nos etenìm lapsâ messe fefellit ager.
Nùm benè sint discussa levi nova tritica cribro,
Sincerum ut possint tradere semen humo;
Quælibet anne suis sit prædita vitibus arbor,
Ut possit fructus reddere grata suos;
Anne exicatæ limphis sint undiquè valles,
Cùm Sol continuis usserit arua rogis:
Præcipio, ut juncos urant, cannasque palastres,
Ut benè temporibus germinet herba suis;
Observo, teneras ubì confert ponere plantas,
Protinùs ac terris sæva recedit hiems;
Quisnam sit Nucibus, quisnam locus utilis Ulmis,
Utque Salix imum frondea littus amet:
Ista tenent nostram, dulcis Hieronyme, mentem,
Ut vix aucupio nùnc brevis hora vacet.
Dùm scribo, en adstans jàm nùnc, & tritica poscens,
Perturbat mentem Rustica turba meam.
Ipse, meis verbis, rogo, dic salvère Magistrum,
Ergà quem summus te quoquè cogit amor.
Jàm jàm aderunt nobis Divi Solemnia Lucæ,
Queis potero tecùm, sit modò vita, loqui.

Fac Valeas. Hostellati pridiè Idus Octobris
Anno DCLXXX. suprà mille.

Rotulus Anni 1688.

1688 RAINALDUS SQUARZONI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor.

HIACINTUS MAZZUCCHI Ferrarienſis, Ordinis Prædicatorum, Philoſophus, ac Theologus præſtantiſſimus, qui ab hac Patriâ Univerſitate, in quâ publicè profitebatur, ad Patavinam, undè nobile ipſius genus oriundum, tranſiit, ibidèmque per annos multos, uſquè ad obitum, Philoſophiæ Cathedram, magno plausù tenuit. Fuit autèm in Ordine ſuo Provinciæ Utriuſque Longobardiæ nuncupatæ Provincialis.

JO:

JOANNES MAGRINI Societatis Jesu, Theologus, Philosophus, ac Mathematicus insignis, qui in Ferrariensi Societatis suæ Collegio Theologiam Scholasticam legit; in Mathesi verò, quam diù in Collegio eodem, ac publicè in Lyceo Ferrariensi docuit, Civium nostrorum multos optimè erudivit; Plurimùm is etiàm de Patriâ nostrâ meruit, in arduâ enìm Rheni causâ Visitationibus pluribus, Eminentissimorum de Abduâ, & Barbarini præsertìm, pro Ferrariensibus interfuit, strenuissimamque ipsis operam scribendo navavit: Placentiam à Francisco Farnesio Duce accitus, se contulit, ut Urbem illam ab irruentis Padi impetu tutam redderet, cujus tùnc muniendæ gratiâ, & felicitèr quidèm, Prismatum, unà cùm celebri Gulielmino Bononiense auctor fuit, ità ut maximam apùd Ducem eumdem gratiam promeruerit. Plures in Mathematicâ facultate *Tractatus* Magrini conscripsit, ac MSS. apùd Collegii Ferrariensis Patres reliquit; sunt autèm: *De Naturâ Scientiarum Mathematicarum: De Argumentatione Arithmeticâ: De Proportionibus: De libro 5. Euclidis: De Opticâ: De Dioptricâ: De Astronomiâ: De Mundi Systematibus: De Gnomonicâ: De Astrologiâ: De Trinogometriâ: De Legarithmis: De Tacticâ: De Geometriâ practicâ: De Stereometriâ: De Tetragonismo: De Geographiâ: De Praxi in aggerum constructione: De motu locali: De Hydrostaticâ: De Aquarum scientiâ: De Libellatione*; *Problemmata* etiàm multa, publicè disputanda, proposuit, ac alia, quæ brevitatis ergò referre omittimus.

HYACINTUS AGNELLA Ferrariensis, Hieronymi Medici præstantissimi filius, ejusdem & ipse professionis Sectator, & à paternâ virtute minimè degenerans; Eminentissimorum Cardinalium in Patriâ Medicus fuit, a quâ dimoveri vix potuit, ut in Hispaniam cùm magno Procere quondàm pergeret; re verò, cujus causâ iter instituerat, confectâ, brevi Ferrariam rediit: Diù in Universitate nostra Medicinæ, atquè Anathomiæ Lecturas acuratè sustinuit, donèc in morbum incidens morte sublatus est anno 1732., ejusque corpus in Ecclesiâ RR. Monialium Capucinarum sepulturæ mandatum.

Rotulus Anni 1689.

CORNELIUS BENTIVOGLIO Ferrariensis, S. R. Ecclesiæ Cardinalis, Regni Hispaniarum, Romæ, Minister, sacri Collegii 1689
R 3 splen-

splendor, summumque Patriæ nostræ decus: Fuit autem, tam Divinis, quàm Humanis, amœnioribusque studiis excultissimus, Almique Lycei nostri Reformator: Nobilissimè vertit, ediditque *La Tebaide di Stazio, in versi Toscani sciolti: Orazioni: Rime*, & alia. Ferrariensis Intrepidorum Academiæ Protector fuit; ejusdemque sub auspiciis, Litterarius Ferrariæ Cœtus *della Selva*, post obitum D. Advocati Cæsaris Parisi Favalli institutoris, felicissimè militavit. Magno Bonorum omnium mœrore, Romæ obiit Cardinalis amplissimus quinque ab hinc annis; ejus autem in funere sequens elucubravit Epigramma eruditissimus Abbas, Franciscus Lelli, nùnc celeberrimæ Romanæ Infœcundorum Academiæ à Secretis meritissimus: Epigramma ad prædictam Statii versionem alludit, & est hujusmodi.

Diruta Thebarum fraterno mœnia bello
Hic postquàm Etrusco carmine restituit,
Et celebrata Ducum, memorandaque nomina rursùm
In lucem antiquis eruit è tenebris,
Averso illum oculo spectans mors livida: nostrum
Impune hic, inquit, destruet Imperium?
Dixerat, impatiensque ruit, pretiosaque Vitæ
Effera præcipiti stamina falce metit.
Improba mors rides? Pars vilior occidit una;
Hæc sunt, hæc armis parta tropbea tuis;
Altera pars melior vivit pòst fata superstes,
Subdita & imperio non erat illa tuo.

IGNATIUS STIATICI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

JOSEPH LANZONI Ferrariensis, Primarius in Universitate nostrâ Philosophiæ Lector, itèmque Medicus, Orator, & Poeta celebris, morumque integritate commendatus: Opera ab eodem typis tradita hæc sunt, videlicèt: *De balsamatione Cadaverum: Citrologia: Zoologia parva de Animalibus ad Medicinam facientibus: Additiones ad Olai Borricchi &c. Adversaria: Consultationes Medicæ: De luctu mortuali Veterum: De Jatro-Physicis Ferrariensibus: De Clysteribus: De Salivâ humanâ: De Lacbrymis: De Febre Quartanâ: Scholia ad Moynichen Observationes Medicas: Observationes Medicæ ad Academiam Curiosorum Germaniæ: Prælectio*

ad

ad Lecturam Primariam Philosophiæ : Delle Corone , ed Unguenti delli antichi Conviti : Molte Lettere erudite : Prose , e Rime Italiane , sparse in diverse Raccolte : Alia etiàm inedita reliquisse nonnulli arbitrantur. Decessit in Patriâ, anno 1730., & in Ecclesiâ S. Mariæ à Rosâ tumulatus est. De viro hoc fusè Jo: Jacobus Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*.

Rotulus Anni 1691.

JOSEPH BARTOLI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor, multiplici eruditione præclarus, & Reipublicæ Ferrariensis jurium illustrator diligentissimus: Paulo Bartoli patruo, in Civitatis Secretarii munere, summâ Senatus ejusdem consensione suffectus est: Volumen edidit tantùm, cui titulus *Stato dell'Entrata, e Spesa della Città di Ferrara*. 1691

PETRUS DOMINICUS VOLTOLINA Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor egregius: Humanis etiàm litteris fuit valdè præditus, ejusdemque nonnulla Latinæ Poesis specimina, *in Collectaneis aliquibus* impressa reperiuntur.

HIACINTUS BELLANI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

BORSIUS FERRI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor.

Rotulus Anni 1692.

FRANCISCUS MARIA VALCARENGO de Sorefinâ, 1692
Ord. Prædicatorum, S. Theologiæ Lector.

Rotulus Anni 1693.

FRANCISCUS CASTRACANI Ferrariensis, Philosophus, 1693
Theologus, ac Orator præclarus, in Almâ Universitate nostrâ Humanarum Litterarum Lector: Hic fuit Ecclesiæ S. Romani Perpetuus Vicarius, & in Ferrariæ Cathedrali Canonicus; edidit verò *Annotationes ad Simancam*.

FRANCISCUS MAZZUCHI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor egregius, morum etiàm probitate, ac liberali in ægrotos, inopiâ præſertìm laborantes, charitate inſignis: Ab Argentæ Caſtro conductus, annis pluribus, uſquè ad ſupremum vitæ diem Medicinam ibidèm profeſſus eſt.

Rotulus Anni 1694.

1694 NICOLA SCUTELLARI Ferrarienſis, Legum Doctor, ac Montis Sanitatis Ferrariæ quondàm à Secretis meritiſſimus.

FRANCISCUS GIUSTINI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor, & in Univerſitate noſtrâ Lector primò, deindè Anatomicus Lector acuratiſſimus: Multa ſcripſit, ſed edidit tantùm Obſervationes *De Ophtalmiâ nive curatâ*: Obiit hoc currenti anno 1735. Jo: Jacobus Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*.

SILVESTER MARTINI Ferrarienſis, Ord. Prædicatorum, S. Theologiæ Lector, vivens, & nùnc Mediolani digniſſimus in Hæreticam pravitatem Inquiſitor. Ex hoc inclito Prædicatorum Ordine nùnc vivit etiàm EUSTACHIUS SIRENA Ferrarienſis noſter, Philoſophus, Theologus, Orator, ac Poeta, Sanctæ Inquiſitionis Ravennæ Vicarius vigilantiſſimus.

JACOBUS ANTONELLI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

Rotulus Anni 1695.

1695 CANDIDUS CHIARAFFONI Ferrarienſis, Legum Doctor, profundæque vir eruditionis, qui amplam admodùm Librorum Bibliothecam cùm ſibi adornaſſet, in eâ abditus, magnam vitæ partem tranſegit: Auctorum ingenioſiſſimus cenſor fuit, multaque ipſum ſcripſiſſe novimus, ſed ejuſdem ſecutâ morte; quæ elucubraverat minimè reperire fuit, ita ut eo decedente, omnia quoquè ejuſdem ingenii monumenta perierint.

Rotulus Anni 1697.

1697 ANDREAS MANZIERI Ferrarienſis, Legum Doctor, Gu-

Guberniis nonnullis Sacræ Consultat. summâ integritate perfunctus.

MAURELIUS SCUTELLARI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, vivens.

Rotulus Anni 1698.

FRANCISCUS RIZZI Ferrariensis, J. U. Doctor. 1698

MATTHEUS MARALDI Ferrariensis, J. U. Doctor, Ecclesiæ Cathedralis Canonicus.

CÆSAR PARISIUS FAVALLI Ferrariensis, Jurisconsultus celeberrimus, in Patavinâ Universitate ab Almerico Passarelli, propinquo suo, ibidèm Lectore conducto, in Legali scientiâ optimè institutus: Vix redditu in Patriam facto, advocando strenuissimè operam dedit, ità ut Adolescens adhùc magnum sibi nomen, eo in munere comparaverit; miro enìm, alacrique erat ingenio, ac ex tempore etiàm, ad appositè de Jure respondendum parato. Patriæ igitùr, doctrinæ titulo, morum suavitate, animi magnitudine, & vitæ integritate acceptissimus fuit: Clementis XI. Pontificis Optimi Maximi, prò egregiè navatâ, in transactis Italiæ ærumnis, Sedi Apostolicæ operâ, gratiam promeruit adeò, ut nedùm Feudo nobilissimo fuerit investitus, sed etiàm Auditoris S. Rotæ Romanæ dignitatem consequendi eidem sit potestas data; ille tamèn Patriæ, ac quietis amore captus, vitam ducere privatam maluit: Amœniores quoquè Litteras calluit, fovitque, Poesim præcipuè, ejusque non minima hæc certè laus, quòd celeberrimum Litteratorum Ferrariensium Cœtum *Della Selva*, domi propriæ instituerit: Inumeras Favalli *Consultationes* scripsit, nèc non *quædam Historica*, *Poeses* itèm *Italicas*, ac id genus alia, quæ ab ejusdem Hæredibus MSS. servantur: Obiit autèm anno 1729., cunctisque mœrentibus, in Templo S. Spiritus fuit tumulatus: Silva Institutori optimo, quem nos Præceptorem, ac Parentem veluti agnovimus, justa persolvit, Academiâ ejusdem in obitu celebratâ, quæ Ferrariæ etiàm in lucem prodiit, typis Hæredum Bernardini Pomatelli.

CA-

CAROLUS ANTONIUS STIATICI Ferrarienſis, Ord. Minorum, Philoſophus, ac Theologus præclari nominis, qui anno 1699. Bononienſis Provinciæ Miniſter Provincialis fuit.

HIPPOLITUS PALMIERI Ferrarienſis, Societatis Jesù, Philoſophus, Theologus, Mathematicus, ac poſtremæ hujus facultatis in Univerſitate noſtrâ, ac in ſuo Collegio Lector præclariſſimus. Multa ſcripſit ad Mathematicam pertinentia, quæ in Collegio prædicto MSS. ſervantur. Obiit anno 1734.

JO: ANTONIUS FILONI Ferrarienſis, Phil., & Med. Doctor, vivens.

JOANNES AGNELLI Ferrarienſis, Phil., & Med. Doctor, vivens, qui multas *Conſultationes Medicas* ſcripſit, ac ſcribit.

Rotulus Anni 1699.

1699 DOMINICUS HIPPOLITUS FOLEGATI Ferrarienſis, Ord. Prædicatorum, Theologiæ Scholaſticæ Lector.

Rotulus Anni 1702.

GASPAR de MONTE Ferrarienſis, Marchio, nobilis ejuſ-
1702 dem Familiæ poſtremus, qui anno elapſo 1734. deceſſit: Fuit autèm Almi Gymnaſii noſtri Reformator, Scientiarum, amœniorumque Litterarum ſtudioſus, & in Equeſtri materiâ frequentèr conſultus.

BENEDICTUS ZOCCOLATI Ferrarienſis, Carmelita, Theologus inſignis, qui Congregationis ſuæ Mantuanæ Procurator Generalis fuit: In Collegio noſtro Theologorum Doctoralia inſignia obtinuit, & in celeberrimo Lyceo noſtro Theologiam Scholaſticam profeſſus eſt.

Rotulus Anni 1703.

1703 JO: FREGULIA Ferrarienſis, J. U. Doctor, nùnc, Mantuæ, Juſtitiæ Capitaneus.

BAR-

BARTHOLOMEUS BELANI Ferrarienſis, Juriſconſultus intèr celebriores Patriæ noſtræ meritò habitus, ac annis plurimis in Foro exercitatiſſimus: *Conſultationes* plurimas ſcripſit, quorum aliquæ editæ cernuntur.

Rotulus Anni 1708.

LAURENTIUS ROSSI Ferrarienſis, Ord. Minorum, Philoſophus, ac ſacræ Theologiæ Magiſter, & in Almo Lyceo noſtro 1708
Lector: Minorum Ordinis à Secretis fuit, Mediolanenſis Provinciæ Commiſſarius, & Bononiæ Miniſter Provincialis, omnibus autèm morum ſuavitate acceptiſſimus.

Rotulus Anni 1709.

JO: FRANCISCUS SCUTELLARI Ferrarienſis, Juris U- 1709
triuſque Doctor, Eccleſiæ Cathedralis Canonicus, nec non ſacræ Theologiæ Doctor.

ANTONIUS FRANCISCUS BOTTICINI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor egregius, ac Mathematicæ, Humanarumque Litterarum ornamentis mirificè exultus: Ingenio præfertìm pollebat, ità ut optimum ſempèr in Scientificis rebus judìtium ferret.

Rotulus Anni 1711.

DOMINICUS MAZZARELLI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor, vivens, quì *Conſultationes Medicas* ſcripſit, 1711
ac in dies ſcribit.

HENRICUS VACCARI Ferrarienſis, Ordinis Minorum, vivens, Philoſophus, & Theologus, in Academiâ noſtrâ Dogmaticæ Theologiæ Lector. Fuit autèm Provinciæ Bononienſis Provincialis Miniſter, Conventus Romæ Guardianus, & unus ex Theologis poſtremi Concilii Romani, habiti ſub Benedicto XIII. Pont. Maximo.

JOSEPH BELLANI Ferrarienſis, Philoſ., & Medic. Doctor, vivens.

Ro-

Rotulus Anni 1712.

1712 FRANCISCUS AGNELLI Ferrarienſis, Juriſconſultus, unus ex Rotæ noſtræ Auditoribus, vivens: *Conſilia plura* in Jure elucubravit, quorum etiàm nonnulla in lucem prodiere.

BERNARDINUS GIBERTI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Med. Doctor.

AUGUSTINUS BERMINGAM, Hibernenſis, Ordinis Prædicatorum, Philoſophus, & in Univerſitate noſtrâ ſacræ Theologiæ Lector.

EGIDIUS à FABRA Ferrarienſis, Medicus, & Philoſophiæ in Ferrarienſi Lyceo Lector Primarius, vivens: Edidit, italico idiomate: *Diſſertationem de Aere Urbis Ferrariæ*: Alia multa ſcripſit, ac ſcribit in dies, quæ prælum expectant.

Rotulus Anni 1715.

1715 JO: BENEDICTUS COATI Ferrarienſis, Juriſconſultus optimus, qui multa *in Jure* egregiè ſcripſit, quorum aliqua in lucem prodière.

LAURENTIUS GIUSTINI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor.

JO· DOMINICUS BORSETTI Ferrarienſis, Juriſconſultus, vivens, qui *Conſilia* multa ſcripſit, & ſcribit adhùc: Horum autèm haùd pauca publici juris facta.

HERCULES GRAZIADEI Ferrarienſis, Juriſconſultus, vivens: Hic paritèr *Conſultationes* multas, ac alia exaravit, quarum plura videre eſt typis data.

ANTONIUS TESTA Ferrarienſis, Philoſ., & Med. Doctor, vivens.

Ro•

Rotulus Anni 1717.

ANTONIUS MAZZUCCHI Ferrarienſis, Nobili Familiâ Patavinâ ortus, acerrimi ingenii Juriſconſultus, qui obiit ætate noſtrâ. 1717

BENEDICTUS MALVEZZI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

Rotulus Anni 1718.

ALEXANDER CORRADI, Ord. Prædicatorum, Philoſophus, ac Theologus præclarus admodùm, morumque integritate commendatus: Theologiam, ad mentem D. Thomæ, in Univerſitate noſtrâ cumulatiſſimè profeſſus eſt. Ferrariæ obiit anno 1728. dùm Conventus S. Dominici Prioratum exerceret. 1718

Rotulus Anni 1719.

NICOLA LECCIOLI Ferrarienſis, J. U. Doctor, qui fuit Montis Sanitatis Ferrariæ à Secretis meritiſſimus. 1719

GASPAR PESSI Ferrarienſis, vivens, ad legendum in Almo Gymnaſio extraordinariè Matheſim à Congregatione 5. Aprilis 1720. licentiatus. Unus eſt ex Præfectis Aquarum noſtrarum.

JOSEPH MANFREDI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

Rotulus Anni 1722.

JACOBUS PELAGATTI Ferrarienſis, Juriſconſultus præclarus Ferrarienſis Rotæ Auditor electus. 1732

NICOLA QUERCI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

Ro-

Rotulus Anni 1723.

1723 PIUS FELIX GARIBALDI, Ord. Prædicatorum, Moralis Theologiæ Lector.

FRANCISCUS MARIA MAJO Neapolitanus, Clericus Regul. Theatinus, Philosophus, ac Theologus celebris, morum suavitate, animique integritate acceptissimus: In Universitate nostrâ Theologiam Scholasticam professus est: Ferrariæ obiit anno 1726. & in Templo Theatinorum fuit tumulatus.

HIERONYMUS BARUFFALDI Ferrariensis, vivens: Sacræ Scripturæ primò, Humanarum deindè Litterarum in Universitate nostrâ Lector, nùnc verò B. Blasii Terræ Centi Archipresbyter: Multa edidit, Latina quædam, quædam Italica, solutâ oratione, ac carmine scripta: Hæc autèm sunt: *De Poetis Ferrariensibus*: *Commentaria ad Rituale Romanum*: *De Præficis*: *De Armis convivalibus*: *Lanzonus, de coronis, & unguentis*, ex italico in latinum versus: *Additiones ad Ughellium, de Episcopis Ferrariensibus*: *De Numismate B. Joannis Tusignano Episcopi Ferrariensis*: *Sermo in Adventu Emi Cardinalis Ruffo ad Ecclesiam Ferrariensem*: *Storia di Ferrara libri 9.*: *Della Famiglia Brasavoli, Commentario Storico*: *Osservazioni Critiche in difesa del Marchese Orsi*: *Annotazioni de Verbi, e delle Particelle al Cinonio*: *Baccanali*: *Vita della B. Cattarina Vegri, detta dà Bologna*: *Vita della B Beatrice Estense*: *Dichiarazione dei Precetti Ecclesiastici*: *Difesa del Tibaldeo*: *Rime scielte dei Poeti Ferraresi*: *Sopra un dubbio di Lingua Italiana*: *Tabaccheide, Ditirambo, con note*: *Sonetti 50. sopra 50. Massime di S. Cattarina dà Bologna sudetta*: *Orazioni, in morte delli Eminentissimi dal Verme, & Acciajoli*: *Ezzelino, Tragedia*: *Vita degli Arcadi Ferraresi defonti*: *Ragionamenti Poetici*: *Osservazioni sopra varie lezioni della Gerusalemme del Tasso*: *Giocasta la giovane. Tragedia*. Alia quoquè edidit, & quidèm multa, aliaque scripsit, ac scribit in dies, quæ in editionem parantur.

Rotulus Anni 1725.

1725 JO: AUGUSTINUS CECCATI Ferrariensis, Jurisconsultus, vivens.

JA-

JACOBUS FRANCIOSI Ferrarienſis, Juriſconſultus, unuſque ex Almæ Rotæ noſtræ Auditoribus, vivens.

JOSEPH RUSCA Ferrarienſis, Juriſconſultus, nèc non Orator, ac Poeta, vivens, qui *Conſultationes*, nec non Oratoria, ac Poetica edidit.

NICOLAUS BELLAJA, Ord. Minorum Ferrarienſis, ſacræ Theologiæ Lector, vivens.

ANTONIUS MARIA MODENA Ferrarienſis, Ord. Minorum, vivens.

BARTHOLOMEUS BORSETTI Ferrarienſis, ſacrarum Litterarum primò, deindè Rhetoricæ Lector, vivens: Nonnulla ſcripſit, *Sermone Italico*, ediditque, ad Miſticam præſertìm Theologiam pertinentia.

Rotulus Anni 1726.

JO: BAPTISTA MARI Januenſis, Clericus Regul. Theatinorum, Scholaſticæ Theologiæ Lector, vivens. 1726

JACOBUS AGNELLI Ferrarienſis, Philoſ., & Med. Doctor, Linguæ Græcæ, & Rhetoricæ in Univerſitate noſtrâ Lector, vivens: Edidit *Orationes nonnulas*, & *Carmina Italica*:

SEBASTIANUS ZANNELLI Ferrarienſis, vivens, publicus Notariæ Lector. Vivit quoquè in Aulâ celſiſſimi Raynaldi Mutinæ Ducis D. HIPPOLITUS ZANNELLI Concivis noſter, Philoſophus, Mathematicus, Orator, Poeta, univerſæque vir eruditionis.

Rotulus Anni 1727.

JO: ANTONIUS STURATI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor, vivens. 1727

JULIUS CÆSAR RAINIERI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor, vivens.

FE-

FEDERICUS FEDERICI DURANTI Ferrarienſis, Juriſconſultus, vivens.

ANGELUS DOMINICUS della TORRE, Ord. Prædicatorum, Lector Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ac Controverſiarum.

NICOLA FACCINI Ferrarienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

Rotulus Anni 1728.

1728 JO: LUDOVICUS BOSCHINI Ferrarienſis, J. U. Doctor, & in Patriâ Advocatus, vivens.

Rotulus Anni 1729.

BERNARDUS MARIA CIMEGOTTI Venetus, Ord. Prædicatorum, S. Theologiæ Lector, vivens.
1729

CAROLUS SERENA Ferrarienſis, Phil., & Med. Doctor, vivens.

ERMENEGILDUS dal PASSO Ferrarienſis, Philoſ., & Med. Doctor, vivens.

GEORGIUS SCUTELLARI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor; eximiæque in Patriâ noſtrâ, ſcientiæ, ac integritatis Cauſidicus: Obiit currenti anno 1735.

JOSEPH MINI RONCAGALLI Ferrarienſis, vivens, Advocatus, nùnc autèm Romæ, Civitatis noſtræ Agentis munus exercens.

JOSEPH BOTTONI Ferrarienſis, Philoſ., & Med. Doctor, vivens.

HIPPOLITUS ACHILLI Ferrarienſis, Philoſ., & Med. Doctor, vivens.

CAROLUS MAZZIGA Ferrarienfis, Philofophiæ, & Medicinæ Doctor, vivens.

Rotulus Anni 1730.

ALEXANDER ORIGONI Mediolanenfis, Ord. Prædicatorum, vivens, Theologus, Philofophus, Orator, in celeberrimâ Univerfitate noftrâ Theologiæ Moralis Lector meritiffimus, ac Sacræ Inquifitionis Ferrariæ Vicarius, fub Reverendiffimo P. CORSCHETTINI, adversùs Hæreticam pravitatem Quæfitore vigilantiffimo: De fummâ ergà nos P. ORIGONI prædicti, qui nobis etiàm varia ad Hiftoriam hanc illuftrandam communicavit, humanitate multa dicenda occurrerent, fed ea omittenda cenfuimus, ne fingulari ejufdem modeftiæ tedio fimus. His etiàm jungimus P. ROMANUM FORASTIERI Civem noftrum in hoc infigni S. Dominici Cœnobio, facræ Theologiæ Lectorem Primarium, cui paritèr nos debere admodùm profitemur. 1730

THOMAS FABRI Ferrarienfis, vivens, Jurifconfultus, ac Reorum adversùs Fifcum Patrocinator.

NICOLAUS BENETTI Ferrarienfis, Philof., & Medic. Doctor, vivens.

ANTONIUS BIANCHI Ferrarienfis, Philofophiæ, & Medicinæ Doctor, vivens.

GASPAR CALZAVARINI Ferrarienfis, Philofophiæ, & Medicinæ Doctor, vivens.

CAJETANUS DURELLI Ferrarienfis, Philof., & Medic. Doctor, vivens.

JOSEPH ANTENOR SCALABRINI Ferrarienfis, facræ Scripturæ Lector, vivens, venerandæ Antiquitatis amantiffimus, vetuftorumque Caracterum interpres.

Rotulus Anni 1731.

ALEXANDER SQUARZONI Ferrarienfis, J. U. Doctor. 1731

S BO-

BONAVENTURA de S. THERESA Ferrarienſis, Auguſtinianus Excalceatus, ex Familiâ Meloteri, Linguæ Hebraicæ Lector, vivens.

Rotulus Anni 1732.

1732 ALOYSIUS GIUSTINI Ferrarienſis, vivens, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor, ac Anathomicus Sector.

Rotulus Anni 1733.

1733 JOSEPH BELLAJA Ferrarienſis, vivens, Philoſ., & Medic. Doctor.

FRANCISCUS FERRARI Ferrarienſis, vivens, Philoſ., & Medicinæ Doctor.

JOANNES CHIERICI Ferrarienſis, vivens, Tabellio, publicus Notariæ Lector.

Rotulus Anni 1734.

1734 DONUS GUIDO BENTIVOGLIO Ferrarienſis, Marchio, ex Magnatibus Hiſpaniarum, vivens, ad ſupplendas DONI ALOYSJ Patris abſentis vices Almæ Univerſitatis noſtræ Reformator electus.

Rotulus Anni 1735.

HIPPOLITUS SIVIERI Ferrarienſis, Societatis Jeſu, vivens,
1735 Theologus, Philoſophus, ac Mathematicus, hujuſque facultatis, tàm privatus in Collegio PP. Societatis ſuæ, quàm Publicus in Almâ Univerſitate noſtrâ Lector electus, ut Cives noſtros, in Matthematicis, & præſertìm in Aquarum Scientiâ erudiat: Patriæ profuit, ac prodeſt etiàm, ſcribendo in maximâ Rheni causâ.

Ap-

APPENDIX
LIBRI TERTII.

PRomissum exolvimus, Lectores quotquot in Almo Lyceo nostro docuisse innotuit, indicantes: Utinàm hoc etiàm de celebrioribus Nationum Scholaribus, qui intèr nos formati sunt, efficere valeremus; cùm enim Studiorum Universitates in Scholarium gratiam institutæ sint, præcipuum, ac universum ferè dixerùnus ipsarum decus horum in copiâ, dignitate, profectuque consistit. Sed cùm nulla prorsùs à Majoribus nostris ad nos Scholarium fuerit transmissa notio, cùm nulli extent Albi, paucissimos dumtaxàt, quos à Scriptoribus, Ferrariæ studuisse accepimus, additis doctissimorum Virorum quibusdam, qui Urbem nostram diù incoluere, quamvìs ad ejusdem Gymnasium minimè pertinerent, recensebimus, singulorum nomina, Alphabetico ordine recitantes, vixque aliquid, quod ad eorum, vel doctrinam, vel dignitatem spectet, attingentes, citatis tamèn sempèr Auctoribus, ex quibus accepimus. Hoc tantùm à nobis præstari posse dolemus, Lector umanissime, atquè ingemiscimus: Cæterùm, ut ipse arguas, quàm ingens Scholarium exercitus Academìam Ferrariensem frequentaverit, ornaveritque, quæ sequuntur, quamvis suis quæque locis in Historiâ legeris, tibi iterùm breviter consideranda proponimus, scilicèt.

Quòd, cùm Scholæ octo usquè ad annum 1490. Scholaribus recipiendis satìs fuissent, eorumdem successivè in dies aucto numero, novas, juxtà multitudinis indigentiam construere opus fuerit; sìc anno 1490. Scholæ tres, 1491. tres aliæ, tandèm 1500. aliæ duæ antiquioribus octo additæ sunt, itaùt omnes Scholarum sexdecìm numerum in totum constituerent, ut fusiùs ex Historiâ patet.

Anno 1402. Joannes Nicoletti de Imolâ Legum Doctor famosus, Patavio, ubì tùnc docebat, Ferrariam venit ad legendum in Gymnasio nostro, eumque Scholares tercentum Patavinæ Universitatis fuisse sequtos, sexcentum Bononiâ ad nos, eum audiendi causâ advenisse, ità ut Bononiense Gymnasium Scholaribus penè fuerit viduatum: Scribit Papadopoli, *part. 1. lib. 3. sect. 1. cap. 7.*

Joannes Finotti anno 1430. Bononiense Studium deservit, ac multis cùm Discipulis, erat enim & ipse famosus Doctor, ad legendum in Almo Lyceo nostro se contulit, ut patet *ex Civitatis decreto*, quod in primâ Historiæ parte retulimus.

Ad Guarinum Guarini, insignissimum Eloquentiæ, Græcarumque, ac Latinarum Litterarum diù in Ferrariensi Universitatè Lectorem Discipulos à cunctis Europæ regionibus confluxisse, scribunt Æneas Silvius, aliique à nobis in primâ Historiæ parte citati.

Hercules I. Ferrariæ Dux, anno 1485. Edicto mandavit, quatenùs omnes ejusdem imperio subiecti, qui impostcrùm scientiis vacare vellent, ac in eis Lauream consequi, in Ferrariensi Universitate studere deberent, pœnis in eos, qui secùs agerent constitutis, ut patet ex Edicto eodem, quod in primâ Historiæ parte retulimus; cùm autèm Estense Dominium amplissimum esset, eidem namque suberant Ducatus tres, Ferrariæ nempè; Mutinæ, ac Regii Lepidi, nèc non Comitatus Rhodigii, Cymacli Civitas, Carfinianæ, Friniani, & Romandiolæ Provinciæ; innumeros ad Universitatem nostram Scholares, Estensium Ducum subditos confluxisse oportet.

Prætèr Italos, Ultramontanos quoquè, ac Transmarinos Ferrariense Studium frequentasse certùm est. De Germanis pluribus, in eo optimè eruditis, pulcherrimum testimonium, quod in primâ Historiæ parte adduximus, exhibet Jacobus Middendorppi, *in suo opere de Academiis universi Orbis*.

Anglorum multos, Ferrariæ Litteris fuisse institutos exindè evinci poteſt, quod ipsi, in Humanarum Litterarum Scholâ scamna propria, ab aliis Nationibus distincta habuerint, ut vidimus in Parte primâ, *ad annum* 1502.

Leonello Estense Ferrariæ Domino invitante, Petrus Philippus Corneo Perusinus, qui in Patriâ legebat, Ferrariam venit, ac in Universitate nostrâ Jura professus est; sed cùm eum secuti fuissent ferè omnes Perusini Gymnasii Scholares, Sixtus Pontifex Petrum Philippum Ferrariâ Perusium revocavit, quemadmodùm aliàs diximus, ut Academiam illam pristino nitori restitueret.

Anno 1477. Bulgarinus Bulgarini, Senensis, celeberrimus Legum Interpres, Ferrariam ad legendum accitus, Senensem Academiam Discipulis ferè omnibus, qui ei magnoperè adheserunt, viduavit.

De

De famosissimo, ac immortali Juris Interprete Andreâ Alciati, qui in Studio Ferrariensi, quadriennio professus est, traditur, ingentem Discipulorum cœtum, quocumque se ad docendum conferret, comigrasse.

Fertur etiàm, Ferrariensis Universitatis Scholas Discipulorum multitudini recipiendæ impares fuisse, dùm Galeatius Landrini Ferrariensis Philosophus præclarissimus intèr nos doceret, proùt in hac Historiæ parte ostendimus.

Alia tandèm ut omittamus, multitudinis Scholarium nostrorum argumentum ab eorum numero, qui per integrum ferè annorum quingentorum spatium, in Ferrariensibus Collegiis Doctorios gradus consecuti sunt, deduci posse credimus, eos enìm, nisì omnes, majori saltèm ex parte, in Universitate nostrâ priùs operam studio dedisse necesse est: Doctorum Collegii cujuslibet Matriculas in fine Operis dabimus, imperfectas tamèn, mutilasque, proùt apùd Collegia eadem reperire fuit: nàm Theologorum Doctorum Matricula incipit tantùm ab anno 1460. circà, Legistarum, ab anno 1480., Artistarum, ab anno 1631., harumque duabus in postremis, vix ullus ex Scholaribus Forensibus, qui insignia Doctoralia, in eis obtinuerunt (centenos fuisse credendum est) descriptus reperitur: Ex iis autèm, qui Matriculis adscripti sunt, ac ex tempore durationis celeberrimi Gymnasii nostri, ingentem prætermissorum numerum facilè conjiciemus: His præmonitis, quod reliquum est absolvamus.

FRANCISCUS SFORZA ATTENDOLI, qui fuit MEDIOLANI Dux, & JANUÆ Dominus, Italorum Hæros, Sforza de Cotignola filius, maximisque Exercituum Ductoribus comparandus, cujus in laudibus sunt Historicorum mille. Hìc natus est die 23. Julii 1401. in S. Miniato Thusciæ Urbe, & adolescens Ferrariam incoluit, Grammaticæque, ac Humanarum Litterarum studiis Ferrariæ vacavit, ut refert Hieronymus Bonoli, *Storia di Cotignola, libr. 2. cap. 8.*

ANTONIUS de ALEXANDRIA à PALEA, Ordin. Prædicatorum, Theologus, ac Concionator eximius, suavibusque adeò moribus, alloquioque, ut eùm Nicolaus IV. Estensis in intimis habuerit, ejusque intuitu Cœnobium S. Mariæ Angelorum Ferrariæ Prædicatorum Ordini assignarit: Obiit Senis anno 1464., dùm ibidèm Comitiis Generalibus Ordinis sui interesset.

esset, Razzi, *Histor. delli Uom. illustr. del Sacr. Ord. dei Predicatori*, *pag. m.* 279.

DANIEL ARLUNO Cremonensis, Canonicus Regularis Lateranensis, ab Eugenio IV. Forolivii Episcopus constitutus: Eximiæ hic vir prudentiæ, magnæque doctrinæ fuit, quapropter eum Borsius Ferrariæ Dux Legatum in Gallias misit. Obiit in Urbe nostrâ anno 1463., ac in Ecclesiâ D. Lazari fuit tumulatus. Franciscus Arisi, *Cremona Litterata Tom.* 1., *ad annum* 1440.

BONFRANCISCUS ARLOTTO Regiensis, Legum, Philosophiæ, ac Theologiæ Doctor insignis, qui Borsii, & Herculis I. Ferrariæ Ducum à Consiliis fuit, deindè ad Patriæ suæ Episcopatum promotus. Antonius Riccoboni, *in Oratione funebr. Bonifatii Ruggeri Regiensis*.

JO: FRANCISCUS ALA Cremonensis, Juris Consultus præclarus, Aulicus Herculis I. Ferrariæ Ducis Consiliarius, Ferrariæque Potestas. Arisi, *Cremona Litterat. Tom.* 1. *ad annum* 1475.

BADIUS JODOCUS ASCENSIO Bruxellensis, vir litteratissimus, Orbi universo notus: Hic, bonis litteris primò in Bruxellensi, ac Gandavensi Urbibus egregiè institutus, in Italiam venit, Ferrariæque constitit, ut Græcam Linguam in Lyceo nostro edisceret, quòd cumulatissimè assecutus est: Hinc Parisios profectus, ibidèm Græcarum Litterarum Cathedram obtinuit, ut referunt Valerius Andreas, Gesnerus, Simlerus, aliique citati à D. Hiacinto Gimma, *Tom.* 2. *cap.* 42. *dell' Idea dell' Istoria d'Italia Letterata*.

ALCEUS Romanus, Nomici Parmensis, dùm Ferrariæ doceret, discipulus. Arisi, *Cremona Litterata*, *Tom.* 2. *ad annum* 1508.

ARNOLDUS ARLENIO: Virum hunc doctissimum Ferrariæ constitisse scribit Petrus Vittorio, *in Epistolis*, *pag. m.* 122. Intèr Oratores, ac Poetas Græcos, Latinosque multâ cùm laude enumeratur à Lilio Gregorio Giraldi nostro, ut observat etiàm Laurentius Crasso, *Histor. dei Poeti Greci*.

JACOBUS ALVAROTTO Patavinus, Canonum Doctor exi-

eximius, Alphonsi I., & Herculis II. Ferrariæ Ducum à Consiliis. Guido Panciroli, *de Clar. Leg. Interpretibus lib. 3. cap.* 46.

FABIUS ANTIMACHO Mantuanus, Marci Antonii celeberrimi filius, Græcarum, Latinarumque Litterarum peritissimus, in Almâ Universitate nostrâ eruditus. Lilius Gregorius Giraldi, *in 2. Dialog. Poetar. suorum temporum, circà finem.*

BENEDICTUS ACCOLTI Aretinus, Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Ravennæ Archiepiscopus, & insignis Abbatiæ S. Bartholomei propè Ferrariam Commendatarius: Leggista hic fuit, Orator, ac Poeta præclarissimus: Utramque fortunam perpessus est, & in adversâ Ferrariæ constitit apud Herculem II. Ducem, ut constat ex Elegiâ Marii Molza, cujus carmina quædam in Historiæ hujus initio retulimus. De Accolti, meritâ cùm laude sermo est in Libro, cui titulus: *Notizie intorno agli Uomini illustri della Academia Fiorentina, part. 1. fol. m.* 178. Sed & immortalis Vates noster Ludovicus Ariosto, *Furioso, Cant.* 46. *stanz.* 10. & 11. de eo sic cecinit.

E il gran lume Aretin, l'unico Accolti.
Benedetto il Nipote ecco là veggio,
Ch' hà purpureo il Capel, purpureo il Manto,
Col Cardinal di Mantua, e col Campeggio,
Gloria, e splendor del Concistoro santo.

ARCHELAUS ACCIAJUOLI,
JACOBUS ACCIAJUOLI,
PETRUS ANTONIUS ACCIAJUOLI Florentini, Ferrarienses ab aliquibus appellantur: Fuerunt autem omnes Sæculi XVI. elegantes latini Poetæ, Ferrariæque apud Estenses Duces constitere diutissimè: Eos cùm laude memorat Lilius Gregorius Giraldi, *in Dialogo utroque Poetarum suorum temporum*, itèmque Italicus Homerus noster Ludovicus Ariosto, *Furioso, Cant.* 46. *stanz.* 18., ubi.

Ecco il dotto, il fedele, il diligente
Secretario Pistofilo, che insieme
Con gli Acciajuoli, e con l'Angiar mio, sente
Piacer, che più del Mar, per me non teme.

S 4 JOAN-

JOANNES AGRIGENTINUS Siculus: Hunc se, Ferrariæ in Philosophiâ, ac Medicinâ erudivisse testatur Antonius Musa Brasavola, *in Epistol. Nuncupat. Commentariorum suorum in Aphorismos*.

ALBERTUS REGIENSIS, Poeta celebris, à Lilio Gregorio Giraldi memoratus, *in Poetarum suorum temporum Dialogo* 2., ubì eumdem Hetrusco præsertim carmine polluisse, Ferrariæque, in trivio Litterarium ludum aperuisse scribit.

CASSIANUS ARMANASCO Novocomensis, in almâ Universitate nostrâ Philosophiæ, & Medicinæ facultatibus ab Antonio Musâ Brasavola institutus, ut scribit Musa idem, *in Epist. Nuncupatoriâ Commentariorum suorum in Aphorismos*.

ARCANGELUS de UTINO: Hic quoquè in Medicinâ clarus evasit, sub Antonio Musâ prædicto, ut ipse testatur *in Nuncupatoriâ* Operis sæpè laudati.

JO: MARIA AVVANZI Rhodiginus, Theologus, Philosophus, Jurium Doctor, Rhetor, ac Poeta insignis, qui floruit Sæculo XVI. Hic, Ferrariæ in Philosophiâ, ac Theologiâ fuit eruditus, ut scribit Papadopoli, *in suâ Gymnasii Patavini Historiâ, Tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 38.

SILVESTER ALDOBRANDINI Florentinus, Patritiâ familiâ natus, Legum scientissimus, ut ex ejusdem Operibus apparet: Hìc, Florentiâ exul, unâ cùm filiis infrascriptis Ferrariam se recepit apùd Estenses Principes, ac diù in eorum Aulâ comoratus est; fuit autèm Herculis II. Ferrariæ Ducis à Consiliis, ac Hippoliti Cardinalis Estensis Assessor: De virò hoc fusiùs Nicolaus Comneno Papadopoli, *in Gymnas. Patavin. Historiâ, Tom.* 2. *libr.* 1. *cap.* 23., & Julius Negri, *Historia dei Scrittori Fiorentini, fol.* 502.

HIPPOLITUS ALDOBRANDINI, qui fuit CLEMENS VIII. P. M., Silvestri prædicti filius, qui in Almâ Universitate nostrâ, alibìque etiàm Legum studiis operam dedit, profecitque adeò, ut à Sixto V. Romanâ purpurâ fuerit decoratus, ac succeſſivè, anno scilicèt 1592. Petri Cathedram ascenderit: Hic Pontifex

tifex ille maximus, qui anno 1598. Ferrariam, cùm universo ejus Ducatu, absquè ullâ sanguinis effusione Ecclesiasticæ Ditioni asservit. Papadopoli suprà laudatus, *Tom. 2. libr. 1. cap. 34. Histor. Gymnas. Patavini*.

JOANNES ALDOBRANDINI, ipse etiàm Silvestri filius, & Clementis VIII. frater, quibus cùm Florentiâ exulaverat, in Ferrariensi Lyceo Jurisprudentiam didicit, ac Doctoratus insignia obtinuit: Deindè in Romanâ Aulâ, summà cùm laude versatus, à Pio V. Cardinalium cœtui adscriptus est. Papadopoli, *ubi suprà*, *cap.* 23., & Aloysius Cavalli, *in Oration. Ferrariæ ad Clementem VIII. habitâ, ac impressâ per Victorium Baldini anno* 1598.

VIRGINIUS ARLOTTO Regiensis, Jurisconsultus insignis, qui Legalis Ferrariensis Afflatorum Academiæ, in Ædibus eximii Juris Utriusque Doctoris Alphunsi Cortile congregatæ Moderator fuit: Id autèm apparet *ex Thesibus in dictâ Academiâ disputatis per Hieronymum Mattheucci*, quas apùd nos habemus, Mutinæ impressas.

MARCUS ANTONIUS AMATI Romanus, Jurisconsultus eximius, Ferrariensis Rotæ Auditor, electus anno 1618., qui edidit *Tomos duos Decisionum*, unum scilicèt Ferrariensium, alterum Provinciæ Marchiæ.

AUGUSTINUS ALOISI Firmanus, Philosophus, Medicus, ac Poeta, in Universitate nostrâ egregiè institutus: Ejus *Italica carmina* videre est in celebrioribus Italiæ Collectaneis: Obiit juvenis, ætate nostrâ.

JOSEPH ALDOBRANDINI Florentinus, Eminentissimi Alexandri Aldobrandini, Ferrariæ Legati, qui anno 1734., cunctis mœrentibus, intèr nos decessit, ex fratre nepos, miro ingenio, senili prudentiâ, Angelicisque moribus Adolescens, quem dùm in hac Civitate Legibus, aliisque Scientiis operam daret, jamque in Collegio nostro Juristarum Doctorali laureâ redimiri meditaretur, mors invida intercepit. Eorum corpora, in Ecclesiâ Sancti Hieronymi Carmelitarum Excalceatorum hujus Civitatis

tatis sepulta sunt, ambobusque unicum nobile erectum monumentum.

FLAVIUS BIONDO Forolivienfis, Orator, Historicusque præclarissimus: Hunc Ferrariæ per aliquod tempus fuisse habemus *ex Epistolâ Francisci Filelfo, ad eum datâ VII. Kalend. Decembris* 1450., quæ in libello Epistolar. dicti Filelfo repetitur.

NICOLAUS BONZAGNI Regiensis, celebris Legum Doctor, quem Annalistæ nostri Ferrariæ Potestatem fuisse tradunt ad annum 1481.

JACOBUS BERENGARIO Carpensis, Philosophus, Medicusque insignis, qui omnium primus remedium adversùs Veneream luem invenit, undè magnas sibi divitias comparavit: Senex Ferrariam sibi sedem delegit, ac in eâ decessit circà initium Sæculi XVI. *Gulielmus Maggi, Memor. Histor. della Città di Carpi, lib.* 4. *fol. m.* 138. Scribit Auctor idem, Jacobum Bononiâ, ubi diù comoratus fuerat, exulasse, eo quia Hispanos duos, viventes adhùc, in quoddam Hospitali secuisset, ut Humani cordis palpitationem inspiceret: Enormissimum profectò facinus, si verè illud admisit!

PETRUS BEMBO Venetus, Philosophus, Theologus, Orator, Poeta, ac in quocumque Scientiarum genere præclarissimus: In Ferrariensi Lyceo Nicolai Leoniceno Scholaris fuit, Estensibusque Principibus acceptus admodùm: Intèr Romanæ Ecclesiæ Cardinales cooptatus, majus Purpuræ decus addidit. Laurentius Crasso, *Historia dei Poet. Greci*, aliique plures.

THOMAS BACOTIO Ungarus, ex Oppido Herdovi Vermiensis Diœcesis, Vir præclarissimus: Adolescens in Almâ Universitate nostrâ fuit institutus, doctrinâque, ac meritis suffragantibus deindè creatus Cardinalis Tituli SS. Silvestri, & Martini in Montibus. Ciacconius, *in Vitis Pontificum, apùd Joannem Marangoni, in Thesaur. Parochorum*, *Tom.* 1. *libr.* 1. *cap.* 37.

BARTHOLOMEUS BARATERIUS Placentinus, Jurisconsul-

fultus insignis, Ferrariæque Ducum Consiliarius. Pancirol., *de clar. Leg. Interpretibus, libr. 2. cap. 101.*

LEONARDUS BARTOLINI Florentinus, eximiæ eruditionis vir, qui exul à Patriâ, ob necem Ducis Alexandri Medicei, Ferrariam incoluit circà annum 1537. Julius Negri, *Historia dei Fiorentini Scrittori, fol. 352.*

FRANCISCUS BELLINCINI Mutinensis, Legum peritus insignis, Equestri dignitate decoratus: Ferrariæ Estensium Ducum à Consiliis, & Justitiæ à Secretis fuit, ac ibidèm anno 1565. septuagenarius decessit. Ludovicus Vedriani, *Dottori Modonesi, fol.m.122.*

JOANNES BACCANELLI Regiensis,
CÆSAR BEZZECHARINO Pisaurensis, &
STEPHANUS BURGOS Mutilianensis, omnes in Universitate nostrâ Medicas facultates edocti ab Antonio Musâ Brasavola, ac ab eodem laudati *in Epist. nuncupat. Commentariorum suorum in Hippcr. Aphorismos.*

GABRIEL BOMBACI Regiensis, Poeta insignis Sæculi XVI; hic autèm Ferrariæ floruit, & laudatur à Jano Nicio Erithreo, in Pinacotechâ, *sùb Vitâ Guidonis Ubaldi Bonarelli.*

SCIPIO BALDO, aliis BALBO, ex Finali Mutinense, Latinus Poeta, diù Ferrariæ versatus: Extant ejus Carmina *in MS. Danielis Fini*, apùd Hæredes qu. præclarissimi J. C. Præceptoris nostri Cæsaris Parisii Favalli, à nobis aliàs in præsenti opere sæpè citato. Laudatur à Lilio Gregor. Giraldi, *in 2. Dialog. Poet. suorum temporum.*

JO. ANTONIUS BORGHI Mantuanus, Ferrariæ diù moram habuit, in quâ Scholam aperuit, multosque in Jure utroque, Philosophiâ, ac Medicinâ egregiè erudivit. Laudatur etiàm intèr Poetas à Lilio Gregor. Giraldi nostro, *in Dialogo 2. Poetarum suorum temporum, versùs finem.*

CAROLUS BURDIERI Gallus, Medicinam, ac Philosophiam Ferrariæ professus est, ubi decessit die 18. Maii 1579., & sepul-

ſepultus eſt in Eccleſiâ S. Crucis, proùt *ex Libro Offitii Bullettarum anni prædicti* apparet.

MARCELLUS BOSIO Regienſis, in almâ Univerſitate noſtrâ Legum ſtudiis vacavit, ac ex celebrioribus Olympicæ Ferrarienſis Academiæ fuit, ut conſtat *ex ejuſdem Juris Utriuſque Theſibus Eononiæ impreſſis anno* 1567. *apùd Joannem Roſſi*.

GUIDO UBALDUS BONARELLI Anconitanus, Philoſophus, Rhetor, ac Poeta inſignis, qui Alphunſo II. poſtremo Ferrariæ Duce imperante Urbem noſtram diù incoluit, ac in eâ pulcherrimam Tragicomediam, nuncupatam *La Philli di Sciro* elucubravit, nec non Apologiam *Del doppio Amore di Clelia*, quam pluribus partitam vicibus, in celeberrimâ noſtrâ Intrepidorum Academiâ recitavit. De viro hoc doctiſſimo Janus Nicius Eritrheus, *in Pinacotechâ*, Laurentius Craſſo, *Elogi degli Uomini illuſtri in Lettere, part.* 2. *fol. m.* 99., Joannes Marius Creſcimbeni, *Hiſtor. della Volgar Poeſia, volum.* 3. *libr.* 3. *num.* 9., & alii multi.

GABRIEL BISCIOLI Mutinenſis, Societatis Jeſu, Orator, Philoſophus, ac Theologus præclariſſimus, qui diù Ferrariæ conſtitit, ac tandèm in eâ obiit anno 1613. Vedriani, *Dottori Modeneſi, fol. m.* 187.

BELMONTES BELMONTI Ariminenſis, Legum Doctor eximius, qui *Tomum Deciſionum variarum* edidit: Fuit autèm Belmonti Ferrarienſis Rotæ bis Auditor, electus primò anno 1649., ſecundò anno 1663., ut patet *ex Regiſtr. Decretor. Civitatis noſtræ*.

FRANCISCUS BAGNI, Theologus, Philoſophus, Legum Doctor, Orator, ac Poeta inſignis, morumque comitate, Ferrarienſibus omnibus, intèr quos diù comoratus eſt, acceptiſſimus; fuit autèm Eminentiſſimi Cardinalis Caroli Cerro Ferrariæ Epiſcopi Vicarius Generalis: Multa *in Jure* ſcripſit, in Poeſi verò Italicâ, præſertìm jocosâ, plenus ſalium, ac gratiarum fuit, ut videre eſt, in variis ejuſdem elucubrationibus, quæ MSS. ab aliquibus ſervantur, nàm Carminum ſuorum pau-

pauca, & sui ferè semper suppresso nomine edere consuevit.

FRANCISCUS ANTONIUS BONFINI Britinoriensis, Juris Utriusque insignis Doctor, Almæ Ferrariensis Rotæ Auditor, anno 1698. constitutus, Ferrariæque per quinquennium, & ultrà comoratus: Edidit *Commentaria ad Bannimenta generalia*, quæ etiàm pulcherrimis annotationibus illustravit.

BERNARDUS BUCCI, Romanus, vivens, Philosophus, Orator, ac Poeta Italicus, si quis alius, ætate nostrà nobilissimus: Eum, in vivis agente Eminentissimo Joanne Patritio, quondàm Ferrariæ Legato, apùd nos diù habuimus, ejusque nos amicitiâ perfrui gloriamur: Cœtui nostro Litterario *Della Selva* est ascriptus; multa autèm scripsit, ac in dies scribit, egregiæ omnia; sed in nobilissimo Poemate, vulgò *In Terza Rima*, quod ad Comediæ Dantis imitationem conscripsit, se ipsum superat; utinàm verò quamprimùm publici juris fiat, ut novo hujusmodi thesauro Litteratorum Respublica locupletetur.

JOANNES COCHLEO Norimbergensis, Theologorum ætatis suæ præclarissimus, ac facilè princeps, qui floruit Sæculo XV. Egregiam ejusdem in Theologicâ scientiâ institutionem Lyceo nostro Ferrariensi Germaniam debere fatetur Jacobus Middendorppio, in suo Opere: *De Academiis Universi Terrar. Orbis*, *pag.* 445., testaturque etiàm Raphael Volaterrano; quinimmò eorum alter, Cochleo Doctoralia insignia in Ferrariensium Theologorum Collegio obtinuisse tradit.

ANTONIUS URCEUS CODRO, ex Herberiâ, Ferrariæ Græcis, Latinisque litteris, sub Guarino Guarini operam dedit: Poeta fuit, at ejus Carmina citrà labem, sed absquè Venere fuisse, memorat Lilius Gregorius Giraldi, *in primo Dialogo Poetarum suor. tempor. fol. m.* 536., & Nicolaus Burtio Parmensis, *in suâ Bononiâ Illustratâ*.

NICOLAUS COPERNICO, Astronomus, Astrologusque eximius, qui à celeberrimo Dominico Maria Novarâ Ferrariense, ab anno 1484., usquè ad 1514. ipsius Novara emortualem, Ferrariæ, & Bononiæ, fuit institutus. Cùm Novara, qui natus erat

erat anno 1464., quinquagennarius decesserit anno prædicto 1514.; ac dictum Copernico ab anno 1484., usquè ad 1514. discipulum habuerit, ideòque anno ætatis vigesimo, qui est 1484. incæperit Ferrariæ publicè profiteri, evidens est, Copernico in Universitate nostrâ etiàm fuisse eruditum. De Copernico Jo. Baptista Riccioli, *Almageſt. Tom. 1. part. 1. in Indice Astrologorum, Astronomorum, & Cosmographorum*, ac alii multi.

NICOLAUS CAVALLI Anconitanus: Virum hunc probè eruditum, ac in Poeticâ versatum fuisse, Ferrariæque Alphunsi Principis Liberos bonis Litteris instituisse scribit Lilius Gregorius Giraldi, *in Dialogo 1. Poetar. suor. temporum*.

MARCUS CAVALLI Anconitanus, Latinus, ac Hetruscus Poeta, à Giraldi, *loco suprà citat.* laudatus: Commendatur etiàm ab immortali Ludovico Ariosto, *Furioso*, *Cant.* 42., ubì.

Et un Marco Cavalli, che tal fonte
Farà di Poesia nascer d' Ancona,
Qual fè il cavallo alato uscir del Monte,
Non sò, se di Parnasso, ò d' Elicona.

EURICIUS CORDO, ex Hassiæ Vico, Philosophus, Medicus, ac Poeta, in Almâ Universitate nostrâ à Leoniceno, & Manardo eruditus: Edidit *Bottonologicon: De abusu Uroscopiæ*, & *Juditium de Herbis*. Jo: Jacobus Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*.

NICOLINUS CATTALDO Siculus, Poeta, qui scripsit *De Morte Alphunsi Estensis Principis*, claruitque Sæculo XVI., Giraldi, *in Dialogo 2. Poetar. suor. temporum.*

NICOLAUS COSMICO Patavinus diù Ferrariæ constitit, fuitque Poeta Latinus, itèmque Hetruscus, cujùs opera referuntur à Lilio Giraldi, *Dialogo 1. Poetarum suorum temporum*. Videas etiàm Crescimbeni, *Volgar Poesia*, *volum. 4. libr. 1. centur. 4. num. 6.*

MARCUS CRETA, à Cretâ Insulâ, undè fortasse originem duxit sic appellatum putamus: Fuit autèm Humanarum Litterarum doctus admodùm Ferrariæ præceptor, ut vidimus, cùm

de

de Renato, Musâ Brasavola, quem ille edocuit, sermonem habuimus.

HERMICUS CAJADO Lusitanus, Ulysiponensis, Orator ac Poeta insignis, quem Ferrariæ fuisse versatum, ac Cœlii Calcagnini, aliorumque Litteratorum nostrorum consuetudine usum, scribit Lilius Gregorius Giraldi, *in Dialogo 2. Poetarum suorum temporum*.

JOANNES CALVUS Clusinus, Latinus Poeta, à Lilio Gregorio Giraldi nostro institutus, ut testatur idem Lilius, *in suo direptionis Romæ carmine* ad Antonium Tebaldeo.

JO: BAPTISTA CACCIALUPI de S. Severino, Juris Doctor celebris, cujus est *Consil.* 92. *Tom.* 1. *Consilior. Criminal.*, *recollect. per Jo: Baptistam Ziletti*; in subscriptione autèm Consilii prædicti, se *Comitem*, & *Consistorialem Ferrariæ* intitulat.

CAMILLUS de Pontremulo.
CÆSAR de Foro Sempronii.
STEPHANUS CRASSO Brixiensis, &
NICOLAUS CHIZOLA Brixiensis, Antonii Musæ Brasavola discipuli celebres, in almâ Universitate nostrâ, in Medicinâ eruditi. Idem Brasavola, *in Nuncupator. Commentar. in Aphorismos Hippocratis*.

LUDOVICUS CASTELVETRO Mutinensis, Philosophus, Matthematicus, Medicus, Orator, Poeta, Linguarum peritus insignis, Orbique Litterario notissimus: Hic, adolescens, in Almâ Ferrariensi Universitate nostrâ Legibus operam dedit, ut asserit Ludovicus Vedriani, *Dottori Modenesi, all' anno* 1566. *fol. m.* 167. Ferrariæ paritèr Opus suum celeberrimum: *Dell' Arte Poetica*. Ludovicum scripsisse tradit Franciscus Patritio, *in Nuncupatoria Poeticæ suæ ad Urbini Ducissam datâ*.

ÆLIUS JULIUS CROTTO Cremonensis, Latinus Poeta præclarissimus, qui Ferrariæ vixit annis pluribus, Hercule II. Estensi Duce imperante. De eo fusiùs Arisi, *Cremona Litterat.*, *Tom.* 2., *ad ann.* 1545.

NI-

NICOLAUS CROTI Laudensis: Ferrariæ à se eruditum in Medicinâ testatur Antonius Musa Brasavola, *in Epist. Nuncupat. Commentar. in Aphorismos*.

JULIUS COCHIO, Humanis Litteris à Bartholomeo Ricci Ferrariæ excultus: Hujus autèm, adhùc adolescentis, in gratiam scripsit Ricci idem Libellum: *De evitandâ, atquè compescendâ iracundiâ*, qui anno 1561. Bononiæ editus est typis Peregrini Bonardi.

GOTTARDUS COSTIO: Ad Virum hunc probè Litteratum Ferrariæ comorantem *Epistolas binas* dedit Bartholomeus Ricci ejusdem amicissimus; extant autèm *in libr. 2. Epistolar. Latinar. Ricci* prædicti.

FRANCISCUS CORNEO Perusinus, insignis Jurisconsultus Alphunsi II. Ferrariæ Ducis à Consiliis, ut apparet *ex nuncupatoriâ Thæsium Legalium Marcelli Bosio*: Hæ Thæses apùd nos sunt, *Bononiæ impressæ anno* 1567. per Joannem Rossio.

CÆSAR CORRADI Carpensis, Juris Interpres celebris, qui tempore Alphunsi II. Ferrariæ Juri dicundo constitit. Gulielmus Maggi, *Memor. Historiche di Carpi, libr. 4. fol.* 141.

SERAPHINUS CAPPONI della Porretta, Ordinis Prædicatorum, Philosophus, Theologusque egregius, ac morum sanctitate mirabilis, qui diù Ferrariæ Lector fuit, in Conventu S. Dominici: Ad annos aliquos in Cathedrali nostrâ Sacram Scripturam, ac Theologiæ Moralis Casus explicavit, tandèmque Ferrariè obiit anno 1614., in sanctitatis odore: Hæc scripsit, scilicèt: *Commentaria in Summam D. Thomæ: In Pentatheucum Moysis Tomos duos: Expositionem in quattuor Evangelia: Le Verità d'Oro, contro le Heresie: Esposizione del Simbolo della Fede: Compendium Theologiæ Alberti Magni, & Un libro delle Ceremonie della Messa*. Dominicus Maria Marchese, *Diario Domenicano, sotto li 3. Genaro*.

GABRIEL ANTONIUS CALDERONI Faventinus, Almæ Rotæ nostræ Auditor celebris, anno 1693. electus, Ferrariæque per integrum quinquennium versatus: Multa edidit, scilicèt: *Dis-*

Discursus, & alia legalia, *impressa apud Jacob Balduccium*, *in Observation. ad Consilia Ramon.*, *in Tomo* 4.

BARTHOLOMEUS CASTELLI Interamnensis, Ferrariæ diù in Aulâ Eminentissimi, & Reverendissimi THOME RUFFO, olim Emiliæ, Bononiæ, Ferrariæque de Latere Legati nunc autem Prænestini, Ferrariæque Archiepiscopi meritissimi, comoratus, ac in Almo nostro Juristarum Collegio, Doctorali laureâ insignitus: Hic posteâ Senogalliæ Episcopus creatus est, ibidèmque morum integritate conspicuus; post annos aliquos currenti Sæculo obiit.

DIONISIUS CAVALLINI Bononiensis, Ordinis Minorum, vivens, Theologus, Philosophus, Orator, ac Poeta Italicus, qui in Cœnobio S. Francisci Ferrariæ annis nonnullis constitit: Scripsit, ac in dies scribit: *Prediche*: *Panegirici Sacri*: *Orazioni*, & alia.

ROGGERIUS CALBI Ravennas, vivens, Phil., ac Med. illustris, Ferrariæ à D. Joanne Agnella, in Universitate nostrâ Medicinæ Lectore, optimè eruditus: Poesi Italicæ pariter nobilitèr vacat, ac usquè adhùc, intèr cætera edidit *Sonetti*, quibus varias Scientiæ Philosophicæ materias complectitur.

JOANNINUS DIVISIOLI Cremonensis, Philosophus, Jurisperitus, ac Rhetor insignis, qui Opizzonis Estensis Ferrariæ Domini à Consiliis fuit; floruit autem circà Sæculi XIII. dimidium. Arisi, *Cremona Letterat. Tom.* 1. *all. anno* 1260.

CÆSAR DULCIUS Cremonensis, Rhetor, ac Poeta celebris, Alphonsi II. postremi Ferrariæ Ducis à Secretis. Arisi, *Cremona Letterat. Tom.* 2. *all. anno* 1580. Cæsaris nostri latinum Carmen legitur *in fronte Voluminis Consiliorum Prosperi Pasetti*.

AUGUSTINUS DENA Mutinensis, in Lyceo nostro Legali Scientiæ vacavit, & Academiæ Olympicorum Princeps fuit, ut patet ex *ejusdem Thæsibus*, *Antonio Mariæ Cardinali Salviato inscriptis*, Ferrariæque impressis anno 1585. per Victorium Baldini, quas videre est apud D. Hieronymum Baruffaldi.

MATTHEUS DAINESI Ravennas, Equitis Lucæ Dainesii nepos, magnæ spei Juvenis, qui dùm in Universitate nostrâ Legibus operam daret, mortuus est. Borsetti, *Supplement. delle Chiese di Ferrara*, *fol.* 132.

MARIUS EQUICOLA de Alveto, Domus Estensis, Rerumque Ferrariensium Historicus, qui Sæculo XVI. floruit, diùque fuit in Urbe nostrâ versatus: Fuit autèm vir doctissimus, multaque scripsit, ac edidit, quapropter Ludovici Ariosto laudes promeruit, *Furioso*, *Cant.* 46. *stanz.* 14., ubi

Ecco altri due Alessandri in un drapello,
Dà gli Orologi l' un, l' altro il Guarino;
Ecco Mario d' Olvito &c.

GASPAR ERMINIO Tridentinus, Antonii Musæ Brasavola, Ferrariæ in Medicâ facultate discipulus, ut refert Musa idem, *in suâ Epistol. nuncupat. Commentar. in Aphorismos*.

PETRUS CANDIDUS LEUCO DECEMBRIO: Eum sic appellat Franciscus Filelfo, in mordacissimâ *Epistolâ*, quâ ipsum carpit, *datâ* 5. *Idus Februarii* 1445., quàm *in libello Epistolarum Philelpho* habemus impressam; fuit autèm Decembrio Orator, Historicusque celeberrimus: Ferrariam incoluit diù, ibidèmque Leonellum Estensem, qui fuit Ferrariæ Dominus, in Rhetoricis erudivit. Hieronymus Squarzafico, *in Vitâ Francisci Petrarcæ*, *Latinis Operibus dicti Petrarcæ* præmissâ, & Ab. Antonius Libanori, *Ferrara d' Oro*, *part.* 3., qui tamèn Angelum Decembrio, non Candidum appellat: Fortasse nomine utroque nuncupabatur; neque enim credimus, Decembrios duos fuisse eodem tempore Leonelli Estensis in Humanis Litteris præceptores: Angelum appellat Joannes Baptista Pigna, *Historia dei Princip. d' Este*, *libr.* 6. *fol. m.* 452., ubi eundem, Dialogum *Della Politia Litteraria* scripsisse asserit, & *libr.* 7. *fol.* 542. Librum edidit: *De Genitura Hominis*, ut refert Jo: Jacobus Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*.

THOMAS FILOLOGO Ravennas, Vir insignis, qui Astrologiâ, Mathematicisque disciplinis in celeberrimâ Universitate nostrâ fuit institutus, claruitque circà Sæculi XV. initium: Philosophiæ etiàm, & Medicinæ Doctor fuit, obiitque octogenario

ma-

major, ut scribit Joannes Jacobus Mangeti, *in suâ Medicâ Bibliothecâ*.

GUILIELMUS FORFEX, Latinus Poeta præclarus, qui circà Sæculi XV. dimidium floruit: Ejusdem Epitaphia, in morte Nicolai Marchionis Estensis Ferrariæ Domini, retulimus libro 1. prioris Partis hujus Historiæ. Ejus Patriam ignoramus, quapropter hic, intèr alienigenas recensemus, quamvìs fortassè Ferrariensis fuerit.

FRANCISCUS DURANTI Phanensis: Hunc Ferrariæ bonis litteris institutum fuisse credimus; floruit autèm circà sæculi XV. dimidium. Latinus Poeta fuit, & nonnulla ejusdem Carmina, ad Leonellum Estensem Ferrariæ Dominum data leguntur *in citato aliàs Codice MS., apud D. March. Herculem Bevilaqua*.

ROBERTUS FLEMINGH: Hic Oxonii eruditus, in Italiam venit circâ Sæculi XV. dimidium, & in celeberrima Universitate nostrâ, à Baptista Guarini Seniore, Græcam, Latinamque Linguam, & amœniores Litteras didicit. Laudatur ab Henrico Warton, *in Appendice ad Guilielmum Cave*.

FEDERICUS de CLUNIACO, Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, apùd Hæduos natus: Floruit Sæculo XV. versùs finem; Juvenis autèm Jurisprudentiam in Ferrariensi Universitate didicit. Papadopoli, *Histor. Gymnasii Patavini*, *Tom. 2. lib. 1. cap. 6.*

ANTONIUS dei FERRARI, Galateo dictus: Galatenæ hic in Japygiâ natus anno 1444., Philosophus, Mathematicus, Medicus, Historicus, Græcarum, ac Latinarum Litterarum peritus evasit, virque in omnibus absolutissimus: In Almâ Universitate nostrâ Philosophiæ, ac Medicinæ studiis, sub præclarissimo Hieronymo Castelli adolescens operam dedit, ac Doctoratus insignia in Medicorum nostrorum Collegio reportavit: Opera multa Philosophica, Medica, Mathematica, Geographica, Historica, Politica, aliaque doctissimè scripsit, ut fusiùs videre est *in ejus Vitâ* à Joanne Baptista Polidoro scriptâ, ac *impressâ in Tomo 4. Delli Opuscoli Scientifici del P. Calogerà*: Vide etiàm Antonium Baldassari, *Ristretto delle Vite dei Personaggi Illustri*.

PETRUS FOLIATA Cremonensis, insignis Poeta, multiplicisque vir eruditionis, qui Herculis I. Ferrariæ Ducis ab Epistolis fuit, ut memorat Franciscus Arisi, *in suæ Cremon. Litterat. Tom.* 1., *ad annum* 1471.

AUGUSTINUS FOLIATA Cremonensis, Heremitanus S. Augustini, Philosophus, Theologusque egregius: Ferrariæ in Cœnobio D. Andreæ moratus est, ibique decessit etiàm anno 1533. Arisi suprà laudatus, *Tom.* 2., *ad annum prædictum*.

ALPHUNSUS FONTANELLA Regiensis, Vir. eruditissimus, ac intèr insignes Italicos Poetas meritò enumeratus, qui Sæculo XVI. claruit: De eo Joannes Marius Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia*, *libr.* 5. *class.* 2. *n.* 156. Hunc autèm eundem esse arbitramur, quem Ferrariæ in Estensium Principum Aulâ floruisse scribit Janus Nicius Eritrheus, *in suâ Pinacothecâ*, *sub Elogio Comitis Guidonis Ubaldi Bonarelli*.

FRIDERICUS de ALEMANIA, Antonii Musæ Brasavolæ in Universitate nostrâ discipulus, ut refert Musa idem, in sæpè citat. *nuncupat. Commentariorum suorum in Aphorismos Hippocr.*

GUIDO FOGLIANI MACCHIAVELLI Mutinensis, Legum Interpres insignis, qui Sæculo XVI., Ferrariæ multis apùd Estenses Principes Dignitatibus egregiè functus est. Ludovicus Vedriani, *Histor. dei Dottori Modonesi*, *fol. m.* 136.

LAURENTIUS FRIZOLIO Solianensis, Philosophus, Orator, ac Latinus Poeta præclarissimus, qui diutissimè Ferrariæ versatus est, ibidèmque bonis Litteris institutum credimus. Ferrariensium Litteratorum hominum amicitiam coluit, præsertìm Bartholomei Ricci, ut *ex ejusdem Epistolis patet*; ac Lilii Greg. Giraldi, qui, intèr Critica varia, Frizolio nostro *Dialogismum XXVI* inscripsit.

UBERTUS FOGLIETTA Januensis, Philosophus, Jurisperitus, Historicus, Rhetor, Grammaticusque celeberrimus, qui annis pluribus, in nobilissimâ Cardinalis Hippoliti Estensis Litteratorum Mecænatis Aulâ vixit. Antonius Baldassari, *Ristretto delle Vite dei Personaggi Illustri*, *fol.* 385.

GRE-

GREGORIUS de SPOLETO, Rhetor præstantissimus, in utrâque linguâ, Græcâ nempè, & Latinâ peritus admodùm, cujus summa laus, immortalem Ludovicum Ariosto adolescentem Humanis Litteris Ferrariæ erudivisse. Joannes Baptista Pigna, *Romanzi libr. 2. fol. m. 73.*, & Simon Fornari, *Vita di Lodovico Ariosto*.

GAMBINUS de Aretio, Poeta Italicus, qui sub Borsio Estense, Ferrariæ floruit. Crescimbeni, *nella Volgar Poesia, Volum. 4. libr. 1. centur. 3. n. 95.*

ANTONIUS GUIDONI Mutinensis, insignis Jurisconsultus Sæculi XV., Ferrariæ in Estensium Curiâ diù versatus, præsertìm Hercule I. Duce imperante, & fortassè Publicus in almâ Universitate nostrâ Professor: Intèr alia, quibus prò Estensibus functus est munera, Lugi Castro Comissarius præfuit, ut scribit Hieronymus Bonoli *Histor. di Lugo, libr. 3. cap. 19. pag. 468.*

ALOYSIUS GROTTO Adriensis, Philosophus, Orator, & Poeta celebris, eoque laudabilior, quòd ferè à nativitate cæcus fuerit; eum autèm humanis Litteris Cælius Calcagnini Ferrariæ erudivit. Jo: Marius Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia, volum. 3. libr. 2. num. 79.*

PETRUS GABRIELLI Patavinus, intèr discipulos suos, Ferrariæ in Philosophiâ, ac Medicinâ eruditos enumeratus ab Antonio Musâ Brasavola, *in Epistol. nuncupat. Commentar. suorum in Aphorismos*.

JACOBUS GREVINO Gallus, Philosophus, ac Medicus celeberrimus fuit Renatæ Ferrariæ Ducissæ; hic autèm ortus Claremontio, Sæculo XVI. floruit. Ità *apùd Crucium Meduanensem*.

GASPAR INGOLSTADIENSIS, in almâ Universitate nostrâ Sæculo XVI. Scholaris primò fuit, deindè in eâ Doctoratus Lauream consecutus est, ut apparet *ex Oratione*, eâ de causâ recitatâ per clarissimum Cælium Calcagnini, in quâ Gasparem, adolescentem nobilissimum appellat: Videas intèr impressa Calcagnini prædicti Opera.

NICOLAUS GIRINGELLI de Viadanâ: Ferrariæ, à se in Medicinâ institutum tradit Antonius Musa Brasavola, *in Epist. nuncupat. Commentar. in Aphorismos*.

CAMILLUS GRILLINZONI Carpensis, Ferrariæ, sub Antonio Musâ Brasavola prædicto Medicinæ studuit, ut scribit Musa idem, in sæpè citatâ *Nuncupat. Commentar. in Aphorismos*.

ANDREAS GRUNTHERO Germanus, vir eruditissimus, in Aulâ Renatæ Ferrariensis Ducissæ versatus, qui Olympiam, Morati Peregrini filiam, de quà aliàs, sibi matrimonio copulavit: At cùm Conjugum uterque Calvinianâ Hæresi laboraret, Herculis II. Ferrariæ Ducis metu, se ad Germanos receperunt. Laudatur Andreas intèr Poetas, à Lilio Greg. Giraldi, *in* 1., *&* 2. *Dialog. Poetar. suor. temporum*, quinimmò eundem, in ipsis interloquentem simulat.

GALEATIUS GONZAGA Mantuanus, Princeps nobilissimus, itèmque eruditissimus: Diù Ferrariæ apùd Estenses moram traxit. Bartholomeus Ricci, *Epistolarum libr.* 8., præsertìm verò *in Epistol.* 1. *ad Antonium Possevino*, asserit, Galeatium adolescentem Ferrariensi Universitati, ut in eadem institueretur, fuisse destinatum. De eo etiàm Lilius Giraldi, *in* 2. *Dialogo Poetar. suorum temp.* versùs finem, & Garzoni, *Piazza Universale*, qui, *Discors.* 14. unum ex Academicis Filaretis Ferrariæ eum fuisse memorat.

JO: FRANCISCUS GANDOLFI Carpensis, Theologus, in Collegio Ferrariensi Theologorum Doctorali gradù decoratus anno 1580. die 24. Martii, ut *in Indiculo Doctorum S. Theologiæ*, in fine hujus Operis.

ANGELUS GARIMBERTO Parmensis, Jurisconsultus egregius, qui Ferrariæ Ducis Justitiæ Consiliarius fuit, Ferrariæque decessit. Bonaventura Angeli, *Historia di Parma*, *libr.* 1. *fol.* 23.

THOMAS HERDOUTH Germanus, Strigoniensis Cardinalis amplissimus, quem in celeberrimâ Universitate nostrâ eruditum fuisse scribit Garimberto, *Vite*, *fol. m.* 340.

MICHAEL HOSPITALIUS Gallus, ex Arverniâ, vir doctissi-

tiſſimus, qui fuit Pariſienſis Senatus Conſiliarius, Margaritæque Valeſiæ, & tandèm Galliarum Magnus Cancellarius; hùnc autèm Almum Ferrarienſe Gymnaſium noſtrum habuit, in Juris prudentiâ diſcipulum, ut ſcribit Nicolaus Comneno Papadopoli, *Hiſtoriæ Gymn Patavini Tom. 2. libr. 1. cap. 23.* Vide etiàm Antonium Teiſſier, *in additionibus ad Elogia Virorum illuſtrium D. de Thou part. 1.*, *sùb laudati Hoſpitalii Elogio*.

HENRICUS de Alemaniâ, &
GASPAR HERMINIUS Tridentinus: Hos intèr celebriores diſcipulos ſuos recenſet Antonius Muſa Braſavola noſter, *in nuncupat. Commentar. ſuorum in Hippocr. Aphoriſmos*, ſæpè citatâ.

JACOBUS de Alemaniâ.
JACOBUS de Taurino, &
JULIUS de Januâ: Omnes Medici præclari ab Antonio Muſâ Braſavola edocti, laudatique *in nuncupat. Epiſt. Commentar. in Aphoriſmos Hippocratis*.

JOANNES LANGIO de Sileſiâ, Philoſophus, ac Medicus excellentiſſimus Leobertii natus: Hic praxim Medicam in Ferrarienſi Univerſitate didicit, ſub clariſſimo Nicolao Leoniceno, ut refert Papadopoli ſæpè laudatus, *in Hiſtoriâ Gymnaſii Patavini, Tom. 2. libr. 2. cap. 21.*, & Joannes Jacobus Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*.

ALBERICUS LONGO Salentinus, vir Græcarum Litterarum peritiſſimus, quas ut diſceret, in Græciam peregrinavit; indè verò redditu in Italiam facto, Ferrariæ conſtitit, ut in Philoſophiâ, græcè, ac latinè inſtitueretur. Ita Lilius Gregor. Giraldi, citatus à Laurentio Craſſo, *Hiſtor. dei Poeti Greci*. De hoc Alberico, cujus Cognomen *Longo* ſupponitur, extat *Epiſtola Petri Vittori ad Marcum Antonium Antimacho*, intèr dicti Vittori Epiſtolas, *pag. m.* 12.

JOANNES LEO Mutinenſis, Sacerdos fuit, ac Theologus, atquè Orator inſignis, Jacopini Riminaldo amiciſſimus, floruitque Ferrariæ in Sæculi XVI. initio: Intèr Aulicos magni Hippoliti Cardinalis Eſtenſis locum habuit; eidem verò dicavit Libellum pulcherrimum, doctiſſimumque ſuum Ferrariæ impreſſum anno

 1520.

1520. in ædibus Laurentii Rossi de Valentiâ, cui titulus *Virbius*, *seù Opus secretæ Theologiæ*: In Libelli, qui Auctoris Apologeticus est, fronte, ac in ejusdem commendationem tres leguntur excellentissimorum virorum Epistolæ, una scilicèt Fr. Antonii Beccari de Ferrariâ, ex Sacro Prædicatorum Ordine, adversùs Hæreticam pravitatem Inquisitoris, altera Nicolai Leoniceni, ultima Jacopini Riminaldo; in Operis verò fine hoc Cælii nostri Calcagnini Disticon legimus.

Quid numeras? numero brevis est liber, ast ubi rursùs
Libraris pondus, pondere longus erit.

CLAUDIUS LAJO Gallus, Societatis Jesu, unus ex primis D. Ignatii Lojolæ Sociis, vir doctrinâ, ac morum sanctitate præclarissimus, qui diù Ferrariam incoluit, magno Animarum, ac Ingeniorum fructu. Daniel Bartoli *Nella Vita di S. Ignazio*, e *nell' Italia*, & Libanori, *Ferrara d' Oro*, *part.* 3. *fol.* 82.

VINCENTIUS LANCETTI Cæsenas: De hoc in Medicis discipulo suo, multâ cùm laude mentio est apùd Antonium Musam Brasavola, *in nuncupat. Commentar. Aphorismorum Hippocratis.*

CONSTANTIUS LANDI Placentinus, qui Ferrariam diù incoluit, ac *Latinorum Carminum Volumen in* 4. in eadem Civitate typis dedit.

ANTONIUS LEONCILLO Spoletinus, Juris peritus insignis, diù Ferrariæ, in quâ Ecclesiæ Sancti Romani Vicarius, Canonicus, Rotæ Auditor, & Vicarius Generalis Eminentissimi Magalotti Episcopi fuit, est comoratus: Ipse verò die 3. Julii 1651. Termulensis Episcopus creatus est. Jo: Marangoni, *in Thesauro Parochorum*, *Tom.* 2. *libr.* 1. *cap.* 1. *n.* 103.

JO. FRANCISCUS LAZARELLI Eugubinus, Legum Doctor celebris, ac Poeta Italicus anteacti Sæculi jucundissimus: Hic Ferrariensis Rotæ Auditor fuit, diùque Ferrariæ constitit, ac intèr nos, notissimum opus: *La Cicceide* nuncupatum elucubravit. De eo Crescimbeni, *Volgar Poesia*, *vol.* 4. *libr.* 3. *centur.* 4. *n.* 22.

FRAN-

FRANCISCUS LELLIO Romanus, vivens, nervosiorum, amœniorumque Scientiarum, ac facultatum studiis addictissimus; ejus autèm hic, quod Ferrariam annis circitèr quatuor incoluerit, Historiam nomine decoramus: Elegans Orator est, eumque in Sanctorum quorumdam laudes è suggestu disertissimè dicentem audivimus; in latinâ verò Poesi, præsertìm in teneris, jocosis, minimisque etiàm pangendis, maximus apparet, ac ætate nostrâ incomparabilis. Litterario Ferrariensi *Della Selva* cœtui ascriptus est.

JULIUS PONTIUS MORELETO: Hunc intèr Poetas, qui suo tempore Ferrariæ floruere enumerat Lilius Greg. Giraldi, *in 2. Dialogo Poetar. suorum temporum*, eoque nullum, in carminibus, festiviorem, ac pleniorem, & in Tragediâ componendâ ornatiorem fuisse pronunciat.

ALDUS MANUTIO Venetus, Vir in omni Scientiarum genere doctissimus, Typographus accuratissimus, ac in seligendis Operibus imprimendis, corrigendisve, quatenùs opus fuit, singularis; hic autèm Græcis, Latinisque litteris Ferrariæ à Baptistâ Guarini Seniore fuit institutus, floruitque circà Sæculi XVI. initium: Hec habemus ex Aldo ipso, *in Nuncupatoriâ, Baptistæ prædicto ab ipso factâ editionis suæ Theocriti, Hesiodi, aliorumque Græcorum Poetarum*, quam citat eruditissimus Comes Scipio Maffei *Verona illustrata, part. 2. libr. 3., sub Elogio Baptistæ, ac Hieronymi Guarini*.

MINIATUS de Florentiâ, Ord. Prædicatorum, Theologus, ac Concionator celeberrimus, qui annis pluribus Ferrariæ comoratus est, Estensibusque Ducibus, ac Ferrariensibus cunctis carissimus fuit: Florentiæ, Romæ, Neapoli, Venetiisque, summo Animarum profectu prædicavit, Ferrariæ autèm annis duodecim, eoque zelo, ut tùnc temporis communitèr dici soleret, Miniatum Florentinum; Concionibus, fructuque earum, Ferrariensi Populo illud rependisse, quod Hieronymus Savonarola Ferrariensis, ejusdem Ordinis celeberrimus vir Florentino Populo antè contulerat: Polluit etiàm prudentiâ Miniatus, itaùt à Majoribus nostris Consiliorum Pater nuncuparetur: Ferrariæ obiit anno 1575. Razzi, *Histor. delli Uomini illustri del Sacr. Ord. dei Predicatori, pag. m. 288.*

BO-

. BOVINUS, seù BONINUS MOMBRITIO Mediolanensis: Hic ille, qui *Hesiodi Theogeniam* è Græco in Latinum idioma vertit, ac Borsio Estensi, primo Ferrariæ Duci dicavit. Lilius Greg. Giraldi, *Dialogo* 1. *Poet. suorum temporum*. Prò *Mombritio*, *Mombreto* appellat Bergomensis, *in suo Chronicorum supplemento*, *libr.* 15.

MARCUS ANTONIUS MAJORAGIO Mediolanensis, Legista, Philosophus, ac Orator magni nominis, Litteratis notissimus, qui antiquum suæ Familiæ *Conti* Cognomen in illud Majoragio sibi commutavit: In ipsius *Oratione*, quam inscripsit *de mutatione Nominis*, & in quâ Litteratos plures recenset viros Sæculorum XIV., XV., & XVI., qui sibi ipsis nomen mutarunt, asserit, se in Ferrariensi nostrâ Universitate, sub doctissimo Andreâ Alciati legibus operam dedisse. *Oratio Mediolani excusa est typis Antonii Burgii anno* 1547.

JO: HIERONYMUS MONFERRATO, in Lyceo nostro Ferrariensi, sùb clarissimo Cælio Calcagnini Humanas Litteras didicit, Præceptori tanto Discipulorum omnium carissimus, quòd satis supèrque Calcagnini idem testatum dedit, *Collectaneam Vetustatis*, *Dicta Moralia*, aliaque in Monferrato gratiam conscribendo. Hic verò Institutori optimo gratiam rependit; eò enim vitâ functo, ipsius Opera in unum collegit, & Jacobo Bojardo, ac Antonio Musâ Brasavola coadiuvantibus Basileæ typis dedit anno 1544. Opus Herculi II. Ferrariæ Duci dicatum est, ejusque in fronte Antonii Musæ prædicti nuncupatoriam habemus Epistolam, undè hæc pauca desumpsimus.

MATTHEUS de MEDIOLANO, Præceptorem habuit in celeberrimâ Universitate nostrâ Antonium Musam Brasavola, à quò laudatur *in nuncupat. Commentar. in Hippocratis Aphorismos*.

MARIUS MOLZA Mutinensis, Sæculi XVI. Latinus Poeta elegantissimus, universæ Litteratorum Reipublicæ probè notus: Eundem apùd nos Scientiarum, Poesisque studiis incubuisse haùd temerè crediderimus; hoc certum est, Urbem nostram, annis pluribus incoluisse.

TARQUINIA MOLZA Mutinensis, Hetrusca Poetria, tàm ge-

genere, quàm ſcientiâ laudatiſſima: Hanc verò Ferrariæ, in Lyricis claruiſſe ſcribit Franciſcus Patritio *Poetica*, in *Epiſtol. nuncupatoriâ Operis ejuſdem Duciſſæ Urbini*.

HIERONYMUS MATTHEUCCI Firmanus, in Ferrarienſi Univerſitate Jus utrumque didicit, unuſque fuit ex Afflatorum Academiâ, ut conſtat *ex ejuſdem Thæſibus*, Mutinæ circà dimidium Sæculi XVI. impreſſis per Paulum, & Fratres Gadaldino.

FRANCISCUS MUTI Conſentinus, Ferrariæ in Philoſophiâ, Humaniſque Litteris inſtitutus eſt, ac Ferrarienſis Tergeminorum Academiæ Ordinarius Lector fuit: Extant autèm ejuſdem Thæſes *De Pulchritudine*, Alphunſo II. Ferrariæ Duci dicatæ, ac in Urbe noſtrâ vulgatæ anno 1589. per Victorium Baldini.

NICOLAUS MAZZONI Mutinenſis, Legiſta inſignis, qui Ferrariæ obiit in ſervitio Ducum Eſtenſium, & in Templo D. Andreæ ſepultus eſt. Guarini, *Chieſe di Ferrara*, *libr.* 5., & Vedriani, *Dottori Modoneſi*, *fol. m.* 90.

JACOBUS MAZZONI Forolivienſis, memoriæ, ac eruditionis prodigium fuit: Ferrariæ autèm, ſub Legatione Petri Cardinalis Aldobrandini permanſit, inſigniſque noſtræ Intrepidorum Academiæ Principatum tenuit. Papadopoli, *Tom.* 2. *Hiſtoriæ Gymnaſ. Patavini*, & Joannes Marius Creſcimbeni, *Hiſtor. della Volgar Poeſia*, *volum.* 4. *libr.* 2. *centur.* 3. *num.* 94. Mazzoni eundem Ferrariæ deceſſiſſe tradit anno 1598., Caferrum ſecutus, *in Synth. Vetuſtatis*, *pag.* 47. Apùd auctorem veritas ſit, nos enìm de indicato emortuali anno dubitamus, cùm difficillimum videatur, anno eodem potuiſſe Mazzoni, ſub Legatione Petri Aldobrandini Ferrarienſis Intrepidorum Academiæ Principatum gerere, nàm Legatus ipſe dicto anno 1598. tantùm primò Ferrariam venit.

THEOPHILUS MICHELI Cracovienſis, Hæremitanus, ſacræ Theologiæ inſigniis in Collegio noſtro donatus anno 1621., ut *ex Catalogo Doctorum Theologor.*, in fin. Operis.

MARCUS ANTONIUS MOMBELLI Forolivienſis, Societatis

tatis Jesu, vir doctissimus, qui transacto Sæculo, in Collegio Societatis Jesu, Ferrariæ diù constitit, ibidèmque etiàm extremum diem obiit: Hic ille, qui sub Cinonii Academici Philargitæ nomine, *Observationes* utilimas in Hetruscam Linguam edidit. Georgius Vivianus Marchesi, *de Vitis Virorum illustrium Forolivienſium*, *libr.* 2. *cap.* 4.

HIERONYMUS MELANI Senensis, vivens, Legum Doctor, Philosophus, Orator, ac Poeta in linguâ utraque, Latinâ scilicèt, ac Hetruscâ: Bononiæ primò, deindè Venetiis constitit, nùnc Ferrariam incolit, Excellentissimi Doni March. Guidonis Bentivoglio ab Epistolis constitutus: Multa, tàm solutâ oratione, quàm carmine scrìpsit, ac in dies scribit, haùd pauca edidit, quæ Viri ingenium sapiunt.

LEONARDUS NOGAROLA Veronensis, insignis Theólogus Sæculi XV., de quò Raphael Volaterranus, *libr.* 4. hæc scribit: *Hostilia, & Nugarolum Veronensium ædifitia, undè Nugarola Familia Veronæ, ex quâ Leonardum Protbonotarium summum Theologum olìm Ferrariæ magnâ facundiâ disserentem vidi.*

CAROLUS NUVOLONE, intèr Familiares eruditissimos Leonelli Estensis Ferrariæ Domini recensitus à Jo: Bapt. Pigna, *Istoria Estense*, *libr.* 7. *fol. m.* 542.

FRANCISCUS NEGRI Venetus, Poeta latinus fuit, multâque refertus eruditione; diù autèm Ferrariæ fuisse commoratum tradit Lilius Gregorius Giraldi, *in* 2. *Poetarum suorum tempor. Dialogo*.

NOMICUS, Parmensis: Hunc in Ferrariensi Universitate floruisse, ac ab eo Agathonem Cremonensem eruditum scribit Franciscus Arisi, *Cremona Litterata Tom.* 2., *ad annum* 1508.

NICOLAUS, de Viadanâ, intèr celebriores Medicæ facultatis discipulos, à se Ferrariæ institutos recensitus ab Antonio Musâ Brasavola, *in. Nuncupat. Commentariorum in Aphorismos Hippocratis*.

FRAN-

FRANCISCUS OTTAVIO, aliàs CLEOPHILUS Fanensis, seù *Fr. Octavius*, Poeta elegans, qui versatus est Ferrariæ diù, scripsitque *Amatorias Epistolas*, & *Carmina varia ad Juliam puellam*, ut tradit Lilius Gregorius Giraldi, *in 1. Dialogo Poetarum suorum temporum:* Hunc eundem esse credimus, ad quem Ludovicus Bigo Pittorio noster sequens dedit Epigramma, quod impressum legitur *in Libro ejusdem Carminum*, *Cæsari Aragonio dicato*.

Ad Octavium.

Miraris, reor, in tuos honores
Nostras Sforziadum tacere Musas,
Octavi decus. Heù nimis maligno
Astro sum genitus, malisque fatis;
Totam versibus in sacris juventam
Expendi, & senium, & tamèn negatur,
De te, prò meritis, mihi facultas
Cantandi: Valeant fides, lyræque
Et plectra, atquè Helicon; suâ putabam
Vates omnia fictione posse.
Erravi; tua namquè major omni est
Virtus carmine, & admonet Poetas,
Ne quantùm priùs efferant se in altum.

JULIUS OTTONELLI Mutinensis, Legum, & Linguarum peritissimus, qui Sæculo XVI. floruit, Ferrariamque diù incoluit. De eo Ludovicus Vedriani, *libr. dei Dottori Modonesi, all' anno 1573. fol. m. 186.*

GEORGIUS de ORTONA Cretensis, in almâ Universitate nostrâ, in Medicinâ ab Antonio Musâ Brasavola fuit eruditus, quemadmodùm testatur Musa ipse, *in Epistol. nuncupat. Commentariorum suorum in Hippocratis Aphorismos*, ubi etiàm eum utriusque linguæ peritissimum asserit.

ARNALDUS de OSSAT Gallus, Philosophus, Matthematicus, Juris peritus, ac amœnioribus Litteris ornatus; Hic in Italiam venit, & in Aulam Cardinalis Aloysii Estensis, maximi Litteratorum Virorum Mecænatis admissus, ejusdem operâ, ab

ab Henricis III., & IV. Gallorum Regibus munera amplissima, dignè sustinuit, quapropter meritorum intuitù, S. R. E. Cardinalis à Clemente VIII. creatus est anno 1598. Antonius Baldassari, *Ristretto delle Vite dei Personaggi Illustri &c. fol.* 57.

DIDACUS PYRRO Lusitanus, Latinus Poeta celebris, à Lilio Gregorio Giraldi, Ferrariæ bonis Litteris institutus, ac ab eodem laudatus *in principio primi Dialogi Poetarum suorum temporum*: Epistolæ *de incommodis direptionis Almæ Urbis*, à Giraldi prædicto ad Antonium Tebaldeo scriptæ, Florentiæ editæ anno 1551. pòst citatos Dialogos Poetarum, *ad pag.* 113. præpositum cernitur sequens Didaci nostri Epigramma:

Didacus Pyrrus L. Greg. Gir.

Mi Lili pater, & magister, oro,
Per comercia te novem Sororum,
Per quidquid benè Manibus precaris
Thebaldi veteris tui sodalis,
Ut prodire finas virum sub ore,
Omnes, quem Venereesque, Gratiæque
Dictarunt simùl aureum Libellum:
Hoc gratum mihi, & omnibus Poetis,
Quorum nomina scripta, Nationes
Perstringis breviter, sed elegantèr.

CÆSAR ORSINI, præclarus transacti Sæculi Poëta Italicus, qui intèr cætera edidit *Le Epistole*, e *Gli Idilii Amorosi*: Ferrariæ moram traxit, quòd ipse, in Operibus prædictis iterùm atquè iterùm testatur.

JOANNES PANNONIUS, Quinque Ecclesiensis Episcopus, Guarino Veronensis, in Humanis Litteris, Ferrariæ discipulus: Ejusdem Epigramma ad Præceptorem datum in primâ hujus Historiæ parte retulimus; memoratur autèm Pannonius à Lilio Gregorio Giraldi, *in Dialogo 1. Poetarum suorum temporum*. Varia etiàm *Pannonii Carmina* legimus *in copiosissimo Codice MS. Carminum Auctorum Diversorum, apùd D. Marchionem Herculem Bevilaqua.*

PAU-

PAULUS Ferratiensis, Grammaticus insignis, cujus familiam usquè adhùc ignoramus: Ad eum data legitur *Epistola Gasparini Barzizio Bergomensis*, *Idibus Junii* anni, ut putamus 1411. circà, quæ est *in Romanâ editione anni* 1723.

JOANNES PICO Mirandulæ Princeps, *Ingeniorum Phœnix*, ob incomparabilem mentis vim, doctrinamque meritò nuncupatus: Hic Ferrariæ apùd Estenses Principes, quos Cognationis jure colebat, magnam vitæ partem transegit, teste Joanne Francisco Pico Gentili suo, cujus in primâ Historiæ parte verba transcripsimus. Henricus verò Warton, *in Appendice ad Historiam Litterar. Gulielmi Cave ad pag.* 135. de Pico asserit, quòd relicto Mirandulæ, Concordiæque Principatus regimine, anno 1491. in peramœnam Agri nostri Ferrariensis Villam secessit, ubi Animæ, & Musis solus vacavit.

JO: FRANCISCUS PICO Mirandulæ Princeps, Theologus, Philosophus, Matthematicus, Orator, ac Poeta præclarissimus, Orbique notissimus: Hic Ferrariæ diù, apùd Estenses Principes, propinquos suos comorari consuevit. Ad eum varia *Ludovici nostri Bigo Pictorii Epigrammata* data fuere, unum præsertim *in Libello Epigrammatum*, *Uguccioni Contrario dicato*, quò Ludovicus Pico Adolescentis carminibus plaudit.

JO: THOMAS PICO Mirandulanus, Litteratus Princeps, in Rhetoricis à Lilio Gregorio Giraldi eruditus: Eidem Librum *Enigmatum*, & *Symbolorum Pitagoræ interpretationem* Præceptor dicavit, ut liquet *ex Epistolâ Enigmatibus præpositâ*.

JO: MARIA dalla PORTA Mutinensis, Jurisconsultus egregius, qui Alphunsi I. Ferrariæ Ducis à Secretis fuit. Vedriani, *Libr. dei Dottori Modonesi*, *fol. m.* 81.

PARTENOPEUS de MANTUA, Ferrariæ à Nomico Parmensi bonis litteris institutus. Arisi, *Cremona Litterat. Tom.* 2., *ad annum* 1508.

FELIX PERETTI, Minorita, qui fuit SIXTUS V. P. M. obscurorum natalium vir, sed doctrinâ, ac virtute suffragante ad

ad summam D. Petri Cathedram elatus. Adolescens adhuc, per annos aliquos, Ferrariæ Litteris operam dedit, ut habetur *in latinâ Oratione, à Joanne Francisco Terzani Cremona, Romæ habitâ*, dùm prò Alphunso II. Ferrariæ Duce, Pontifici eidem obedientiam præstaret. Oratio autèm Venetiis impressa fuit per Joachimum Brugnoli anno 1586.

PAULUS PALIOTI Fanensis, Juris peritus, ac Poeta insignis, qui circà initium Sæculi XVI. Ferrariæ Judex Maleficiorum fuit. Ejusdem pulcherrimum extat latinum *Endecasillabum ad Danielem Fini* datum, *in Finiano MS. Codice*, sæpè in præsenti Historiâ citato, *pag.* 91. Palioti verò, Fini viri amicissimi nomine, eo tamèn inscio, pari *Hendecasillabo* respondit Cælius Calcagnini, ut *in MS. laudato, pag.* 92. Sed utrumque audire præstat.

Ad Danielem Finum, Excellentissimus D. Paulus Paliotus de Fano, Judex Maleficiorum Ferrariæ.

Nùm expectabimus, absquè fine, Fine,
Nostrorum breve premium laborum?
Numquàm nè ille oneraria carina
Plena mercibus ora ab Adriana
Missis (undè etiàm juvabor ipse)
Nostra hæc littora contigère salvæ?
Sævò an naufragio, putem perisse?
At credo Generi tui cramenam
Intrasse incolumes nimis tenacis.
Ac unis periisse quippè nobis,
Queis tantùm bona verba nempè dantur,
Ut nosti, & mihi multa jàm dedisti;
Tuam quandoquidèm fidem secuti
Græcas præcipitamur in Kalendas.
Hinc vix reprimo Jambicum furorem, &
Bilem tempero læsus æstuosam
Edico gravis auro ades nitenti,
Accersentur enìm truces Camœnæ,
Si expectabimus, absquè fine, Fine,
Nostrorum brève premium laborum.

Cla-

Clarissimus D. Cælius Calcagninus amicorum optimus visis præscriptis, in hunc modum rescripsit præfato D. Paulo, prò suo Daniele Fino.

Votum istud remorare, Paule, paulùm
Tàm præceps, adeò furore plenum;
Ne amico miniteris immerenti;
En merces tua jàm tibi exoluta est;
En promissa bonâ fide rependi
Curavit, Daniel, vel usquè ad assem,
Nèc verbis modò, Paule, ceù putabas;
Sed rebus quoquè gratiam emeretur.
Jàm convicia, jàm truces Jambi
Facessant procul à tuo Sodale,
Qui te non onerarias carinas,
Non merces jubet orâ ab Adrianâ
Expectare, sed ad manum venire
Promptam, atquè expositam jubet monetam,
Exacti leve premium laboris;
Nèc rem ducit in Atticas Kalendas,
Nèc nugis facit hanc diem beatam,
Sed ut tù cupis, ære tinnienti:
Votum ergò remorarè, Paule, paulùm
Tàm præceps, adeò furore plenum.

PETRUS della PERGOLA, &
HERCULES PAPAZZONI Mirandulanus; Eos intèr discipulos suos enumerat insignis noster Antonius Musa Brasavola, in sæpè citat. *Nuncupat. Epistolâ Commentar. suor. in Hippocratis Aphorismos.*

HIERONYMUS PARISETTI Regiensis, Jurisconsultus egregius, qui sub Andreâ Alciato Ferrariæ Legalem scientiam didicit. Guido Panciroli, *de clar. leg. Interpr. lib. 3. cap. 59.*

PETRUS POMPONIAZZO Mantuanus, Petri alterius, *Pedretto* nuncupati, qui in Lyceo nostro Lector fuit, Pronepos: Hic, Ferrariæ Philosophiam, & Græcas, Latinasque litteras didicit, ut videre est apùd Bartholomeum Ricci, *in Epistolâ 1. lib.4.* ad Christophorum Cardinalem Amadrisium datâ.

BARTHOLOMEUS PORTO, Philosophiam in almâ Universitate nostrâ studit, postquàm latinis, græcisque linguis fuerat eruditus, ut habemus *in unâ Epistolarum Bartholomei Ricci ad Bartholomeum Abbiosi, libr. 2.*

EMILIUS PORTO Cretensis, Francisci, qui in Academiâ nostrâ Eloquentiam, ac Græcas Litteras docuit filius, ipse etiàm litteratissimus: *Suidæ*, *Dionisii Alicarnassei*, aliorumque *Græcorum Historicorum* Opera Latio donavit, illustravitque; *Latina* itèm, ac *Græca Carmina* elucubravit, *Vocabularia*, & alia id genus plura, magni à Litteratis habita scripsit, edíditque, ac in Heidelbergensi Academiâ, Græcas Litteras, unà cùm Olympia Morati, Mantuanâ, Peregrini Lectoris nostri filiâ, ingenti cùm laude professus est: Capaccius, *Elogii delli Huomini Illustri*, & Laurentius Crasso, *Histor. dei Poeti Greci*. Ferrariæ moram traxit; Renatæ Ducissæ notus, ejusdemque Calvinianæ Sectæ, quâ Pater, Olympia, aliique in Aulâ plures, notâ inustus, quapropter putamus, Emilium hunc, non alium, quem vocat Olympiæ fratrem Antonius Tessier Gallus, *in Elogiis Litterat. Hominum, excerpt. ab. Histor. D. de Thou, pag.* 99. cùm eà, ut Herculis II. Ferrariæ Ducis animadversionem evaderent, in Germaniam aufugisse, ac Heidelbergæ constitisse, ut etiàm diximus, cùm de Peregrino, & Olympiâ Morati alibì sermonem habuimus.

OCTOBONUS POCCETTI Sablonetensis, Rhetoricus insignis, à quò Ferrariæ est institutus Alphunsus Estensis *Junior*, Alphunsi II. Ferrariæ Ducis filius: Extat elegantissima *Pocetti Oratio latina, in morte ejusdem Junioris Alphunsi*; est autèm Ferrariæ impressa per Hæredes Francisci Rossi, in Viâ S. Gulielmi, III. Kal. Decembris 1578.

GUIDO PANCIROLI Regiensis, Jurisconsultus celeberrimus, ac summæ eruditionis Vir, cujus opus *De clar. legum Interpret.*, à nobis sæpè citatum, Ferrariæ, sub Hippolito Riminaldo, aliisque magni nominis Doctoribus Legum studiis vacavit. Papadopoli, *Histor. Gymn. Patavini Tom.* 1. *lib.* 3. *sect.* 1. *cap.* 25.

FRANCISCUS PANIGAROLA Mediolanensis, ex Minoribus Observantiæ, Theol., Phil., ac Concionator disertissimus, nèc non Poeta Italicus: Hic Alphunso II. Ferrariæ Duce imperante, Pau-

Pauli Leoni Ferrarienſis Epiſcopi Suffraganeus fuit. Creſcimbeni, *Commentar. all' Hiſtor. della Volgar Poeſia*, *Volum.3. libr.2. n.87*.

ANTONIUS POSSEVINI Mantuanus, Societ. Jeſu, Theologus, Philoſophus, Hiſtoricus, Orator, Linguarumque peritiſſimus; Ferrariæ ſenex conſtitit, obiitque anno 1611. IV. Kalend. Martii. Papadopoli, *Hiſtor. Gymnaſ. Patavini*, *Tom.2. lib.2.cap.40.*, & Lilius Giraldi, *in Dialog. 2. Poetarum ſuorum temporum*, *circà finem*.

FRANCISCUS PELLIZZARI Societatis Jeſu, Philoſophus, Theologuſque inſignis, qui, Ferrariæ per annos multos S. Theologiæ Moralis Lector fuit, floruitque in exordio anteacti Sæculi; eum etiàm Ferrariæ deceſſiſſe credimus: Edidit *Tractatum de Monialibus*, & alia, multaque etiàm reliquit inedita, præſertìm *Volumen* doctiſſimum, utilimumque *Caſuum Diverſorum*, *ad Moralem Theologiam pertinentium*, quod in hac Collegii Societatis Jeſu Bibliothecâ ſervatur.

EVANGELISTA QUATRAMMO Eugubinus, Hæremita, Theologus; ac Alphunſi II. Ferrariæ Ducis Simpliciſtà inſignis, qui anno 1597. *Tractatum de Præſervatione*, *& Curatione Pestis*, ac *Tractatum de Theriacâ*, *& Mithridatio* Ferrariæ edidit. Jo: Jacobus Mangeti, *in Bibliothecâ Medicâ*.

HERCULES RANGONE Mutinenſis, S. R. Eccleſiæ Cardinalis ampliſſimus, Mutinæque Epiſcopus, qui floruit Sæculo XVI. Adoleſcens, Ferrariæ humanis litteris fuit eruditus à celeberrimo Lilio Gregorio Giraldi noſtro, quem Lelium, ſed minùs verè appellat Ludovicus Vedriani, *Vite dei Cardinali Modoneſi*, *fol. m. 24. & 27*.

AUGUSTINUS RICCI Lugienſis: Intèr diſcipulos à ſe Ferrariæ, in Medicinâ, ac Philoſophiâ inſtitutos hunc enumerat Antonius Muſa Braſavola, *in Epiſt. nuncupat. Comment. Aphoriſm.*

BENEDICTUS RINALDI Mutinenſis, Legum Doctor præclariſſimus, qui annis undecìm Ferrariæ Præturam tenuit, obiitque anno 1588. Vedriani, *Dottori Modoneſi*, *fol. m. 193*.

AUGUSTINUS RALEGO Cremonensis, in nostro Theologorum Collegio, Doctorali dignitate insignitus anno 1589., ut in *Indice, in fin. Operis*.

BONIFATIUS RUGGIERI Regiensis, Jurisconsultus egregius, & Alphunsi II. Ferrariæ Ducis à Consiliis fuit, ut patet *in Epistolâ Nuncupatoriâ Legalium Thesium Marcelli Bosio Regiensis*, impress. Bononiæ apùd Joannem Rossi, anno 1567., & *ex Funebri Oratione, in Bonifatii morte habitâ ab Antonio Riccoboni*: Ferrariæ etiàm Ruggieri Potestas fuit, ut nostri scribunt Annalistæ, ad annum 1538.

GASPAR RHOTHER Lucernas, Helvetius, in celeberrimâ Universitate nostrâ Philosophiæ, ac Medicinæ, sùb clarissimo Lucâ Giannini operam dedit, ac in facultatibus prædictis publicè disputavit anno 1632. 6. Januarii, ut constat *ex ejusdem Thesibus*, per Josephum Gironi, & Franciscum Gherardi, Ferrariæ anno prædicto impressis, quæ apùd Cl. Egidium à Fabrâ servantur.

DONUS ANTONIUS RUFFO Neapolitanus, vivens, ex Bagnariæ Principibus, Nepos Emi, & Revmi Thomæ Ruffo, Emiliæ, Bononiæ, & Ferrariæ Legati quondàm dignissimi, nùnc verò Archiepiscopi nostri vigilantissimi, itèmque clementissimi: Hìc, Ferrariæ Legibus operam dedit, ac Doctoratus insignia consecutus est, deindè Melitæ, Apostolicæ Sedis Nuncii munus egregiè obivit, nùnc Romæ Annonæ Præfecturam cumulatissimè gerit, ac, virtute propriâ, Magnique Avi meritis commendantibus, majora illum brevì consecuturum prævidemus.

PAULUS SGORDILLA Cretensis, Ferrariensis Ecclesiæ Canonicus, quem *Scordilla* appellant alii; fuit autèm vir eruditissimus, in Historiâ præcipuè, floruitque Sæculo XV. tempore Borsii Estensis, primi Ferrariæ Ducis: Agnelli, antiqui Ravennatensis Ecclesiæ Historici *Continuator* fuit, tandèmque Ferrariæ obiit, & in Ecclesiâ Cathedrali sepultus est, ut constat *ex antiquo Ecclesiæ* ejusdem *Kalendario Anniversariorum, ad diem 27. Martii*.

MA-

MARIANUS SOCCINO Senensis, Jurisconsultus celeberrimus Ferrariæ in Legibus institutus fuit à Joanne Nicoletti de Imolà, ut evincitur ex Panciroli, *de clar. Legum Interpret. lib.* 2, *cap.* 88.

PAMPHILUS SASSO Mutinensis, Latinus, ac Hetruscus Poeta elegantissimus, multæque eruditionis vir, qui floruit circà finem Sæculi XV., laudatus à Lilio Gregorio Giraldi, *in primo Dialog. Poetar. suorum temporum*. Ad eum multa Ludovici Bigo Pictorii nostri Epigrammata data sunt. Laudatur à Crescimbeni, *Historia della volgar Poesia, volu.* 2. *part. libr.* 6. *num*, 9., itèmque ab incomparabili Ludovico Ariosto, *Furioso, cant.* 46. *stanz.* 12., ubi.

Con lor Lattanzio, e Claudio Tolomei,
E Paulo Pansa, e 'l Dressino, e Latino
Juvenal parmi, e i Capilupi miei,
E 'l Sasso, e 'l Molza, e Florian Montino.

Vide etiàm Ludovicum Vedriani, *Historia di Modona*, *libr.* 7., *fol. m.* 450.

NICOLAUS SADOLETTI Mutinensis, Doctor Legum insignis, qui diù Ferrariæ commoratus est, Herculi I. Duci, prò quo variis functus est Legationibus, admodùm charus: Si nostris credimus Annalistis, Potestas Ferrariæ fuit anno 1504., crediturque etiàm in Universitate nostrâ publicè legisse. Vedriani, *Libr. dei Dottori Modonesi, fol. m.* 75.

JACOBUS SADOLETTI Mutinensis, Joannis filius, S. R. E. Cardinalis, Philosophus, Theologus, Orator, ac Poeta insignis: Hic in Almâ Universitate nostrâ Litteris vacavit, dùm Pater Juris Civilis Cathedram in eâ obtineret. Papadopoli, *in Histor. Gymnasii Patavini, Tom.* 2. *libr.* 1. *cap.* 16., & Vedriani, *Vite dei Cardinali Modonesi, fol. m.* 28.

JULIUS CÆSAR SCALIGERO Patavinus, Philosophus, Medicus, Orator, Poeta insignis, Criticusque universo Litterario Orbi notissimus: Vir pauperrimus fuit, humilique Familiâ Bordoniâ natum volunt multi, quamvìs se Scaligero Veronensi

natum sanguine, intèr Germanos vulgarit: Quod ad nos pertinet, Ferrariæ aliquandò constitit, Estensiumque Principum operam expertus est, ut inquit ipse *in Epigrammate de Ferrariæ laudibus*, quod in Historiæ hujus initio retulimus: Ex eo constat Scaligeri nostri Parentes, ac fratrem Ferrariæ fuisse tumulatos. Videndus Papadopoli, *Tom. 2. libr. 2. cap. 20.*, ubi multa de Scaligero.

BERNARDINUS SCODOBIO Mutinensis, Legum Doctor egregius, quem quadriennio Legibus, sub immortali Andreâ Alciato operam navasse scribit Ludovicus Vedriani, *Dottori Modanesi*, *fol. m.* 134. Illum propterea Ferrariæ studuisse credimus, eo quià Alciatus in Universitate nostrâ docuit, per integrum quadrienii spatium, ut aliàs diximus, cùm de Alciato sermonem habuimus.

FULGENTIUS SORESINA Cremonensis, Can. Regul. Lateranensis, Concionator zelantissimus, morumque sanctitate venerabilis, qui Ferrariæ diù moram traxit, ubi, grassante peste, infectos, mirâ caritate solabatur, eorumdemque Animarum saluti consulebat. Franciscus Arisi, *Cremonæ Litterat. Tom. 1. ad annum* 1452.

JO: BENEDICTUS SAMBUCO Tiernaviensis, Linguarum undecim peritissimus, ac Scientiarum ferè omnium expers, qui, Ferrariæ Principis Alphunsi Estensis Junioris, Alphunsi II. Ferrariæ Ducis filii Præceptor fuit, ut patet *ex Oratione*, *ab Octobono Poceti Ferrariæ impressâ typis Heredum Francisci Rossi*, *anno* 1578. Ex Tipographiâ eadem prodierunt etiàm quædam elegantissima Tiaverniensis ejusdem *Latina carmina*, quæ apùd nos sunt, scilicèt *Encomium ad Joannem Wratislai à Pernstan*, *in illustrem totam Familiam eandem*, *& Panegeris in Illustrem Familiam Tarnouscbi*, *atquè Odrovonsia*.

JO: BAPTISTA SUSIO Mirandulanus, intèr discipulos suos enumeratus ab Antonio Musâ Brasavola, *in Nuncupat. Commentar. in Hippocr. Aphorismos*.

MATTHEUS STUFFIO Viennæ Austriacæ, Ferrariæ, sub Thomâ Canani Legibus operam dedit, Academiæque Concordium Prin-

Princeps fuit: Ejus *Legales Theses* anno 1581. Ferrariæ editæ fuêre per Victorium Baldini, easque vidimus apùd Cl. D. Doctorem Hieronymum Baruffaldi.

LAURENTIUS STRAMUSOLI Carpensis, Minor Conventualis, Theologus, Philosophus, ac Rhetor præclarus, Conventus S. Francisci Ferrariæ filius, ac in eo diù comoratus: Anno 1699. typis Seminarii Patavini opus edidit Italico-Latinum, Tomis 4. in folio distinctum, cui titulus *Apparato dell' Eloquenza*. Gulielmus Maggi, *Memor. Historiche di Carpi, libr. 5. fol. m.* 194.

FERDINANDUS SALVETTI de Castro Baldò, Somaschus, Theologus, Philosophus, ac Concionator insignis, qui per annos multos Ferrariam incoluit, ac in eâ, florenti adhùc ætate, obiit currenti Sæculo XVIII.

HIACINTUS SBARRAGLIA, Minor Conventualis, vivens, Theologus, Philosophus, ac Historiarum peritissimus, qui multa scripsit, ac scribit, & Opus Historicum quoddam nùnc edere meditatur: Is nobis nonnulla ad Historiam nostram pertinentia humanissimè communicavit.

PETRUS TEBALDI Florentinus, Hetruscus Poeta, Danthis Alighieri contemporaneus, itèmque amicissimus: Exul à Patriâ, diù Ferrariam incoluit, ut testatur Julius Negri noster, *Historia dei Fiorentini Scrittori, fol.* 470.

THOMAS de Sarzanâ, qui fuit NICOLAUS V. Pont. M., omnium Litterarum scientissimus, ac Virorum Litteratorum omnium amantissimus: Hìc, in Almo Ferrariensi Gymnasio nostro eruditus est, ut refert Jo: Baptista Pigna, *Historia dei Principi Estensi, libr.* 7., tandèmque, virtute commendante D. Petri Cathedram obtinuit, anno 1447.

JOANNES TREA Anglus, à Paulo II. Bat Episcopus constitutus: Adolescens, sub Guarino Veronense, Ferrariæ Humanas litteras didicit, ut testatur Julius Negri, *Historia dei Fiorentini Scrittori, fol. m.* 474.

GASPAR TRIBRACO Mutinensis, Latinus Poeta, à Lilio

Gregorio Giraldi, *in Dialogis Poetarum suorum temporum* comendatus: Claruit circà finem Sæculi XV., eumque Ferrariæ diù comoraſſe arguimus, quòd plurima ejus carmina ad Estenſes Principes, ac ad Cives Ferrarienſes data ſint; hæc autèm legere eſt in aliàs laudato *Codice MS. Carminum: Auctor. Varior. apùd D. Marchionem Herculem Bevilaqua*; Carmina autèm Codicis ejuſdem copioſiſſimi, majori ex parte Tribracho noſtri ſunt: Ad hunc etiàm *Elegiam*, quæ legitur *in Eroticon libr.* 4., dedit Titus Veſpaſianus Strozza Poeta noſter celeberrimus.

JOANNES TESTA CILLENIO Piſanus, Thuſcus Poeta, qui, ſub Herculis I. Ducis imperio, Ferrariæ floruit: Creſcimbeni, *Hiſtor. della Volgar Poeſia, volum. 2. part. 2. libr. 6. n. 58.*

PHILIPPUS TERZI Venetus, J. U. Doctor, & Orator Summus, qui poſt dimidium Sæculi XVI. Venetiis claruit: Hìc autèm eloquentiam in Patavino Lyceo priùs, deindè in noſtro Ferrarienſi didicit, quemadmodùm liquet *ex Oratione* Jo: Baptiſtæ Bellaveri, *in ejus funere habitâ, Venetiiſque impreſſâ anno* 1580., *ex Officinâ Dominici, & Jo: Baptiſtæ Guerræi fratrum*, quæ apùd nos eſt: In eâ, intèr cætera, quæ ſequuntur, ad Lycei noſtri gloriam legimus: *Cùm intelligeret*, Terzi, *Patavinas, ac Ferrarienſes Scholas tùnc temporis totius Italiæ eſſe florentiſſimas, doctiſſimiſque viris, & ſtudiis liberalibus abbundantes, Patavium priùs, Ferrariam poſtèa ſe conferre ſtatuit, ubì cùm cognoviſſet &c.*

BERNARDUS TASSO Bergomenſis, Philoſophus, Rhetor, ac Poeta inſignis, immortalis Torquati Pater: Hìc diù Ferrariæ apùd Eſtenſes Principes moram traxit, ut multi teſtantur Scriptores, & hos intèr, Bartholomeus Ricci, *Epiſtolarum libr.* 3., *in Epiſtolâ ad Bernardum noſtrum ſcriptâ; pag. m.* 114., & Lilius Greg. Giraldi, *in Dialog. 2. Poetar. ſuor. temporum.*

EMILIANUS TRAVAGLINI Spoletinus, celeberrimus Legum Doctor, multiplicíſque eruditionis vir, morum ſuavitate, ac in quoſcumque comitate, Ferrarienſibus omnibus, quos intèr annos quadraginta vixit acceptiſſimus; fuit autèm, primò Emi Cardinalis Joſeph Renati Imperialis, Ferrariæ Legati ad Civilia Locumtenens, deindè R. Cam. Apoſtolicæ Comiſſarius, ſatìs numquàm comendatus: Multa, in Legali materiâ, ac in aliis etiàm do-

doctissime scripsit, quae ferè omnia, inedita ad ejusdem hæredes sunt transmissa: Obiit verò Travaglini, cunctis mœrentibus, anno 1733., & tumulatus est in Ecclesiâ Fratrum Carmelitarum Excalceatorum Ferrariæ.

SORDELLUS VISCONTI de Goito, Mediolano oriundus, Goiti natus, educatusque, armis, & litteris claruit circà Sæculi XIII. dimidium: In Provinciali, Italicâque linguis Poeta fuit: Eum Mantuanâ Familiâ ortum credi asserit Jo: Marius Crescimbeni, *Vite dei Poeti Provenzali n.* 46.; & *Histor. della volgar Poesià, volum.* 4. *libr.* 1. *n.* 1.; nos tamèn Antonio Possevini Juniori, utpotè Mantuano magìs credimus, qui eum Mediolanensem origine facit, *in suâ Historiâ Gonzaga, libr.* 2. *pag. m.* 142. Ferrariæ Sordellus Prætor fuit, ut legitur *in Annalibus MSS. Ferrariensibus, ab Antonio Isnardi continuatis, in Indice Prætorum*, post Annales prædictos; sunt autèm apùd Familiam Isnardi.

THOMAS de VIO Cajetanus, Ord. Prædicatorum, Philosophus, Theologusque insignissimus, ob eximiam virtutem, ac insignia in Fidem merita inter S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales assumptus. Hic à suo Cœnobio in filiationem Conventus S. Mariæ Angelorum Ferrariæ transiit, ut Estensi Duci morem gereret, & Ferrariæ constitit, ibidemque cùm Pico Mirandulano celeberrimam illam disputationem habuit, de quâ uberiùs in primâ Historiæ nostræ parte sermonem habuimus. Andreas Rovetta, *in Bibliothecâ Dominican. Provinciæ Lombardiæ, centur.* 4. *fol. m.* 111.


PONTICUS VIRUNIO Bellunensis, Philosophus, Matthematicus, Astronomus, Rhetor, & Græcæ, Latinæque Linguarum peritissimus. In Universitate nostrâ egregiè optimis disciplinis institutus est, & in Humanis Litteris Georgium Valla, & Baptistam Guarini, in Philosophiâ Nicolaum Leoniceno, in Astronomiâ Petrum Bonum dell' Avvogaro, & in Mathesi Ludovicum Jusberti Hæremitam, omnes in Gymnasio nostro Lectores, Præceptores habuit. Antonius Baldassari, *Ristretto delle Vite dei Personaggi illustri, fol.* 336.

JOAN-

JOANNES WALSERUS Enipontanus, Theologis Almi Ferrariensis Collegii aggregatus anno 1581., ut ex Doctorum Theologorum Cattalogo, in fine hujus Operis posito apparet.

ELIUS EVERARDUS VORSTIO Ruremundensis, Philosophus, ac Medicus transacti Saeculi excellentissimus, qui in Almâ Universitate nostrâ Scholaris fuit, ac sub celebri Alphunso Cattaneo Mutinense Studii nostri Lectore insigni Philosophiam didicit: Nicolai Grana Anglonensis Episcopi in Lucaniâ Medicus fuit: Eruditâ multa congesserat, ad eam Provinciam, quæ antiquis Geographis Magna Græcia fuit, pertinentia; quæ dum edere meditaretur, morte sublatus est anno 1624. 22. Octobris Lugduni Hollandiæ, quò se Medicinam professurus contulerat anno 1598. Scripsit etiam *Annotationes in Cornelium Celsum*, edidit verò tantùm *Orationes duas*, unam *in Caroli Clusio*, alteram *in funere Petri Paris*, & *Dactilothecam*, sive *de Anulis*, ut fusiùs tradit Foresti continuator, *Mappamond. Historic. Tomo V. part. 3. fol. 159.*

LUDOVICUS VEDRIANI Mutinensis, Theologiæ Doctor, in Almo Ferrariensi Theologorum Collegio creatus, ut constat *ex Albo Doctorum*, quem in fine Operis dabimus, sub anno 1640., & Rerum Mutinensium Historicus diligentissimus.




ALMI


SEMINARIUM CLERICORUM ARCHIEPISCOPATUS.

ALMI FERRARIENSIS GYMNASIJ HISTORIA.

PARS SECUNDA.

LIBER QUARTUS.


NE quis fortè autumet, eos ex Nostratibus, quos intèr Lectores memoravimus, totum Litteratorum Ferrariensium thesaurum exhausisse, paucos ex innumeris, qui extrà Lectorum numerum floruere, Operumque ab ipsis editorum titulos, hoc Libro summatìm dabimus, nihil ab instituto nostro digredi arbitrantes, cùm & ipsi in celeberrimâ Universitate nostrâ sint eruditi: Paucos ex innumeris diximus; nullâ enìm diligentiori investigatione factâ, eos tantùm, qui se se primò menti nostræ obtulere, alphabetico, Cronologicoque aliquali ordine, referemus: Eos verò (multi, ac meritissimi sunt) qui adhùc in vivis agunt silentio præteribimus, ne in iis laudandis, par ab ipsis aucupari videamur.

AR-

ARDUINUS de Ferrariâ: Sic Cognomine, non Nomine vocatum putamus, eâ ratione ducti, quod olim Arduina Nobilis Familia intèr Ferrarienses floruerit. Fuit Arduinus Ecclesiæ Ferrariensis Canonicus, Doctor Canonum, claruitque circà annum 1290. Eum autèm Referendarium constitutum fuisse, in Causâ Excommunicationis, latæ à Raymundo della Torre Aquilejensi Patriarchâ, adversùs Gerardum de Camino, & Tarvisinam Urbem, à Papâ Bonifatio VIII. Joanni Episcopo Ferrariensi, Renato Abbati Cœnobii S. Bartholomei, & Angelo Contrario Ecclesiæ nostræ Canonico commissâ, narrat Joannes Franciscus Palladio Olivi, *Historia del Friuli*, *part. 1. libr. 7. fol.* 275. Auctorem lapsum credimus in Ferrariensis Episcopi designatione, nàm cùm causæ prædictæ commissionem factam fuisse scribat anno 1294., tùnc temporis, si Nostratibus potiùs, quàm Externis habenda fides, sedebat in Ferrariensi Cathedrâ Fridericus Estensis, ex Comitibus S. Martini.

ANSELMUS de Ferrariâ, Ferrariensium Poetarum, qui Italicæ cecinerunt, antiquissimus, Guittonis de Aretio coævus: Floruit circà dimidium Sæculi XIII., ejusque Carmina, Romæ in Bibliothecâ Vaticanâ servari scripsit Leo Alaccio, *in Indice*.

GUIDO ABAYSIO Ferrariensis, Ord. Prædicatorum, Theologus, Philosophus, ac Poeta insignis, ob doctrinam, morumque probitatem à Benedicto XI. Ferrariensi Infulâ decoratus anno 1304. Non. Aprilis: Scripsit Scholasticum Poema elegans Exametro Carmine, cui titulus *Margarita Bibliæ*. Ughelli, *Italia Sacr. Tom.* 2. *fol. m.* 583., Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 51., & Petrus de Rosenhaim D. Benedicti Monachus, *in Præfatione sui Rosei Memorial. Divinor. Eloquiorum*, ubì Guidonis nostri Opus commendat, eumque Præsbiterum Ferrariensis Ecclesiæ, deindè ejusdem Episcopum appellat: Antonius Possevini, *in suo Apparat. Sacro*, *Tom.* 1., & alii Guidonem *Montebello* appellant, undè aliqui unum ab altero diversum putant, sed perperàm, nostrâ quidèm sententiâ; nàm in utroque eedem qualitates penitùs conveniunt, scilicèt quòd ex Ordine Prædicatorum, Episcopusque Ferrariæ fuerit, & quòd *Margaritam Bibliæ* versu Exametro ediderit.

EGIDIUS de Ferrariâ, Ordinis Prædicatorum, intèr insignes Ferrarienses Dominicani Instituti memoratus à Marco Antonio Gua-

Guarini, *Compend. Historic. delle Chiese di Ferrara*, *libr.* 3. Egidii nostri Familia de CASTELLO nuncupata, ut patet ex Instrumento, rogitu Valentini de Rubeis Notarii, sub die 25. Maii 1317. in Castro E. Archiepiscopatus Ferrariæ existente, ubi: *D. Patriarcha Egidius Alexandrinus, nomine, & vice D Petri ejus fratris, & filii quondam D. Guillmi de Castello Patris prædictorum &c.* Anno 1310. Egidius noster fuit ad Gradensem Patriarchatum, deindè ad Alexandrinum, dimisso altero, promotus: Joannes Franciscus Palladio Olivi, *Histor. del Friuli*, *part.* 1. *libr.* 7. *fol.* 292. Egidium etiàm à Nicolao V. Papâ Legatum Apostolicum ad Urosium Rasciæ Regem, prò Schismate Rascinorum tollendo, missum fuisse constat, quòd felicitèr cessit. Bulla ad eum superindè Pictavii data Kal. Aprilis 1308. habetur *in Tomo* 2. *Bullarii Dominicani Patris Bremont*, *pag.* 167.

DANTHES ALIGIERI Florentinus, Theologus, Philosophus, Orator, ac Poeta Latinâ, Hetruscâque Linguis celeberrimus, & immortalis: Hunc in Cathalogo Ferrariensium Scriptorum referre liceat, cùm ex antiquâ Aligieri, seù Aldigieri Ferrariensi Familiâ, undè Cognomen mutuatus est, originem traxerit, teste etiàm Benvenuto Rambaldo Imolense; quapropter Lilius Gregor. Giraldi noster, *in Dialog. V. suæ Poetar. Historiæ* hæc habet: *Numquid vobis mittam Florentinum Danthem Aligerium, quòd vernaculâ Hetruscorum linguâ Carmen suum condidit? neutiquàm, eoque minùs, quòd eum ex Ferrariensi nostrâ Familiâ originem traxisse, testis eorum temporum Interpres Benvenutus Imolensis*. Quinimmò Danthes ipse, *Canto* 15 *del Paradiso*, Cacciaguidam Tritavum suum sic loquentem inducit:

Mia Donna venne à me di Val di Pado,
E quindi il Sopranome tuo si feo.

Aligieri videlicèt, cujus Familiæ insigniis Danthis Progenitores usi sunt: Cæterùm absit, ut Florentiæ Civem hunc præclarissimum non asseramus.

ALDOBRANDINUS de Ferrariâ, Ordinis Prædicatorum: Ejusdem Familiam præcisè ignoramus: Volunt aliqui Aldobrandinum de Domo Estensi fuisse, Adriæ Episcopum, qui vivebat circà annum 1350. Utcumque sit, hic noster, in Patriâ adversùs Hæ-

Hæreticam Pravitatem Inquisitor fuit, ac *Offitium Translationis D. Thomæ Aquinatis*, & alia composuit. De illo scribunt Antonius Senensis, Lusitanus, *in Theatro Scriptorum Dominicanorum*, & Marcus Antonius Guarini, *Compendio Historico delle Chiese di Ferrara, libr.3.* In veteri Templo S. Dominici, de Aldobrandino nostro mentio erat in carminibus infrascriptis, nobile, vetustumque Italicæ Poesis monumentum, quæ in Sacello Familiæ Petrati Ferrariensis legebantur, ibidèmque usquè ad initium Sæculi nostri XVIII., quo Templum in nuperiorem formam ædificatum est, extiterunt: Carmina hæc sunt.

Mille trecento con septanta trei
Erano corso gli anni del Signore,
El quarto entrava, quando al so honore
Questa Capella al so bel fin miniei.
Et in che tutta en si la floriei
Fui Serafin de Mutina Pintore,
E frate Aldovrandino Inquisitore
L'ordine diede, & io lo seguitei
E far la fece sappia ognium per certo
La Donna de Francesco de Lamberto.

Eadem etiàm registrata habemus apùd Guarini prædictum, *loco citato*.

ISOTTA ALBAREXANI Ferrariensis, Alberti III. Estensis, Ferrariæ Domini Uxor: Scientiarum studiosissima fuit, variaque scripsit, quæ in Estensi Bibliothecâ dicuntur asservari: Horatius Toscanella, *Genealog. degli Estensi*, & Marcus Antonius Guarini, *Chiese, libr. 4. fol. 264.*

FRANCISCUS ARIOSTO PEREGRINO Ferrariensis, Tractatum elegantem scripsit: *De Divinâ Providentiâ, ad Borsium Ferrariæ Dominum, anno 1466. Kalendis Januarii*: Hùnc in membranis venustè exaratum vidimus apùd Cl. V. Egidium à Fabrâ, Philosophiæ Primarium in Universitate nostrâ Lectorem: Scripsit etiàm Ariosto *Latina Carmina*, quorum aliquâ extant *in Membranaceo Codice Carminum Auctorum varior.*, *apùd Nobilissimum Equitem D. Marchionem Herculem Bevilaqua*. Ultrà hæc elucubravit Franciscus noster: *Sermonem de Purificatione B. Mariæ Virginis: Epistolam*

tum ad Sixtum IV., & *Librum de Oleo Montis Zibinii*, *seu Petroleo agri Mutinensis*; hic autèm Liber MS. repertus fuit ab Oligero Jacobeo, in Bibliothecâ Regiâ Haffniensi, ac ab eodem editus, & Antonio Magliabecchi dicatus: Ariosto nostro eundem esse credimus, qui *Juris utriusque Doctor egregius*, *& Orator clarissimus* nuncupatur, post Tetrasticon Ariosto ejusdem, præfixo Operi, à Baptistâ de Argentâ scripto, ac Petro de Thrano Minoritæ inscripto, *De Modo conficiendi Ordeaceam*; Liber iste MS., Opusculis aliis unicus, servatur in Bibliothecâ Fratrum S. Dominici Ferrariæ: Tetrasticon Auctoris nostri est hujusmodi.

Thrane Pater sedare sitim si quæris amaram,
Hæc tù Baptistæ Dogmata scita lege;
Hordea quàm referat lymphâ decocta saluti,
Ipsaque jejunos quàm juvet hausta docent.

NICOLAUS ARIOSTO PEREGRINO Ferrariensis, Latinus Poeta, cujus Carmina leguntur *in MS. antiquo Codice* suprà laudato, *apùd D. Marchionem Herculem Bevilaqua*.

ALEXANDER ARIOSTO Ferrariensis, Ordinis Minorum: In Bibliothecâ Fratrum S. Dominici Ferrariæ, *in quoddam MS. Codice Opusculorum variorum*, elegans Alexandri Ariosto extat Dialogus, cui titulus, *De sacrâ Peregrinatione ad S. Catharinam Montis Sinai*, *deque Maurorum moribus*, *institutis*, *opibus*, *Presbiterive Joannis*, *Regis Indorum*, *ad Venerabilem in Christo Patrem D. Ludovicum Areostum Archipresbiterum Ferrariensem*: Hunc Ludovicum ab immortali Poetâ alterum fuisse certum est, unumque ex Ludovicis Ariosto duobus, ambobus J. U. Doctoribus, descriptis *in principio Albi Doctorum Collegii Juristarum* Civitatis nostræ, quorum unus obiit die 24. Februarii anni 1503., *ut ex Rotulo eodem apparet*, alter paulò post decessisse creditur: Laudatum Alexandri Opus ineditum; edidit verò Librum *De Animabus regendis*, ut refert Wolfgangus Freymonio, *in Elencho Scriptor. Jur. Utrius.*, *pag. m.* 112.

AUGUSTINUS ARGENTA Ferrariensis, intèr primos qui Pastorales fabulas conscripsére numeratus: Edidit *Lo Sfortunato*. Jo: Marius Crescimbeni, *Historia della volgar Poesia*, *Volum.* 4. *lib.* 2. *centur.* 5. *n.* 23.

AN-

ANTONIUS MARIA ARIACINI Ferrarienſis, Ordin. Minorum, Theologus, ac Concionator egregius, qui ſcripſit: *Un Quareſimale: Un Libro di Homelie*, & alia. Guarini, *Memorie Hiſtoriche, fol.* 73.

ALBERTUS ACCARISIO Centenſis, Ducatus Ferrariæ, Legum Doctor, ac de Italico ſermone optimè meritus, omnium enim primus Thuſcorum, Italicorumque verborum Vocabularium exorſus eſt, Danthis, Petrarcæ, Boccatii, aliorumque Scriptorum exemplis illuſtratum: Pòſt eum, uberiùs aliud in lucem dedit Franciſcus Negri Ferrarienſis, *Alunno* dictus, tandèm nobiliſſima Academìa *Della Cruſca*, utriuſque inherens veſtigiis *Vocabularium* ſuum ampliſſimum, noviſque in dies additamentis locupletatum adornavit. De Accariſio noſtro mentio eſt apùd Joſeph Mariam Pannini, *Compendioſi Ragguagli di Cento, fol.* 37.

NICOLAUS AGOSTINI Ferrarienſis: Hunc Patriæ noſtræ aſſerimus, Franciſci Patrizio fidem ſequti, qui *in ſuâ ad Poeticam Præfatione*, eum Ferrarienſem appellat: Continuator fuit Poematis Co: Matthei Mariæ Bojardo Ferrarienſis, cui titulus *Orlando Innamorato*: Scripſit etiàm *Le Metamorfoſi di Ovidio, in Ottava Rima*; impreſſæ ſunt Venetiis anno 1533. 16. Maii, typis Nicolai quondàm Ariſtotelis Zoppini.

PANDULPHUS ARIOSTO Ferrarienſis, multiplicis Litteraturæ Vir, quem immortalis Ludovicus plurimùm adamavit, cujuſque obitum, *Satirâ* 6. ſic deflevit.

Morì Pandolfo poco dopo. Ah fera
Stoſſa, che aveſti allhor Stirpe Arioſta
Di ch' egli un ramo, e forſe il più bell'era.

Marcus Ant. Guarini, *Chieſe di Ferrara, libr.* 4.

ANTONIUS AGOLANTI Ferrarienſis, Cathedralis Ferrariæ Canonicus Legum peritiſſimus, nèc non Philoſophus, ac Mathematicus, qui vixit in principio Sæculi XVI. Nobilem Tractatum ſcripſiſſe *De Stellarum Influxu* auctor eſt Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 1. *fol.* 136.

FRANCISCUS dall' AVVOGARO Ferrarienſis, Poeta Latinus

nus, & quidèm celebris, cujus *Carmina multa* videre est, *in MS. Carminum Auctorum Variorum Volumine, in Bibliothecâ D. March. Herculis Bevilaqua* servato.

MALATESTA ARIOSTO Ferrariensis, Latinus Poeta, qui in principio XVI. Sæculi floruit: Extant ejusdem *Carmina, in MS. Codice membranaceo* prædicto: Fuit autèm Malatesta noster Magistratus Ferrariæ Cancellarius.

LUDOVICUS ARIOSTO Ferrariensis, summum Patriæ nostræ, ac totius Italiæ decus, Poetarumque Epicorum, Comicorum, & Satiricorum, qui Hetrusco luserunt carmine, communi consensu maximus: In Lyricis quoquè, ac in latino carmine plurimùm valuit; tandèm, ut paucis immortales ejusdem laudes complectamur, in omnibus Scientiis, ac Facultatibus se præbuit absolutissimum. Hæc autèm scripsit, ediditque: *Latina Carmina: Le Rime: L'Herbolato: Le Satire: Le Comedie: L'Orlando Furioso, Poema Epico, in Ottava Rima: I cinque Canti*, & alia, admirandâ omnia, & plenissimis Litteratorum suffraggiis comendata. Plura de hujus celeberrimi Civis nostri Tumulo, ac Elogiis diximus in primâ Historiæ parte.

GABRIEL ARIOSTO Ferrariensis, magni Ludovici frater, latinus Poeta elegantissimus, multæque Vir eruditionis: Adversâ fuit valetudine, ut perhibet Frater in Satiris: Edidit Gabriel *Volumen Latinorum Carminum*. Laudatur autèm à Lilio Gregor. Giraldi, *in Dialogo 2. Poetarum suorum temporum*.

JO. PHILIPPUS ANDROFILO Ferrariensis, Ordini Servorum, Theologus, Philosophus, ac Orator præclarus, qui edidit *Orationum diversarum Librum 1.*, & *Historiarum sui Ordinis Librum 1.* Hunc eundem credimus, quem Jacobum Landofileum appellat Antonius Possevini, *in suo Apparatus Sacr. Tom. 2.* De Androfilo nostro scribunt Augustinus Superbi, *Apparato degli Huomini Illustri di Ferrara, part. 1. fol. 47.*, & Lucas Macchiavelli, *in Oratione de Laudibus Ferrariensium*.

HORATIUS ARIOSTO Ferrariensis, Poeta insignis, Ludovici nepos, à magno Torquato Tasso comendatus: Edidit: *Gli*

Argomenti, *in Ottava Rima à tutti i Canti del Furioso: Due Tragedie: La Strega, Comedia: Rime diverse: Lettere, in Difesa del Furioso*: Sed & *Italicum Poema Hæroicum* exorsus est, ac usquè ad Cantum XVII. produxit, perficere autèm minimè potuit. Ant. Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 217.*, Marcus Antonius Guarini, *Chiese di Ferrara, libr. 6.*, & Jo: Marius Crescimbeni, *Volgar Poesia, volum. 4. libr. 2. centur. 4. n. 96.*, & alii.

FRANCISCUS AMBROSIO Ferrariensis: Hunc, morum suavitate, & comitate, ingenii præstantiâ, ac peculiari in Poesim studio, Patavinis omnibus, apùd quos diù vixit, & juvenis annorum 29. decessit, carissimum fuisse, sequens indicat Elogium, eidem in Templo S. Francisci Minorum de Observantiâ adornatum, ut refert Jacobus Salomoni, *in Inscriptionibus Urbis Patavinæ num. 79. fol. 338.*

Francisco Ambrosio Ferrariensi, qui proptèr elegantissimos mores, suavissimumque ingenium, & Poeticæ laudis præstantiam carus omnibus fuit, Constantia Mater mœstissima Filio unico posuit. Vix. ann. XXIX. Obiit Idibus Martii M. D. LXIII.

BONAVENTURA AGOLANTI Ferrariensis, Cathedralis nostræ Canonicus, qui floruit circà dimidium Sæculi XVI., fuit autèm Juris Utriusque Doctor, ac multiplicis vir eruditionis: Scripsit, sed reliquit inedita, *Volumen Epistolarum Familiarium*, & *Tractatum de Auctoritate Capituli*. Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 1. fol. 136.*

VIRGINIUS ARIOSTO Ferrariensis, unicus Ludovici maximi Poetæ filius, ingenii acumine, doctrinâ, moribusque tanto Patri carissimus: Eum *Satirâ 6.*, celeberrimo Petro Bembo commendat Parens, hisce versibus:

Bembo, io ti prego in somma, pria che 'l passo
Chiuso gli sia, ch' al mio Virginio porga
La tua prudenza guida, che in Parnasso,
Ove per tempo ir non seppi io, lo scorga.

Guarini, *Chiese di Ferrara, libr. 4.*

FRAN-

FRANCISCUS ANGUILLA Ferrarienſis è Græco in Italicum carmen tranſtulit *Ode Sapho Poetriæ* : Hujus verſionis initium eſt.

Parmi quell' Uomo eguale eſſere ai Dei.

Edita eſt Venetiis, anno 1572. typis Jordani Ziletti, addito *Odæ ejuſdem Commentario*, ut refert Creſcimbeni, *Hiſtor. della Volgar Poeſia*, *volum.* 5. *libr.* 2. *fol.* 294.

BORSIUS ARGENTA Ferrarienſis, Comediam edidit, cui titulus: *La Prigione di Amore*, alia verò reliquit inedita. Liban. *part.* 3. *fol.* 64.

ANONYMUS Ferrarienſis: Italica ejuſdem carmina exhibet *Collectanea Sanctis Paſti, in Nuptiis Friderici Pico, & Hippolitæ Eſtenſis* adornata, ac in fine Sæculi XVI. impreſſa.

LUDOVICUS ANGUILLARA Ferrarienſis, Medicus, in Herbariâ præſertìm peritiſſimus: Librum ſcripſit, vulgavitque *De Simplicibus Medicamentis*. Superbi, *Apparat. part.* 1. *fol.* 77.

ALPHUNSUS ARIOSTO Ferrarienſis, Cathedralis Ferrariæ Canonicus, in ejuſdem Sacrario tumulatus: Edidit *Rime Italiane*, floruitque circà Sæculi XVI. finem.

JOANNES MARIA ALBINI Ferrarienſis, Sacerdos Cathedralis noſtræ Beneficiatus, Animarumque zelator eximius: Edidit *Inſtructionem prò Clericis Ordinandis*: *Inſtruzione ai Fanciulli, per il viver Chriſtiano*: *Specchio di Coſcienza*, &c: *Dichiarazione delle Ceremonie della Santa Meſſa*. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 155.

RODULPHUS ARIENTI Ferrarienſis: Hic Relationem Ludicri certaminis, vulgò *Torneo*, anno 1624. Ferrariæ acti, Italico ſermone conſcripſit, ac edidit. Ex hac Nobili, antiquâque Familiâ ortus Joſeph Arienti vivens, Eccleſiæ noſtræ Ferrarienſis Canonicus, Theologus, Philoſophus, àc Orator, qui Sacram Eloquentiam in præclarioribus Italiæ ſuggeſtis uſquè adhùc exercuit, ac in dies exercet.

LUDOVICUS ARIOSTO Junior Ferrarienfis, Ludovici magni Pronepos, bonarumque Litterarum fectator: Hic, ille, qui in fecundâ Translatione Cinerum Poetæ ejufdem celeberrimi, nobiliffimum tanto Viro monumentum, in D. Benedicti Templo adornavit, ut fufiùs in Primâ Hiftoriæ noftræ Parte diximus.

GALEATIUS ADELARDI Ferrarienfis Poefi Italicæ operam dedit, edidítque *Un Volume di Rime, in Lode di Maria Vergine*. Vixit circà dimidium Sæculi XVII. De eo Crefcimbeni, *Hiftoria della Volgar Poefia, Volum. 4. libr. 3. centur. 3. n. 86.*

AMBROSIUS AMBROSINI Ferrarienfis, Clericus Regularis Theatinus: Eminentiffimi Thaddei à Verme Ferrariæ Epifcopi olìm Theologus, ac in Sacris, Humanifque Litteris eruditus: Florentinæ Academiæ, ac Mediolanenfis Academicus fuit: Edidit autèm: *La Pietà trionfante della Morte: Amore vittoriofo di Amore: Oratorii: Canzoni, e Sonetti*, quæ edita habentur variis in Collectaneis: Ineditos verò reliquit apùd Patres Theatinos Urbis noftræ Tomos duos, quibus *Frugum Litterariarum* titulum præpofuit. Hæc ultrà reliquit etiàm inedita *Librum* nuncupatum *Sacrum Valetudinarium, Opus Dogmaticum, Polemicum, Practicum: Latina Lyrica: Notabilia de Paupertate Religiosâ: Examen Ordinandorum: Regole, e Meditazioni, per i Fratelli dell' Oratorio*. Obiit Ambrofini in exordio Sæculi noftri XVIII.

B. RENATUS BRASAVOLA Ferrarienfis, Ordinis Minorum, ex Alberico Brafavola, & Margaretâ Roberti, Nobilibus parentibus, Ferrariæ natus die 7. Augufti 1269., mortuus verò, ac tumulatus in Sanctitatis odore, in Conventu Francifcanorum Caftri Florentini die 24. Octobris 1353., annorum ætatis 84. Fuit autèm Theologus, ac Animarum zelator ferventiffimus, quapropter magnam vitæ partem concionando tranfegit. Morum fanctitate, virtutibus, prodigiifque multis claruit; fcripfit verò Libellum, cui titulus: *Specchio di profitto Spirituale, per chi veramente vuol attendere alla Vita Religiofa, e alla Perfezione*. De Beati Renati noftri Sacro corpore fequens extat Jacobi Antonii Galletti, Caftri Florentini Canonici, Epigramma.

Bella minabatur Thusco Ferraria Castro,
Cui pulchrum nomen Floraque, Flosque facit;
Nam sibi poscebat Brasavoli utrumque cadaver:
Ortus illa locus, funeris illud erat.
Cùm dubii Juris Judex, atque Arbiter Æther
Jurgia componens Oppidi, & Urbis, ait:
Donati cunæ Patriæ cedunto; sepulchrum
Cœnobio Elsa tuo: Corpus at esto meum.

Hæc omnia excerpsimus *ex B. Renati Vitâ, italicè scriptâ à Doct. Joseph Santucci Pisano; Lucæ impress. ann.* 1723. per Salvatorem & Jo: Dominicum Marescotti.

FERRANTES BARBALUNGA Ferrariensis, Eques eruditissimus, qui conscripsit Fabulam, cui titulus: *Gli Amori di Druso, e Olimpia figliola del Rè Egemone*, eamque in Plateis Cathedralis Ferrariæ, die 2. Februarii 1354. magnificentissimè recitari curavit, ut nostri referunt Annalistæ, præsertim Jacobus de Marano, *Tom.* 1. *libr.* 21.

THOMAS BOMBAGI Ferrariensis, in spectaculis ordinandis, Comœdiis exhibendis, scribendisve fortassè etiàm, aliisque id genus magnificè adornandis peritissimus: Franciscum Petrarcha contemporaneum, & (quòd summæ felicitatis est) laudatorem habuit, nèc parcum quidèm, sed qui eum Roscio Amerino; apùd antiquos celeberrimo exæquare non dubitaverit. Hunc Petrarcha idem Venetias Ferrariâ accitum scribit, ut solemne Festum, quod ibidèm, prò Cretensibus triumphatis, agendum erat, ordinaret: Sed Petrarcha ipsum loquentem audire præstat, ne quid Bombagi gloriæ, tenuitate nostrâ detrahamus: Sic igitùr ille, in Epistolâ. *Quattuor & viginti Nobiles Adolescentes formâ, habitu, & ætate conspicui hanc sibi partem lætitiæ selegere, accersito Ferrariâ Thomâ Bombasio. Qui ut Posteris breviter notus fiat, si quid ego apùd illos notitiæ habiturus sim, aùt fidei, talis est hodiè in Universâ Venetiâ, qualis quondàm Romæ Roscius, mihi verò tàm charus, tàmque familiaris, quàm Tullio ille fuit, etiì, ut in alterâ quidèm harum amicitiarum parte portio ingens, hìc in alterâ multa sit imparitas.* Magna quoquè Bombagi nostri laus est, quòd eidem Petrarcha Lectum suum Testamento legaverit: Legati particula hujus-

modi est: *Magistro Thomæ Bombasiæ de Ferrariâ lego Leùtum meum bonum, ut eum sonet, non prò vanitate Sæculi fugacis, sed ad Laudem Dei æterni*. Excerpsimus autèm à Petrarcha testamento, quod propriâ manu scripsit pridiè Nonas Aprilis 1370., editumque est: *Nelle Rime del Petrarcha, impressionis Patavinæ anni* 1722. *apùd Joseph Comino*, *pag.* 49. De Bombagi nostro mentio est etiàm apùd Lancellotti, *Oggidì*, *Disinganno ult. n.* 20.

BARTHOLOMEUS de Ferrariâ, Ordinis Prædicatorum, Theologiæ Magister, Inquisitor, ac multiplicis Vir eruditionis, qui florebat circà annum 1340. Moralem scripsit Tractatum, *circà eos, qui Pestilentiæ tempore, è Civitate exire non possunt*, & alia. Piò, *degli Uomini illustri Dominicani*, *part.* 2. *libr.* 2. *pag.* 173.

ANTONIUS BECCARI Ferrariensis, de BECCARIA dicunt alii, alii Dal BECCAJO, quòd nullum discrimen facit, nàm ità hæc una, eademque Familia diversimodè appellatur. Quod ad Antonium nostrum pertinet, hìc Philosophus, Medicus, ac Poeta Italicus fuit, Francisco que Petrarcha vixit contemporaneus; quinimmò cùm eidem falsò fuisset renunciatum, Petrarcha prædictum Avenioni diem obiisse, lamentabile illud, in ejus funere *Carmen* scripsit, quod incipit,

Io hò già inteso il pianto de Trojani.

Hoc autèm cùm ad Francisci manus pervenisset, Beccari charitatem admiratùs, eidem humanissimè grates reddidit alio *Carmine*, vulgò, *Sonetto*, cujus initium est:

Quelle pietose Rime, in che m' accorsi
Di vostr' ingegno, e del cortese affetto.

Scripsit Beccari noster: *Un Trattato del Terremoto*, quod typis deindè datum est. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 40., & alii multi.

NICOLAUS BECCARI Ferrariensis, Antonii prædicti frater, qui XIV. Sæculo floruit. Italicas Musas hìc etiàm coluit, ejusque *Carmina in Boccoliniano Codice* contineri, tradit Jo: Marius Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia*, *libr.* 5. *class.* 1. *n.* 58.

B. ANTONIUS BONFADINI Ferrariensis, Ordinis Minorum, eximiæ Vir Sanctitatis, & doctrinæ: Fuit Theologus Laurea-

reatus, & Concionator egregius, floruitque Sæculo XV. Cùm Palestinæ loca, devotionis ergò peragrasset, ac Ferrariam reverteretur, in Cottiniolæ Oppido gravi morbo repentè correptus, animam Deo reddidit, primâ Decembris 1482., ibidèmque ejus Corpus, in D. Stephani Parochiali Ecclesiâ sepultum est; consuetum hoc Ferrariensis Urbis infortunium, quòd Sancti ejusdem Cives extrà Patriam diem obierint, ac externa loca eorundem exuviis ditaverint! Minorum de Observantiâ nuncupatorum Cœnobio in eodem Cottiniolæ Oppido, quod Ferrariensi Ducatui accessit, postmodùm ædificato, in Fratrum prædictorum Ecclesiam, lite tamèn prævià, translatum est Beati nostri Corpus, ibidèmque adhùc incorruptum, ac ferè viventi simile servatùr, colitur, multisque in dies etiam coruscat prodigiis: Ejus autèm marmoreo Sepulchro hoc incisum Epitaphium:

D. O. M.

Ac Divo Antonio, Ferrariensi.
Hòc Bonfadini Saxo pia Busta teguntur,
Confessor fuit Dèi, verbumque tonantis,
Edocuit Populos, Cristicolasque fidem:
Prò meritis, heù quanta facit miracula, Divi.
Francisci miles venit in Astra Poli.

Hieronymus Bonoli, *Historia di Cottignola*, *cap.* 8. *fol.* 46., Gonzaga, Wadingo, & alii, ab eo citati.

FELTRINUS BOJARDO Ferrariensis, intèr doctissimos familiares Leonelli Estensis Ferrariæ Domini memoratus à Joanne Baptistâ Pigna, *Histor. di Casa d'Este*, *libr.* 7. *fol. m.* 542., & ab aliis.

AUGUSTINUS BECCARI Ferrariensis, celebris Italicus Poeta, auctor Pastoralis Tragicomediæ, cui titulus: *Il Sacrifizio*; hoc autèm Poesis genus, pòst eum Albertus Lollio, Jo: Baptista Giraldi Cinthius, Torquatus Tasso, Baptista Guarini Junior, ac alii amplexati sunt. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 4.

ANTONIUS BECCARI Ferrariensis, Ord. Prædicatorum,

Theologus, Philosophus, multiplicisque eruditionis vir, qui dignioribus Ordinis sui muneribus egregiè perfunctus, Scutarensi Insulâ decoratus est: Quæ edidit sunt: *Expositiones supèr Job*: *Homeliæ 50, supèr Canonicam Divi Petri*: *Homeliæ 40. supèr Psalmum Beati immaculati*: *Commentaria in primam partem D. Thomæ*: *De Cœlo, & Mundo*: *Supèr Periermenias*: *Supèr Libros Posteriorum*: *Prædicamenta, & Prædicabilia*: *Supèr Spheram*: *Quodlibeta nonnulla*: *Consilia ad diversas materias pertinentia*: *Supèr Libros Historiarum D. Antonini*: *Quadragesimalia duo*: *Homeliæ 30., sivè Mariale, in B. V. Mariæ laudem*: *Orationes 40. de diversis materiis*: *Tractatus, an in Adam, an verò in Abel inceperit Ecclesia*: *Trattato, sopra il Corpo Santissimo di Christo*: *Scala di Perfezione*; & alia multa. Libanori, *part. 3.*, & Andreas Rovetta, *in suâ Bibliothecâ Dominicanâ Provinciæ Lombardiæ*, *Centur. 4.*, ubì tamèn Beccari nostrum in duos dividit, ut constat *pag. m. 103.*, & *118.* Ex Nobili hac Familiâ vivit Antonius Melchiades Beccari, qui præclarissimorum majorum suorum gesta, virtute, ac ingenio æmulari studet.

B. BELTRAME de Ferrariâ, Congregationis B. Petri de Pisis, eximiæ Vir Sanctitatis, qui Librum edidit, cui titulus *Specchio di Prudenza*. Marcus Antonius Guarini, *Chiese di Ferrara*, *libr. 3.*

ANDREAS de BASSO Ferrariensis, floruit Sæculo XV., ediditque: *Il Commento alla Theseide di Giovanni Boccaccio*, *in folio*, Opus rarissimum, cujus nos, Ferrariæ unicum dumtaxàt exemplar vidimus, in nobilissimâ Bibliothecâ Bentivoglio. Scripsit etiàm Librum, cui titulus: *Methodus Erotmatica ad Virtutes*, sed hunc ineditum remansisse, tradit Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part. 3. fol. 253.* *Italica* itèm *Carmina*, & quidèm optima, proùt ferebat ætas, elucubravit, quorum specimen habemus, in Volumine *Delle Rime Scelte de Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni*, *Ferrariæ impresso anno 1713.*, *ad pag. 26.*, incipit autèm.

Ressurga da la Tomba avara, e lorda,
La putrida toa salma, ò Donna cruda,
Or che di spirto nuda &c.

PE-

PETRUS ANTONIUS BUONI Ferrarienſis, Philoſophus, Medicus, ac Alchimiſta celeberrimus, qui claruit circà finem Sæculi XV., & conſcripſit Librum *Rationum prò Alchimià, & contrà*, qui poſteà ad manus Petri Lombardi noſtri perveniſſe dicitur. Superbi, *Apparato degli Huomini Illuſtr. di Ferrara*, *part.* 1. *fol.* 70. & Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 226. Ferunt, Buoni Caldaicum, Græcumque poſſediſſe authenticum Exemplum libelli: *De virtutibus Gemmarum*: Fides ſit penès Auctores.

JACOBUS BELBEATO Ferrarienſis, Latinus Poeta, qui floruit circà finem Sæculi XV. Ejuſdem Carmina habentur, in aliàs citato MS. apùd D. March. Bevilaqua.

BARTHOLOMEUS de Ferrariâ, Ordinis Prædicatorum, Theologus, ac Orator celebris, à quo hæc edita ſunt: *Sermonum de Sanctis Liber* 1. *Sermonum de Tempore Liber* 1. *Sermonum per totam Quadrageſimam Liber* 1. *De Chriſto abſcondito Liber* 1., & alia. Superbi, *Apparato degli Uomini Illuſtri di Ferrara*, *part.* 1. *fol.* 24.

MATTHEUS MARIA BOJARDO Ferrarienſis, Comes, Poeta celeberrimus Orbi notiſſimus, qui claruit Sæculo XV., obiitque anno 1494. Edidit autèm: *L'Innamoramento di Orlando*, *Poema in Ottava Rima*: *Rime Diverſe*: *Latina Carmina*: *Il Timone*, *Comedia in Terza Rima*: *La Traduzione di Apulejo*, &: *La Traduzione di Herodoto*: De ipſo ſcribunt Guarini, *Chieſe lib.* 1., Superbi, *Apparat. part.* 2. *fol.* 106., Creſcimbeni, *Volgar Poeſia*, *lib.* 2. *all' ann.* 1471., *fol.* 326., & alii multi.

LUDOVICUS BIGO PITTORIO Ferrarienſis, Theologus, Philoſophus, Orator, ac Poeta inſignis. Ejus Opera edita ſunt: *In Cœleſtes Hymnorum, & Epitaphiorum Liber* 1. *Epigrammatum Libri* 2. *Hyppolita Carmine conſcripta*: *Satira Sacra*: *Epigrammatum & Elegiarum Liber* 1. *Carminum Libri* 6. *Explanatio ad litteram ſuper Epiſtolas, & Evangelia totius Quadrageſimæ*, & alia: Hæc Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 89. Sed & Ludovicus ipſe, de ſe, ac Operibus ſuis, *in poſtremo Epigrammatum Libelli*, *Uguccioni Contrario dicati*, hæc habet.

Venimus ad Libri calcem, fortaſſis & ævi
Vitalis, gemina eſt jàm mihi danda rudis:

Tres

Tres & viginti panxit mea Musa Libellos,
Praetèr in Angelicas scriptum opus excubias.
Forsitàn in tantis morsu dignissima chartis
Inveniet, si quis pendere cuncta velit;
Si quandòque bonus tamèn obdormivit Homerus,
Quis mea non aequo somnia corde ferat?
Quisquis erit, sacri si quid valet hostia Vatis,
Vita sit huic felix, mors levis, astra quies.

Prædicta Opera refert etiàm Antonius Possevini, *in Apparatus Sacri Tom. 2.*, sed Ludovicum nostrum in duos erroneé dividit, quorum unum Ludovicum Bicum Pistorium, seù Bigum Victorium, alium verò Ludovicum Pictorium Ferrariensem appellat, horum postremo *Paraphrasim in Psalterium, solutâ Oratione*, attribuens. Floruit Ludovicus noster circà finem Sæculi XV.

HERCULES BENTIVOGLIO Ferrariensis, Eques nobilissimus, ac Poeta celeberrimus, magni Ludovici Ariosto contemporaneus, itèmque amicissimus, de quo Ariosto idem, *Furioso, cant. 37. stanz. 12.*

Appresso à questo un Ercol Bentivoglio
Fà chiaro il vostro honor, con chiare note.

Hercules verò *Satira 5. A Messer Flaminio*, familiaritatem suam cùm Ariosto sic testatam reliquit:

Et men vado al Cortil, dove una buona
Ora passeggiò, con gli Amici meco,
Bramosi di poggiar spesso Elicona;
Se l' Ariòsto v' è, ragiono seco.

Opera ab Hercule scripta, elegantissimè omnia, editaque sunt: *Il Geloso: Il Sogno amoroso: I Spiriti, Comedie: Le Satire: Le Epistole: Le Rime*, & alia. Inedita verò reliquit: *L' Arianna, Tragedia: I Romiti, Comedia*, &: *Plura Latina carmina*. Tanti Viri in laudibus sunt Lilius Greg. Giraldi, *in Dialogis Poet suor. temp.* qui etiàm Herculi nostro quædam ex eruditissimis ejus Operibus inscripsit: Libanor. *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 87.*, Jo: Marius Crescimb. *Histor. della Volgar Poesia, vol. 3. lib. 1. n. 19.*, & alii plures.

THI-

THIMOTHEUS BENDEDEI Ferrarienſis, nobilitate generis, ac doctrinâ clariſſimus: Poeta fuit, *Philomuſi* nomine appellatus, ediditque *Latina carmina*, & *Italica*: Floruit circà initium Sæculi XVI., ejuſdemque, multà cùm laude mentionem habet immortalis noſter Homerus Ferrarienſis, *Furioſo*, *cant.* 42., ubi.

E Timoteo, l' onor de Bendedei,
Ambo faran, trà l' una, e l' altra riva
Fermar, al ſuon de lor ſoavi plettri
Il Fiume, ove ſudar gli antichi Elettri.

Laudatur etiàm à Lilio Gregorio Giraldi, *in Dialogo primo Poetarum ſuorum temporum*, à Jo: Mario Creſcimbeni, *Hiſtor. della Volgar Poeſia*, *libr.* 5. *claſſ.* 1. *n.* 26., & ab aliis. Titus Strozza Sermonem Timoteo noſtro, *in libr. Sermon.* ſcribit, hoc titulo: *Ad Timotheum Bendedeum Philomuſum*.

ALPHUNSUS BONAZZOLI Ferrarienſis, Bonarum Litterarum vir, Græcæque Linguæ peritiſſimus: Ex hac in Italicum ſermonem vertit *Pauſaniam*, *ſeù Græciæ deſcriptionem*, & *Strabonis Hiſtoriam*. Libanor. *part.* 3. *fol.* 27. Ex illuſtri hac Familiâ vivunt præclari Juris Utriuſque Doctores Joſeph Bonazzoli, qui Franciſci Petrarchæ Rhitmos plures, italicæ *Sonetti*, in latinum Carmen fidiſſimè tranſtulit, ac tranſfert, & Joannes Bonazzoli ejuſdem filius, magnæ expectationis adoleſcens.

NICOLAUS BENDEDEI Ferrarienſis, Eques genere præclariſſimus, qui circà dimidium Sæculi XVI. floruit, intèr Poetas laudatus à Lilio Gregorio Giraldi noſtro, *in fine. Dialog.* 2. *Poetar. ſuor. temporum*.

HIERONYMUS BERARDO Ferrarienſis: Nonnullas Plauti Comœdias in Italicum ſermonem vertit, vulgavitque: Floruit autèm in exordio XVI. Sæculi.

JOANNES BAPTISTA BONAZZOLI Ferrarienſis, Juriſconſultus egregius, quem *Conſilia Varia* edidiſſe ſcribunt Guarini, *Chieſe*, *libr.* 3., & Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 146.

AN-

ANTONIUS BRASAVOLA Ferrarienſis, Mathematicus, ac Philoſophus inſignis Sæculi XVI. An aliquid ediderit, ſivè ſcripſerit, minimè conſtat. Laudatur verò ſequentibus carminibus, quæ intèr *MSS. Domus Braſavola* ſe repetiſſe ſcribit Cl. Hieronymus Baruffaldi, *Commentario di Caſa Braſavola &c. in bujus Viri Elogio, num.* 5.

Quàm fuerit ſapiens Antonius arte Mathæſis,
Clara per Eridanum geſta loquuntur adhùc.
Nùnc Cinis à Saxo tegitur, celeberrimus Hæros,
Qui priùs Euclidis pulvere doctus erat.

BERNARDINUS ADRIANUS BARBUGLIO Ferrarienſis, Grammaticus, Rhetor, ac Poeta optimus, à Baptiſtâ Guarini Seniore Humanis Litteris inſtitutus, ut tradit Lilius Gregorius Giraldi noſter, *in Epiſtolâ præpoſitâ Syntagmati IV. Hiſtoriæ Deorum, Barbuglio eidem dicato*, quòd præclarum doctrinæ ipſius argumentum eſt: Fuit autèm Barbuglio Sacerdos, Parœciæque S. Petri Ferrariæ Rector, ut primâ in Hiſtoriæ parte diximus. Guarini, *Chieſe di Ferrara, lib.* 4. *fol.* 280.

VINCENTIUS BRUSANTINI Ferrarienſis, Poeta intèr celebres enumerandus, qui floruit circà dimidium Sæculi XVI., obiitque in Patriâ annò 1570. Edidit: *Angelica Innamorata, Poemà in Ottava Rima*, & *Poeſie Liriche*, quarum aliquæ leguntur *in Templo Joannæ de Aragoniâ*: Tranſtulit etiàm *Il Novelliero di Gio: Boccaccio* à ſolutâ oratione, *in Ottava Rima*. Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol.* 248.; & Creſcimbeni, *Hiſtor. della Volgar Poeſia, Volum.* 4. *lib.* 2. *centur.* 4. *n.* 99.

FRANCISCUS BOVIO Ferrarienſis, Latinus Poeta elegans, cujus multa ſuperſunt Carmina *in MS. Codice Carminum Danielis Fino, & aliorum Auctorum*, apùd Hæredes D. Cæſaris Pariſi Favalli: Alia extant apùd Cl. V. Hieronymum Baruffaldi: Bovio noſtri Elegiam habemus etiàm, præfixam Editioni doctiſſimi Operis *Flagelli Judæorum* Fini de Fino.

FAUSTUS BRACCALDI Ferrarienſis, Canonicus S. Salvatoris, Theologus, ac Orator præclarus, qui infraſcripta edidit, vide-

videlicèt : *Tractatus*, *de Vanagloriâ*, *& Miseriâ humanâ* : *De Christo Pastore* : *De Divino Amore* : *De Christo ascendente* : *De Beatâ Virgine* : *De fructu Tribulationum* : *De Christo principio* : *Concionum Librum unum*, ac alia. Superbi, *Apparat. part.* 1. *fol.* 50., & Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 90.

BERNARDINUS BARUFFALDI de Cento, Ferrariensis Ducatus, Poeta Italicus, qui anno 1565. Ferrariæ edidit *Il Pastore Amoroso*. Hieronymus Baruffaldi, *in Disertat. Poetar. Ferrariensium*, *pag.* 31.

URSOLINA BERTOLAJA CAVALLETTI Ferrariensis, Barbaræ Poetriæ nostræ mater, miræ doctrinæ Fœmina : Huic Dialogum *Della Poesia Toscana* dicavit immortalis Torquatus Tasso. At de ejus laudibus Andreas Borsetti, *Supplement. al Guarini delle Chiese di Ferrara*, & Joannes Marius Crescimbeni, *Commentario all' Historia della Volgar Poesia*, *Volum.* 3. *libr.* 2. *n.* 94.

BONAVENTURA BIANCHI de Cottignolâ, Ferrariensis Ducatus, Ordinis Minorum, Theologus, ac Orator, qui edidit *Homelias per annum* : *De Illustribus rebus Veteris*, *& Novi Testamenti*, & *Quaresimale*. Itâ Antonius Possevini, *Apparato Sacro*, *Tom.* 2.

HIERONYMUS BIANCHINI Ferrariensis : Hunc Philosophum, Medicum, Astronomumque peritissimum fuisse, ac *Tabulas Astronomicas*, & *Problemata Geometrica* edidisse scribit Augustinus Superbi, *Apparato degli Uomini Illustri di Ferrara*, *part.* 1. *fol.* 76., sed bonâ Auctoris veniâ, eum, Hieronymum hunc cùm Joanne Bianchini, de quò intèr Studii Lectores fusè locuti sumus, confundere credimus.

JULIUS CÆSAR BAGNOLI de Bagnacavallo, Ferrariensis Ducatus, Poeta insignis, qui circà finem Sæculi XVI. Romæ floruit : Opera ab eodem conscripta sunt : *Gli Aragonesi*, *Tragedia* : *Il Giudizio di Paride*, & *Poesie Toscane*. Magnis, meritisque laudibus extollitur Bagnoli noster à Jano Nicio Erithreo, *in Pinacothecâ*.

PAU-

PAULUS BRUSANTINI Ferrarienſis, multæ Vir eruditionis, in Politicis præſertìm, Librum edidit *Del Governo dei Stati, sì in tempo di Pace, come di Guerra*. Libanori, *part. 3. fol. 222.*

IRENEUS BRASAVOLA Ferrarienſis, Ord. Minorum de Obſervantiâ, Caſtrenſis Epiſcopus, Philoſophus, Theologuſque præclarus: Edidit *Quæſtiones ſupèr Logicam, juxtà mentem Scoti*: *Supèr Formalitates Scoti*, & *De Secundis Intentionibus*. Antonius Poſſevini, *Apparat. Sacr. Tom. 2.*

JO: FRANCISCUS BRASAVOLA Ferrarienſis, Antonii Muſæ præclariſſimi filius, in Oratoriâ, ac Poeticâ facultatibus peritiſſimus. Multa ejuſdem inedita carmina, apùd eos de Familiâ aſſervari, teſtatur Hieronymus Baruffaldi, *Commentario di Caſa Braſavola*, *n.* 9., ubì ſequens Jo: Franciſci *Sonetto* exhibet.

Sù 'l apparir del giorno, quando indora
I Boſchi il Sole, e l' erbe inargentate,
Per le tenere frondi ancor baguate,
Fan riſſentir gli Augei le Valli allora;
E già per le frondoſe rive ancora
Il mormorar delle dolci acque amate:
Ogni animal, per poggi, e per contrate,
Di bramoſi deſiri Amor rincora:
Io dal Sol, che m' inalba il cor lontano,
Per queſti ermi, ſelvaggi, alpeſtri colli,
D' amara pioggia e l' erbe, e il petto bagno;
E quanto, d' or in or più m' allontano,
Con l' alma triſta, e gli occhi baſſi, e molli,
Viè più d' Amor, viè più del Ciel mi lagno.

ANTONIUS BEVILAQUA Ferrarienſis, Marchio, Latinus Poeta, genere præclariſſimus: Edidit *Latina carmina*, quæ unâ cùm carminibus Co: Hieronymi Faletti typis prodiere; claruit autèm Bevilacqua in fine Sæculi XVI. Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 39.*

JO: BAPTISTA BONACOSSA Ferrarienſis, in Divinis, Humaniſque Litteris verſatus: Edidit *Tractatum ſupèr Articulos*

quoſ-

quosdam Catholicæ Fidei, *ab Hæreticis impugnatos*, & *Discorso sopra l'Offizio Ecclesiastico di Maria Vergine*. Libanori, *part.3. fol.* 135.

ALPHUNSUS BONLEO Ferrarienfis, Vir Ecclesiasticus, Primiceratu S. Andreæ Mantuæ ab Urbis illius Ducissâ decoratus: Edidit Librum, cui titulus: *Diurnus Sacerdotum Cibus ad Mensam Altaris prævius*: *Giardinetto di Gesù*: *I Quattro Novissimi*: *Della Gioventù*, *Libri* 2. Libanori, *part.* 3. *fol.* 21.

MICHAEL ANGELUS BONAVERTI Ferrarien., Monachus Olivetanus claruit in fine Sæculi XVI., ediditque *La Vita di S. Maurelio*, *Vescovo*, *e Protettore di Ferrara*. Marcus Ant. Guarini, *Chiese di Ferrara*, *lib.* 6. *fol.* 396.

BLANCHINUS BIANCHINI Ferrarienfis, Italicus Poeta, qui vivebat anno 1594., cùm Sanctes Pasti *Collectaneam* suam edidit, *in Nuptiis Caroli Gesualdo*, *ac Eleonoræ Estensis*. Rime Scelte de Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, *fol.* 219. *&* 568.

PEREGRINUS BARBIERI Ferrarienfis: Hujus quoquè Italica queddam Carmina videre est *in Collectaneâ Pasti prædictâ*.

JO. PAULUS BRACCINI Ferrarienfis: Hic, Ferrariâ per Clementem VIII. Apostolicæ Sedi partâ, in Pontificis ejusdem laudem scripsit *Una Canzone*. Rime Scelte dei Poeti Ferraresi antichi, e moderni, *fol.* 230. *&* 580.

ONUPHRIUS BEVILAQUA Ferrarienfis, Marchio, strenuam Armis, Litterisque operam navavit: Vulgavit verò *Un Ragionamento sopra il commando*, *maneggio*, *& uso della Artiglieria*, & *La Traduzione dal Francese dell' Elisa di Monsignor Vescovo di Bellei*. Libanori, *part.* 3. *fol.* 218.

HIERONYMUS BRUT[illegible] Ferr[illegible]nsis, Ordinis Minimorum, Philosophus, Theol[illegible] E[illegible] latina ejusdem *Oratio*, Novellariæ in Æd[illegible] ta, *in Funere Alphunsi Gonzaga Novel*[illegible] [illegible]oniæ edita, typis Victorii Benazzi

BO-

BONIFATIUS BEVILAQUA Ferrarienfis, Sacræ Romanæ Ecclefiæ Cardinalis, Cerviæque Epifcopus meritiffimus: Hìc Sacræ Confult. Præfectus fuit, ac Perufii, Umbriæque Legatus: Eum etiàm, dùm Tufculanæ præfideret Ecclefiæ, Tornani Ducis titulo decoravit Gregorius XV. Obiit die 7. Aprilis 1627. Vide Georgium Vivianum Marchefi, *de Viris Illuftr. Gall. Togatæ, libr. 1. cap. 4.*

JULIUS CÆSAR BIANCHI de Cento, Ferrarienf. Ducatus, Juris Utriufque Doctor, qui edidit *Il Trionfo d'Arcadia*. Libanori, *part. 3. fol. 200.*, & Jofeph Maria Pannini, *Compendiofi Ragguagli della Terra di Cento*. Alios Centenfes Scriptores, apùd Pannini eundem videas; omnes enìm referre, inftituti noftri non eft.

FRANCISCUS BRUSONI Ferrarienfis, Sacerdos, qui anno 1631. edidit *Un Egloga*, & *Poefie altre volanti*. Rime Scelte dei Poeti Ferrarefi., *fol. 307. & 575.*

GUIDO BENTIVOGLIO Ferrarienfis, Sanctæ Romanæ Ecclefiæ Cardinalis, Italicorum Hiftoricorum facilè princeps, Orbi Litterario univerfo notiffimus: Edidit: *Hiftoria delle Guerre di Fiandra: Le Relazioni della Fiandra, e dei Paefi Baffi: Le Memorie dei di Lui accidenti*, & alia. Libanori, *part. 3. fol. 177.*, & alii plures.

BARTHOLOMEUS BRUSANTINI Ferrarienfis, Marchio, Philofophus, Poeta, Linguarumque Latinæ, Græcæ, ac Hebraicæ periciffimus: Obiit anno 1661., eoque decedente, infignis ejus Familia extincta eft. Borfetti, *Supplem. delle Chiefe di Ferrara, fol. 188.*

ANDREAS BORSETTI Ferrarienfis, Cathedralis Ferrariæ Canonicus, qui fcripfit, ediditque *Il Supplemento al Compendio Hiftorico delle Chiefe di Ferrara di Marco Antonio Guarini*, & alia etiàm, ad Ferrarienfem Hiftoriam pertinentia, & quidèm multa confcripfit, fed inedita remanferunt. Libanori, *part. 3. fol. 30.*

JULIUS CÆSAR BUORI BUZZACCHERINI Lugienfis, Ducatus Ferrariæ, in Jure Canonico peritiffimus, ac morum pro-

probitate comendatus, quapropter Innocentius X. eum Cymaclensi Thiarâ decoravit: Edidit Librum, cui titulus: *Responsio de Immunitate Ecclesiasticâ, adversùs Laguna*. Hieronymus Bonoli, *Historia di Lugo lib.3. cap.22. §.2.*, & *cap.23. §.2.*

VINCENTIUS BONDENI Ferrariensis, de Argentâ, Jurisconsultus insignis, qui circà finem proximè elapsi Sæculi XVII. floruit, Mantuæque Senator fuit: Edidit *Colluctationum Legalium Tomos 2. Miscellaneum Juridicum: Tributi quotidiani, dà offerirsi alla gran Madre di Dio*, & alia. Libanori, *part. 3. fol.* 248.

HERCULES BONACOSSA Ferrariensis Poesi Italicæ vacavit, in fine Sæculi anteacti, ediditque *Il Massinissa*, & *La Semiramide, Drammi*. Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia, volum. 4. libr. 3. centur. 4. n.* 92. Ex hac Stirpe præclarissimâ floret nùnc Ascanius, Comes, Italicæ Poesis studiosus, ut videre est ex ejusdem Rhitmis, in celebrioribus quibusdam Italiæ Collectaneis impressis.

DANIEL BARTOLI Ferrariensis, Societatis Jesu, magnum Patriæ nostræ Lumen, Vir in omni scientiarum genere absolutissimus, ac de Universâ Litteratorum Republicâ optimè meritus: Multa edidit, scilicèt: *Annali della Compagnia di Gesù divisi in più Tomi, secondo le varie parti del Mondo, cioè, L'Italia: L'Inghilterra: L'Asia: L'Europa: L'America: L'Africa: L'Uomo di Lettere: La Povertà contenta: L'Eternità Consigliera: L'Uomo al Punto: I Simboli ridotti alla Morale: Il non si può: La Ricreazione del Savio: La Vita di S. Ignazio.: La Vita del P. Vincenzo Caraffa: Le Poesie volgari*, & alia plura. Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol.* 79.

PINAMONTES BONACOSSA Ferrariensis, Comes, omnium equestris Ordinis exercitationum peritissimus, quapropter maximam apùd Principes, præsertìm apùd Ferdinandum Carolum Mantuæ, & Montisferrati Ducem gratiam promeruit: Multùm etiam in Ludicris Certaminibus, vulgò *Tornei* ordinandis, ac in Theatralibus spectaculis exhibendis valuit. Decessit Ferrariæ, in Sæculi nùnc labentis initio.

ANDREAS BERTONI Ferrariensis, Juris Utriusque Doc-

tor, ac Theologus insignis, Ferrariensis Ecclesiæ Canonicus, qui edidit *Tractatum utilimum*, quodquè in Foro plurimùm obtinet: *De Negligentiis*. Floruit in fine anteacti Sæculi. Libanori, *part.* 3. *fol.* 31.

VALERIUS BOTTICINI Ferrariensis, Hæbraicæ Linguæ peritissimus. Obiit in Patriâ, initio currentis Sæculi XVIII.

AUGUSTINUS BOTTI Ferrariensis, Philosophus, Theologus, ac Juris Utriusque Doctor præclarus, Ecclesiæque Ferrariensis Canonicus Pœnitentiarius, qui multa, *in Canonum materiâ* scripsit. Obiit Ferrariæ ætate nostrâ.

RODULPHUS BRASAVOLA Ferrariensis, Scholarum Piarum Clericus, Rhetor, Philosophus, ac Juris Utriusque Doctor, Romæ, apùd Hieronymum Avum, de quo aliàs, egregiè institutus: Ibidèm Rodulphus noster Academias: *Degli Imperfetti*; *Degli Indisposti*, & *Degli Intricati* instituit, hanc Legalis Scientiæ, Amœniorum Litterarum alias. Theologus etiàm fuit, votoque, quod emiserat, obstrictus, Scholarum Piarum Instituto nomen dedit: Romæ vixit ætate nostrâ, multaque scripsit, ediditque: Vulgata, sunt *Carmina Heroica*, *& Lyrica*: *Sapientia sinè moribus malè discitur*: *Lucerna ardens*, *& lucens*: *Idea Triformis*, *sivè Sapientis Trutina*: *Academia degli Intricati*, *Imperfetti*, *& Indisposti*: *La Pietà chiara nell' Ombre*: *Breve Ragguaglio di Città della Pieve*: *Divozione del Santissimo Nome di Maria*: *Esercizio Spirituale*: *Guida Spirituale*: *Vita di S. Pantaleo*, *Medico*: *Pii Riflessi di Spirito*, & alia: Sed multò plura sunt, quæ reliquit inedita; horum autèm Cathalogum habemus apùd Hieronymum Baruffaldi, *in hujus viri Elogio*, in suo *Commentar. Istorico della Casa Brasavola*, *n.* 17.

HIERONYMUS BONOLI Lugiensis, Ducatus Ferrariæ, Ordinis Minorum, Theologus, Philosophus, ac variæ eruditionis Vir: Edidit: *L'Historia di Lugo*, *sua Patria*: *L'Historia di Cottignola*, aliaque.

JO. CHRISOSTOMUS BERTAZZOLI Ferrariensis, Congr. Somaschæ, vivens: Hic Rhetoricam Bononiæ, per annos plures, multâ cùm laude docuit, Romæ Clementino Collegio diù præfuit, nùnc autèm est totiùs Congregationis suæ, secundò Præpositus Generalis.

AN-

ANGELUS BOZZA Ferrarienſis, Marchio, Poeta Italicus, qui ætate noſtrâ vixit, morienſque multa reliquit inedita.

PETRUS BELLINTANI Ferrarienſis, vixit currenti Sæculo, nonnullaque ejuſdem *Italica carmina* habemus in aliquibus Collectaneis.

MATILDES BENTIVOGLIO CALCAGNINI Ferrarienſis, Marchioniſſa, nobiliſſima Patriæ noſtræ Poetria, Philoſophiæ etiàm ornamentis decorata, quæ currenti Sæculo floruit: Edidit *La Vita di Giacomo Rè d'Inghilterra*, quam è Gallicâ in Linguam Italicam tranſtulit: Scripſit etiàm elegantiſſimè *Hetruſca Carmina*, quorum haùd pauca leguntur in celebrioribus Collectaneis. Laudatur à Joanne Mario Creſcimbeni, *Hiſtoria della Volgar Poeſia*, *volum.* 4. *libr.* 3. *centur.* 5. *num.* 98. Arcadicæ Academiæ Matildes nomen dedit, ac in eâ, *Amarillis Tritonides* fuit appellata.

ANTONIUS FRANCISCUS BAGNI Centenſis, Ferrarienſis Ducatus, Poeta Italicus hujus Sæculi, cujus Carminum ſpecimen videre eſt: *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferrareſi*, *fol.*464.

BORSIUS BONACOSSA Ferrarienſis, Comes, Eques, in equeſtribus ſtudiis probè inſtructus: Poeſi Italicæ operam quoquè dedit, ejuſdemque *Ritbmos nonnullos* habemus in Collectaneis quibuſdam, præſertìm verò *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferrareſi*, *fol.* 407.

DOMINICUS BAGNARA: Hujus Italici Rhitmi leguntur *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferrareſi*, *fol.*452.

CAROLUS IRENEUS BRASAVOLA Ferrarienſis, Cathedralis noſtræ olìm Canonicus, elegans Poeta Italicus, qui haùd pauca conſcripſit, quorum nonnulla *in Poeticis Collectaneis* edita ſunt. Romæ Legibus, ac Philoſophiæ operam dedit, ibidèmque etiàm ætate noſtrâ diem obiit.

ROGGERIUS CALCAGNINI Ferrarienſis, Ord. Prædicatorum, Theologus, multarumque litterarum vir, qui floruit

 circà

circà annum 1289. Ab Innocentio Papâ IV. Castrensis Episcopus creatus fuit; Scripsit verò volumen eruditissimum *De Vitiis, ac Virtutibus*, illudque Philippo Galliarum Regi inscripsit. Andreas Rovetta, *in Bibliothecâ Chronologicâ, centur.* 1. *pag m.* 14.

ANGELUS CONTRARIO Ferrariensis, Canonum Doctor insignis, Cathedralis Ferrariæ Canonicus: Claruit autèm circà annum 1290., fuitque unus ex Judicibus à Papâ datis, in causâ Excommunicationis, à Patriarchâ Aquilejensi latæ, adversùs Tarvisinos, ac Gerardum de Camino eorundem Ducem, ut fusiùs dictum est in primâ Historiæ parte, ac dùm de Arduino Canonico paulò antè loquti sumus. Joan: Franciscus Palladio Olivi, *Histor. del Friuli, libr.* 7. *fol.* 275. *part.* 1.

CÆSAR de Ferrariâ, antiquus Poeta Italicus, qui, Nicolao, & deindè Leonello Estensibus Ferrariæ imperantibus, floruit: In Bibliothecæ Chisianæ Codice MS., quem memorat Crescimbeni, *Historia della Volgar Poesia, Volum.* 2. *part.* 2. *libr.* 5. *n.* 31. de Cæsare nostro agens, *Canciones varias*, rude Sæculum olentes reperire scribit, easque Cæsari nostro ab Alexandro VII. P. M. fuisse adjudicatas, cùm in earum fronte Auctoris nomen non appareat. Patavium, aùt Veronam, sivè alium Venetæ Ditionis locum Cæsaris Patriam Pontifex idem fuisse arguit à Dialecto; nos verò, non Venetum, sed Ferrariensem potiùs, dictorumque Estensium Principum subditum fuisse eruimus, è postremis versibus Cantionis, quam integram, loco citato, exhibet Crescimbeni: Sunt autèm.

Canzon quieta, humile, e riverente
Trova li Excelsi Marchesi dà Esti
Cum modi sagi, e desti
Ti representa come serva ancilla:
E specialmente al mio Signor clemente
Marchese Leonello: el qual albergo
Dentro nel core; e Servo
Sero de tanta Signoria tranquilla.
Mentre che vita in corpo me destilla
Ingenocchion Cesare servidore.
Ne ebbi mai: ne voglio altro Signore.

AL-

ALBERTUS COSTABILI Ferrarienfis, Eques Litteratiffimus, Leonelli Eftenfis Ferrariæ Marchionis intèr Familiares carior. Jo: Baptifta Pigna, *Hiftoria Eftenfe*, *libr.* 7.

BARTHOLOMEUS CASOTTI Ferrarienfis, Poeta Latinus, qui floruit circà dimidiùm Sæculi XV. Quæddam ejus Carmina dedimus, de Ludovico Sardi, & Garfiâ de Hifpaniâ Studii noftrî Lectoribus mentionem habentes.

LADRISIUS CRIVELLI Ferrarienfis floruit Sæculo XV. circà dimidium; fuit autem Jurifconfultus, ac latinus elegans Poeta, ut conftat *ex ejus Carminibus*, in Nicolaï Marchionis Eftenfis Ferrariæ Domini morte elucubratis, quæ in priori hujus Hiftoriæ part. libr. 1. retulimus.

PAULUS COSTABILI Ferrarienfis, Ordinis Prædicatorum, Theologus, Philofophus, ac Orator celeberrimus, fed tantæ Vir humilitatis, ac fanctimoniæ, ut oblatum fibi Ferrariæ Epifcopatum recufaverit, ac Ordinis fui Generalatum, à Capitulo Univerfali coactus, invitufque acceptarit: Multa in editionem paraverat, fed mors prævenit. Ejufdem Vitam fcripfit Hieronymus Giovannini Dominicanus. Ant. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 221.

FRANCISCUS CÆCUS Ferrarienfis, à cæcitate, non à Cognomine, quod præcisè ignoratur sic appellatus. Si, quò ad hoc nobis opinari liceat, probabile, eum ortum fuiffe è nobili Ferrarienfe Familiâ Conofciuti: Conjecturam facit, quòd Elifeus Cognitus, *Mambriani* vulgator, & de quo infrà, in Epiftolâ nuncupatoriâ Hippolyto Cardinali Eftenfi Poematis ejufdem, Ferrariæ editi typis Joannis Mazziochi Bondeni, annò 1509., fe Cæci noftri propinquum, ac hæredem fateatur. Fuit autèm Francifcus Juris Utriufque Doctor, Theologus, Philofophus, ac Poeta Latinus, Italicufque, & quidèm infignis: Ejus Opera funt *Latina Carmina: Poefie Liriche*, & *Il Mambriano*, *Poëma in Ottava Rima.* Mirum eft, quod tantæ molis Poema, nobile, eruditum, ac jucundum adeò, cæcitate conftante, ut ipfe pluribus ejufdem in locis afferit, elucubrare potuerit; mirum magìs, quòd Viri hujus, de Epicâ Poefi apud Italos optimæ meriti, nomen ferè interierit,

ANTONIUS BRASAVOLA Ferrarienſis, Mathematicus, ac Philoſophus inſignis Sæculi XVI. An aliquid ediderit, ſive ſcripſerit, minimè conſtat. Laudatur verò ſequentibus carminibus, quæ intèr *MSS. Domus Braſavola* ſe reperiſſe ſcribit Cl. Hieronymus Baruffaldi, *Commentario di Caſa Braſavola &c. in hujus Viri Elogio, num.* 5.

Quàm fuerit ſapiens Antonius arte Mathæſis,
Clara per Eridanum geſta loquuntur adhùc.
Nùnc Cinis à Saxo tegitur, celeberrimus Hæros,
Qui priùs Euclidis pulvere doctus erat.

BERNARDINUS ADRIANUS BARBUGLIO Ferrarienſis, Grammaticus, Rhetor, ac Poeta optimus, à Baptiſtâ Guarini Seniore Humanis Litteris inſtitutus, ut tradit Lilius Gregòrius Giraldi noſter, *in Epiſtolâ præpoſitâ Syntagmati IV. Hiſtoriæ Deorum, Barbuglio eidem dicato*, quòd præclarum doctrinæ ipſius argumentum eſt: Fuit autèm Barbuglio Sacerdos, Paræciæque S. Petri Ferrariæ Rector, ut primâ in Hiſtoriæ parte diximus. Guarini, *Chieſe di Ferrara, libr.* 4. *fol.* 280.

VINCENTIUS BRUSANTINI Ferrarienſis, Poeta intèr celebres enumerandus, qui floruit circà dimidium Sæculi XVI., obiitque in Patriâ annò 1570. Edidit: *Angelica Innamorata, Poemà in Ottava Rima*, & *Poeſie Liriche*, quarum aliquæ leguntur *in Templo Joannæ de Aragoniâ*: Tranſtulit etiàm *Il Novelliero di Gio: Boccaccio* à ſolutâ oratione, *in Ottava Rima*. Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol.* 248., & Creſcimbeni, *Hiſtor. della Volgar Poeſia, Volum.* 4. *lib.* 2. *centur.* 4. *n.* 99.

FRANCISCUS BOVIO Ferrarienſis, Latinus Poeta elegans, cujus multa ſuperſunt Carmina *in MS. Codice Carminum Danielis Fino, & aliorum Auctorum*, apùd Hæredes D. Cæſaris Pariſi Favalli: Alia extant apùd Cl. V. Hieronymum Baruffaldi: Bovio noſtri Elegiam habemus etiàm, præfixam Editioni doctiſſimi Operis *Flagelli Judæorum* Fini de Fino.

FAUSTUS BRACCALDI Ferrarienſis, Canonicus S. Salvatoris, Theologus, ac Orator præclarus, qui infraſcripta edidit, vide-

videlicèt: *Tractatus*, *de Vanagloriâ*, *& Miseriâ humanâ*: *De Christo Pastore*: *De Divino Amore*: *De Christo ascendente*: *De Beatâ Virgine*: *De fructu Tribulationum*: *De Christo principio*: *Concionum Librum unum*, ac alia. Superbi, *Apparat. part.* 1. *fol.* 50., & Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 90.

BERNARDINUS BARUFFALDI de Cento, Ferrarienſis Ducatus, Poeta Italicus, qui anno 1565. Ferrariæ edidit *Il Pastore Amoroso*. Hieronymus Baruffaldi, *in Disertat. Poetar. Ferrarienſium*, *pag.* 31.

URSOLINA BERTOLAJA CAVALLETTI Ferrarienſis, Barbaræ Poetriæ noſtræ mater, miræ doctrinæ Fœmina: Huic Dialogum *Della Poesia Toscana* dicavit immortalis Torquatus Taſſo. At de ejus laudibus Andreas Borſetti, *Supplement. al Guarini delle Chiese di Ferrara*, & Joannes Marius Creſcimbeni, *Commentario all' Historia della Volgar Poesia*, *Volum.* 3. *libr.* 2. *n.* 94.

BONAVENTURA BIANCHI de Cottignolâ, Ferrarienſis Ducatus, Ordinis Minorum, Theologus, ac Orator, qui edidit *Homelias per annum*: *De Illustribus rebus Veteris*, *& Novi Testamenti*, & *Quaresimale*. Ità Antonius Poſſevini, *Apparato Sacro*, *Tom.* 2.

HIERONYMUS BIANCHINI Ferrarienſis: Hunc Philoſophum, Medicum, Aſtronomumque peritiſſimum fuiſſe, ac *Tabulas Astronomicas*, & *Problemata Geometrica* edidiſſe ſcribit Auguſtinus Superbi, *Apparato degli Uomini Illustri di Ferrara*, *part.* 1. *fol.* 76., ſed bonâ Auctoris veniâ, eum, Hieronymum hunc cùm Joanne Bianchini, de quò intèr Studii Lectores fusè locuti ſumus, confundere credimus.

JULIUS CÆSAR BAGNOLI de Bagnacavallo, Ferrarienſis Ducatus, Poeta inſignis, qui circà finem Sæculi XVI. Romæ floruit: Opera ab eodem conſcripta ſunt: *Gli Aragonesi*, *Tragedia*: *Il Giudizio di Paride*, & *Poesie Toscane*. Magnis, meritiſque laudibus extollitur Bagnoli noſter à Jano Nicio Erithreo, *in Pinachotecâ*.

PAU-

PAULUS BRUSANTINI Ferrarienſis, multæ Vir eruditionis, in Politicis præſertìm, Librum edidit *Del Governo dei Stati, sì in tempo di Pace, come di Guerra*. Libanori, *part. 3. fol. 222.*

IRENEUS BRASAVOLA Ferrarienſis, Ord. Minorum de Obſervantiâ, Caſtrenſis Epiſcopus, Philoſophus, Theologuſque præclarus: Edidit *Quæſtiones ſupèr Logicam, juxtà mentem Scoti*: *Supèr Formalitates Scoti*, & *De Secundis Intentionibus*. Antonius Poſſevini, *Apparat. Sacr. Tom. 2.*

JO: FRANCISCUS BRASAVOLA Ferrarienſis, Antonii Muſæ præclariſſimi filius, in Oratoriâ, ac Poeticâ facultatibus peritiſſimus. Multa ejuſdem inedira carmina, apùd eos de Familiâ aſſervari, teſtatur Hieronymus Baruffaldi, *Commentario di Caſa Braſavola*, *n.* 9., ubì ſequens Jo: Franciſci *Sonetto* exhibet.

Sù 'l apparir del giorno, quando indora
I Boſchi il Sole, e l' erbe inargentate,
Per le tenere frondi ancor bagnate,
Fan riſſentir gli Augei le Valli allora;
E già per le frondoſe rive ancora
Il mormorar delle dolci acque amate:
Ogni animal, per poggi, e per contrate,
Di bramoſi deſiri Amor rincora:
Io dal Sol, che m' inalba il cor lontano,
Per queſti ermi, ſelvaggi, alpeſtri colli,
D' amara pioggia e l' erbe, e il petto bagno;
E quanto, d' or in or più m' allontano,
Con l' alma triſta, e gli occhi baſſi, e molli,
Viè più d' Amor, viè più del Ciel mi lagno.

ANTONIUS BEVILAQUA Ferrarienſis, Marchio, Latinus Poeta, genere præclariſſimus: Edidit *Latina carmina*, quæ unâ cùm carminibus Co: Hieronymi Faletti typis prodiere.; claruit autèm Bevilacqua in fine Sæculi XVI. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part. 3. fol. 39.*

JO: BAPTISTA BONACOSSA Ferrarienſis, in Divinis, Humaniſque Litteris verſatus: Edidit *Tractatum ſupèr Articulos*

quoſ-

quosdam Catholicæ Fidei, ab Hæreticis impugnatos, & *Discorso sopra l'Offizio Ecclesiastico di Maria Vergine*. Libanori, *part.3. fol.* 135.

ALPHUNSUS BONLEO Ferrariensis, Vir Ecclesiasticus, Primiceratu S. Andreæ Mantuæ ab Urbis illius Ducissâ decoratus: Edidit Librum, cui titulus: *Diurnus Sacerdotum Cibus ad Mensam Altaris prævius*: *Giardinetto di Gesù*: *I Quattro Novissimi*: *Della Gioventù*, *Libri* 2. Libanori, *part.* 3. *fol.* 21.

MICHAEL ANGELUS BONAVERTI Ferrarien., Monachus Olivetanus claruit in fine Sæculi XVI., ediditque *La Vita di S. Maurelio*, *Vescovo*, *e Protettore di Ferrara*. Marcus Ant. Guarini, *Chiese di Ferrara*, *lib.* 6. *fol.* 396.

BLANCHINUS BIANCHINI Ferrariensis, Italicus Poeta, qui vivebat anno 1594., cùm Sanctes Pasti *Collectaneam* suam edidit, *in Nuptiis Caroli Gesualdo*, *ac Eleonoræ Estensis*. Rime Scelte de Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, *fol.* 219. & 568.

PEREGRINUS BARBIERI Ferrariensis: Hujus quoquè Italica queddam Carmina videre est *in Collectaneâ Pasti prædictâ*.

JO: PAULUS BRACCINI Ferrariensis: Hic, Ferrariâ per Clementem VIII. Apostolicæ Sedi partâ, in Pontificis ejusdem laudem scripsit *Una Canzone*. Rime Scelte dei Poeti Ferraresi antichi, e moderni, *fol.* 230. & 580.

ONUPHRIUS BEVILAQUA Ferrariensis, Marchio, strenuam Armis, Litterisque operam navavit: Vulgavit verò *Un Ragionamento sopra il commando*, *maneggio*, & *uso della Artiglieria*, & *La Traduzione dal Francese dell' Elisa di Monsignor Vescovo di Bellei*. Libanori, *part.* 3. *fol.* 218.

HIERONYMUS BRUTURI Ferrariensis, Ordinis Minimorum, Philosophus, Theologus, ac Orator: Extat latina ejusdem *Oratio*, Novellariæ in Æde PP. Societatis Jesu recitata, *in Funere Alphunsi Gonzaga Novellariæ Principis*; est autèm Bononiæ edita, typis Victorii Benazzi.

BO-

BONIFATIUS BEVILAQUA Ferrarienſis, Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Cerviæque Epiſcopus meritiſſimus: Hic Sacræ Conſult. Præfectus fuit, ac Peruſii, Umbriæque Legatus: Eum etiàm, dùm Tuſculanæ præſideret Eccleſiæ, Tornani Ducis titulo decoravit Gregorius XV. Obiit die 7. Aprilis 1627. Vide Georgium Vivianum Marcheſi, *de Viris Illuſtr. Gall. Togatæ, libr. 1. cap. 4.*

JULIUS CÆSAR BIANCHI de Cento, Ferrarienſ. Ducatus, Juris Utriuſque Doctor, qui edidit *Il Trionfo d'Arcadia*. Libanori, *part. 3. fol. 200.*, & Joſeph Maria Pannini, *Compendioſi Ragguagli della Terra di Cento*. Alios Centenſes Scriptores, apùd Pannini eundem videas; omnes enìm referre, inſtituti noſtri non eſt.

FRANCISCUS BRUSONI Ferrarienſis, Sacerdos, qui anno 1631. edidit *Un Egloga*, & *Poeſie altre volanti*. Rime Scelte dei Poeti Ferrareſi, *fol. 307. & 575.*

GUIDO BENTIVOGLIO Ferrarienſis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Italicorum Hiſtoricorum facilè princeps, Orbi Litterario univerſo notiſſimus: Edidit: *Hiſtoria delle Guerre di Fiandra*: *Le Relazioni della Fiandra, e dei Paeſi Baſſi*: *Le Memorie dei di Lui accidenti*, & alia. Libanori, *part. 3. fol. 177.*, & alii plures.

BARTHOLOMEUS BRUSANTINI Ferrarienſis, Marchio, Philoſophus, Poeta, Linguarumque Latinæ, Græcæ, ac Hebraicæ peritiſſimus: Obiit anno 1661., eoque decedente, inſignis ejus Familia extincta eſt. Borſetti, *Supplem. delle Chieſe di Ferrara, fol. 188.*

ANDREAS BORSETTI Ferrarienſis, Cathedralis Ferrariæ Canonicus, qui ſcripſit, ediditque *Il Supplemento al Compendio Hiſtorico delle Chieſe di Ferrara di Marco Antonio Guarini*, & alia etiàm, ad Ferrarienſem Hiſtoriam pertinentia, & quidèm multa conſcripſit, ſed inedita remanſerunt. Libanori, *part. 3. fol. 30.*

JULIUS CÆSAR BUORI BUZZACCHERINI Lugienſis, Ducatus Ferrariæ, in Jure Canonico peritiſſimus, ac morum pro-

probitate comendatus, quapropter Innocentius X. eum Cymaclensi Thiarâ decoravit: Edidit Librum, cui titulus: *Responsio de Immunitate Ecclesiasticâ, adversùs Laguna*. Hieronymus Bonoli, *Historia di Lugo libr.3. cap.22. §.2.*, & *cap.23. §.2.*

VINCENTIUS BONDENI Ferrariensis, de Argentâ, Jurisconsultus insignis, qui circà finem proximè elapsi Sæculi XVII. floruit, Mantuæque Senator fuit: Edidit *Colluctationum Legalium Tomos 2. Miscellaneum Juridicum: Tributi quotidiani, dà offerirsi alla gran Madre di Dio*, & alia. Libanori, *part. 3. fol.* 248.

HERCULES BONACOSSA Ferrariensis Poesi Italicæ vacavit, in fine Sæculi anteacti, ediditque *Il Massinissa*, & *La Semiramide, Drammi*. Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia, volum. 4. libr. 3. centur. 4. n.* 92. Ex hac Stirpe præclarissimâ floret nùnc Ascanius, Comes, Italicæ Poesis studiosus, ut videre est ex ejusdem Rhitmis, in celebrioribus quibusdam Italiæ Collectaneis impressis.

DANIEL BARTOLI Ferrariensis, Societatis Jesu, magnum Patriæ nostræ Lumen; Vir in omni scientiarum genere absolutissimus, ac de Universâ Litteratorum Republicâ optimè meritus: Multa edidit, scilicèt: *Annali della Compagnia di Gesù divisi in più Tomi, secondo le varie parti del Mondo, cioè, L'Italia: L'Inghilterra: L'Asia: L'Europa: L'America: L'Africa: L'Uomo di Lettere: La Povertà contenta: L'Eternità Consigliera: L'Uomo al Punto: I Simboli ridotti alla Morale: Il non si può: La Ricreazione del Savio: La Vita di S. Ignazio: La Vita del P. Vincenzo Caraffa: Le Poesie volgari*, & alia plura. Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol.* 79.

PINAMONTES BONACOSSA Ferrariensis, Comes, omnium equestris Ordinis exercitationum peritissimus, quapropter maximam apùd Principes, præsertìm apùd Ferdinandum Carolum Mantuæ, & Montisferrati Ducem gratiam promeruit: Multùm etiam in Ludicris Certaminibus, vulgò *Tornei* ordinandis, ac in Theatralibus spectaculis exhibendis valuit. Decessit Ferrariæ, in Sæculi nùnc labentis initio.

ANDREAS BERTONI Ferrariensis, Juris Utriusque Doc-

tor, ac Theologus insignis, Ferrariensis Ecclesiæ Canonicus, qui edidit *Tractatum utilimum*, quodquè in Foro plurimùm obtinet : *De Negligentiis*. Floruit in fine anteacti Sæculi. Libanori, *part.* 3. *fol.* 31.

VALERIUS BOTTICINI Ferrariensis, Hæbraicæ Linguæ peritissimus. Obiit in Patriâ, initio currentis Sæculi XVIII.

AUGUSTINUS BOTTI Ferrariensis, Philosophus, Theologus, ac Juris Utriusque Doctor præclarus, Ecclesiæque Ferrariensis Canonicus Pœnitentiarius, qui multa, *in Canonum materiâ* scripsit. Obiit Ferrariæ ætate nostrâ.

RODULPHUS BRASAVOLA Ferrariensis, Scholarum Piarum Clericus, Rhetor, Philosophus, ac Juris Utriusque Doctor, Romæ, apùd Hieronymum Avum, de quo aliàs, egregiè institutus: Ibidèm Rodulphus noster Academias: *Degli Imperfetti*: *Degli Indispoßti*, & *Degli Intricati* instituit, hanc Legalis Scientiæ, Amœniorum Litterarum alias. Theologus etiàm fuit, votoque, quod emiserat, obstrictus, Scholarum Piarum Instituto nomen dedit: Romæ vixit ætate nostrâ, multaque scripsit, ediditque: Vulgata, sunt *Carmina Heroica*, & *Lyrica*: *Sapientia sinè moribus malè discitur*: *Lucerna ardens*, & *lucens*: *Idea Triformis*, *sivè Sapientis Trutina*: *Academia degli Intricati*, *Imperfetti*, & *Indispoßti*: *La Pietà chiara nell' Ombre*: *Breve Ragguaglio di Città della Pieve*: *Divozione del Santißimo Nome di Maria*: *Esercizio Spirituale*: *Guida Spirituale*: *Vita di S. Pantaleo*, *Medico*: *Pii Rifleßi di Spirito*, & alia: Sed multò plura sunt, quæ reliquit inedita; horum autèm Cathalogum habemus apùd Hieronymum Baruffaldi, *in bujus viri Elogio*, in suo *Commentar. Istorico della Casa Brasavola*, *n.*17.

HIERONYMUS BONOLI Lugiensis, Ducatus Ferrariæ, Ordinis Minorum, Theologus, Philosophus, ac variæ eruditionis Vir: Edidit: *L'Historia di Lugo*, *sua Patria*: *L'Historia di Cottignola*, aliaque.

JO: CHRISOSTOMUS BERTAZZOLI Ferrariensis, Congr. Somaschæ, vivens: Hic Rhetoricam Bononiæ, per annos plures, multâ cùm laude docuit, Romæ Clementino Collegio diù præfuit, nùnc autèm est totiùs Congregationis suæ, secundò Præpositus Generalis.

AN-

ANGELUS BOZZA Ferrarienfis, Marchio, Poeta Italicus, qui ætate noftrâ vixit, morienfque multa reliquit inedita.

PETRUS BELLINTANI Ferrarienfis, vixit currenti Sæculo, nonnullaque ejufdem *Italica carmina* habemus in aliquibus Collectaneis.

MATILDES BENTIVOGLIO CALCAGNINI Ferrarienfis, Marchioniffa, nobiliffima Patriæ noftræ Poetria, Philofophiæ etiàm ornamentis decorata, quæ currenti Sæculo floruit: Edidit *La Vita di Giacomo Rè d'Inghilterra*, quam è Gallicâ in Linguam Italicam tranftulit: Scripfit etiàm elegantiffimè *Hetrufca Carmina*, quorum haùd pauca leguntur in celebrioribus Collectaneis. Laudatur à Joanne Mario Crefcimbeni, *Hiftoria della Volgar Poefia*, *volum.* 4. *libr.* 3. *centur.* 5. *num.* 98. Arcadicæ Academiæ Matildes nomen dedit, ac in eâ, *Amarillis Tritonides* fuit appellata.

ANTONIUS FRANCISCUS BAGNI Centenfis, Ferrarienfis Ducatus, Poeta Italicus hujus Sæculi, cujus Carminum fpecimen videre eft: *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferrarefi*, *fol.*464.

BORSIUS BONACOSSA Ferrarienfis, Comes, Eques, in equeftribus ftudiis probè inftructus: Poefi Italicæ operam quoquè dedit, ejufdemque *Ritbmos nonnullos* habemus in Collectaneis quibufdam, præfertìm verò *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferrarefi*, *fol.* 407.

DOMINICUS BAGNARA: Hujus Italici Rhitmi leguntur *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferrarefi*, *fol.*452.

CAROLUS IRENEUS BRASAVOLA Ferrarienfis, Cathedralis noftræ olìm Canonicus, elegans Poeta Italicus, qui haùd pauca confcripfit, quorum nonnulla *in Poeticis Collectaneis* edita funt. Romæ Legibus, ac Philofophiæ operam dedit, ibidèmque etiàm ætate noftrâ diem obiit.

ROGGERIUS CALCAGNINI Ferrarienfis, Ord. Prædicatorum, Theologus, multarumque litterarum vir, qui floruit

circà annum 1289. Ab Innocentio Papâ IV. Castrensis Episcopus creatus fuit; Scripsit verò volumen eruditissimum *De Vitiis, & Virtutibus*, illudque Philippo Galliarum Regi inscripsit. Andreas Rovetta, *in Bibliothecâ Chronologicâ, centur.* 1. *pag m.* 14.

ANGELUS CONTRARIO Ferrariensis, Canonum Doctor insignis, Cathedralis Ferrariæ Canonicus: Claruit autèm circà annum 1290., fuitque unus ex Judicibus à Papâ datis, in causâ Excommunicationis, à Patriarchâ Aquilejensi latæ, adversùs Tarvisinos, ac Gerardum de Camino eorundem Ducem, ut fusiùs dictum est in primâ Historiæ parte, ac dùm de Arduino Canonico paulò antè loquti sumus. Joan: Franciscus Palladio Olivi, *Histor. del Friuli, libr.* 7. *fol.* 275. *part.* 1.

CÆSAR de Ferrariâ, antiquus Poeta Italicus, qui, Nicolao, & deindè Leonello Estensibus Ferrariæ imperantibus, floruit: In Bibliothecæ Chisianæ Codice MS., quem memorat Crescimbeni, *Historia della Volgar Poesia, Volum.* 2. *part.* 2. *libr.* 5. *n.* 31. de Cæsare nostro agens, *Canciones varias*, rude Sæculum olentes reperire scribit, easque Cæsari nostro ab Alexandro VII. P. M. fuisse adjudicatas, cùm in earum fronte Auctoris nomen non appareat. Patavium, aùt Veronam, sivè alium Venetæ Ditionis locum Cæsaris Patriam Pontifex idem fuisse arguit à Dialecto; *nos* verò, non Venetum, sed Ferrariensem potiùs, dictorumque Estensium Principum subditum fuisse eruimus, è postremis versibus Cantionis, quam integram, loco citato, exhibet *Crescimbeni*: Sunt autèm.

Canzon quieta, humile, e rivente
Trova li Excelsi Marchesi dà Esti
Cum modi sagi, e desti
Ti represenта come serva ancilla:
E specialmente al mio Signor clemente
Marchese Leonello: el qual albergo
Dentro nel core; e Servo
Sero de tanta Signoria tranquilla.
Mentre che vita in corpo me destilla
Ingenocchion Cesare servidore.
Ne ebbi mai: ne voglio altro Signore.

AL-

ALBERTUS COSTABILI Ferrarienſis, Eques Litteratiſſimus, Leonelli Eſtenſis Ferrariæ Marchionis intèr Familiares carior. Jo: Baptiſta Pigna, *Hiſtoria Eſtenſe*, *libr.* 7.

BARTHOLOMEUS CASOTTI Ferrarienſis, Poeta Latinus, qui floruit circà dimidium Sæculi XV. Quæddam ejus Carmina dedimus, de Ludovico Sardi, & Garſiâ de Hiſpaniâ Studii noſtrî Lectoribus mentionem habentes.

LADRISIUS CRIVELLI Ferrarienſis floruit Sæculo XV. circà dimidium; fuit autem Juriſconſultus, ac latinus elegans Poeta, ut conſtat *ex ejus Carminibus*, in Nicolaî Marchionis Eſtenſis Ferrariæ Domini morte elucubratis, quæ in priori hujus Hiſtoriæ part. libr. 1. retulimus.

PAULUS COSTABILI Ferrarienſis, Ordinis Prædicatorum, Theologus, Philoſophus, ac Orator celeberrimus, ſed tantæ Vir humilitatis, ac ſanctimoniæ, ut oblatum ſibi Ferrariæ Epiſcopatum recuſaverit, ac Ordinis ſui Generalatum, à Capitulo Univerſali coactus, invituſque acceptarit: Multa in editionem paraverat, ſed mors prævenit. Ejuſdem Vitam ſcripſit Hieronymus Giovannini Dominicanus. Ant. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 221.

FRANCISCUS CÆCUS Ferrarienſis, à cæcitate, non à Cognomine, quod præcisè ignoratur sic appellatus. Sì, quò ad hoc nobis opinari liceat, probabile, eum ortum fuiſſe è nobili Ferrarienſe Familiâ Conoſciuti: Conjecturam facit, quòd Eliſeus Cognitus, *Mambriani* vulgator, & de quo infrà, in Epiſtolâ nuncupatoriâ Hippolyto Cardinali Eſtenſi Poematis ejuſdem, Ferrariæ editi typis Joannis Mazziochi Bondeni, anno 1509., ſe Cæci noſtri propinquum, ac hæredem fateatur. Fuit autèm Franciſcus Juris Utriuſque Doctor, Theologus, Philoſophus, ac Poeta Latinus, Italicuſque, & quidèm inſignis: Ejus Opera ſunt *Latina Carmina: Poeſie Liriche*, & *Il Mambriano*, *Poëma in Ottava Rima*. Mirum eſt, quod tantæ molis Poema, nobile, eruditum, ac jucundum adeò, cæcitate conſtante, ut ipſe pluribus ejuſdem in locis aſſerit, elucubrare potuerit; mirum magìs, quòd Viri hujus, de Epicâ Poeſi apud Italos optimæ meriti, nomen ferè interierit,

Y 3 Is,

Is, Bojardo nostro melior nonnullis videtur; hoc certum est, Immortales Ludovicum Ariosto, ac Torquatum Tasso eum in aliquibus imitari minimè erubuisse, quinimmò horum postremo ab aliquibus vitio vertitur, quòd inventum quoddam Cæci nostri, aperto plagio, in suum Poema transtulerit. Immeritò igitur Joannes Marius Crescimbeni, *Historia della Volgar Poesia*, *Volum.* 2. *part.* 2. *libr.* 6. *n.* 81. Cæcum nostrum ad vulgares Poetas ammandat, quòd nos in suspicionem adducit, Censorem doctissimum numquàm *Mambriani* Poema legisse: Non ità profectò Franciscus Patrizio, qui *in Poeticæ suæ nuncupatoriâ Urbini Ducissæ*, Cæcum meritis cumulat laudibus, eumque intèr præcipuos enumerat, qui Heroicum Poema illustrarunt. Sed & Vatis nostri laudes sequentibus carminibus cecinit Cassius de Narniâ, *Poema della morte del Danese*, *libr.* 2. *cant.* 4. *fol.* 74., à Crescimbeni prædicto citatus.

Era in tal frotta un Cieco Ferrarese,
Che se natura gli dava la vista,
Gli saria stata Urania sì cortese,
Che trà li più famosi fora in lista.

Cæcitate minimè obstante, intèr præclariores numeratur tamèn. Sed & à Posthumo, & Tricælio comendatur sequentibus versibus, qui in fine impressionis *Mambriani* suprà indicatæ leguntur.

Jo: Maria Tricælius de Francisco Cæco Ferrariensi.

Quis hic est? Meonides ne? quis ve? certo est,
Hic, hic qui ista canit (videtur) ipse est
Cæcus, dulciloquus, poeta, certò est.
Ast heùs Meonides? quid? haud ego ille,
Ille at carmina cæcus ipse canto, ut
Plebis Meoniden videre possis.

Guido Posthumus Pisaurensis, Phisicus Doctor.

Legerat orsa hujus vix dùm benè prima libelli,
Cùm, mea jàm video funera, livor ait.
Dixit, & incubuit ferro, se deniquè fassus,
Ferre libri genium non potuisse diù.

ELI-

ELISEUS COGNITUS Ferrarienſis: Pòſt Cæci noſtri Elogium, de Cognito, qui illius *Mambrianum* edidit, aliquid ſtatìm dicere viſum eſt, nè unum ab altero diſiungamus: Huic profectò Urbem noſtram, ac univerſum Litteratorum cætum plurimùm debere fatendum eſt, cujus operâ, ac impendio Poema illud pulcherrimùm in lucem prodiit Ferrariæ anno 1509. 20. Octobris, typis Joannis Macciochi Bondeni: Antiquâ hìc Ferrarienſi Familiâ Conoſciuti ortùs, quæ hodiè Comitum titulo decoratur; cæterùm quibus ſtudiis Eliſeus noſter addictus fuerit, ignoramus; ex eâ tamèn *Nuncupatoriâ*, quam mox allaturi ſumus, eum quoquè Italicæ Poeſi dediſſe operam haùd obſcurè inferri poteſt; nèc veriſimile credimus, de Mambriani editione eum ſollicitum fuiſſe adeò, qui tanti Operis meritùm probè non agnoſceret: Cæcus autèm cùm Hippoliti I. Cardinalis Eſtenſis, maximi Litterarum, ac Litteratorùm Mecœnatis familiaritate, dùm viveret, uteretur, id in causâ fuit, ut eidem Eliſeus defuncti Propinqui ſui Poema inſcriberet, hujuſmodi *Nuncupatoriâ*, quæ in fronte Macciochianæ editionis legitur.

A lo Reverendiſſimo, & Illuſtriſſimo mio Signore lo S. Card. Eſtenſe.

Molti concetti ne principii de loro opere ſovente fanno li Poeti Illuſtr. & Reverendiſſimo S. mio, che poi à mezo ſono, ò ne la fine ritornando più, e più fiate adietro corregono, mutano, e levano fin che gli pare haverle in quello ſtato ridotte à cui ne aggiongere ne minuire alcuna coſa più ſi debbia, & alhora non alli amici ſoli, mà ad ognuno che lettore eſſere ne voglia ne fanno publica copia, e finchè non ſia venuto il compoſitore à queſto effetto ſe ben alcuna coſa ſe ritrova nell' Opera che offenda non ſi dee riprendere ne biaſmare, anzi credere, che vivendo ſia per coregerla, e ſe prima che la publica edizione habbia fatta, la morte lo prevene de eterna excuſatione è ſempre degno. Per queſto al torto s' appigliarà qualonque vorrà il fideliſſimo Servitore di voſtra S. Illuſtr., e mio parente Franceſcho Cieco nel ſuo Mambriano riprendere, ſe in alcuno errore ò per ſmenticazione, ò per inadvertentia accaduto lo trovarà conſperſo perochè de giorno in giorno, e per longa exercitatione, e ſtudio, e per conſuetudine de dotti huomini molte coſe ghe haverebbe acconcie, e à meglior termine ridotte ſe l' importuna morte non l' haveſſe così pre-

presto de mezo tolto, & io che de molti suoi segreti ero partecipe, posso con verità affirmar che avea disposto, e già era in procinto de mutare tutto il principio, maxime dicare il libro suo à vostra S. Illustr., e poi che l' havesse exattamente corretto, sotto il nome di quella publicarlo, mà perchè à questo, & à molti altri suoi disegni morte s' interpose, onde non lo fece, essendogli io rimaso herede, & delle ultime sue volontade in quel ch' io posso executore, s' io avesse saputo, ò mi fosse stato licito ponere nell' Opera sua mano haveria molte cose secondo che il suo disegno era reformate, & frà l'altre quella che più de tutte gli premeva, haverei à vostra S. Illustr. tutto il principio converso, mà non essendo à tanta impresa idoneo mi contentarò che quella sappia l' intentione del prefatto servitore, e non si potendo l'effetto, ne accetti la bona volontade almeno, e non si sdegni anchora, che sotto il suo auspitio Mambriano del servitore suo vegna impresso, e per sua solita benignitade non neghi alla memoria d' esso Francescho quel favore de che vivendo lui quella tante volte gli fù liberalissima, la quale felicissima viva, e del suo Ceco quantunque morto recordevole.

Illustr. D. V. Servus Elifeus Cognitus Ferrariensis.

ANTONIUS CORNAZZANO Ferrariensis, Philosophus, Orator, ac Poeta insignis, è Placentiâ originem ducens. Floruit in fine Sæculi XV. Multa, latinè, ac italicè conscripta edidit; sunt autèm: *Vita, & obitus Deiparæ Virginis: Elogia, & Poemata varia: Vita Bartholomei Coleonei: Orationes variæ: Dell'Arte Militare, in Terza Rima*, & *Poesie Liriche Italiane*. Guarini, *Chiese di Ferrara, libr. 2.*, Superbi, *Apparato degli Homini Illustr. fol.* 95.; Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol.* 42. & alii.

JULIUS CÆSAR CABEO Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor, Italicusque Poeta elegans, qui floruit in principio XVI. Sæculi: Edidit: *Le Rime, divise in quattro Tomi*, & alia. Hunc eundem credimus, quem Jo: Baptistæ nomine appellat Crescimbeni; *Volum. 5. libr. 2. fol.* 294. *della Volgar Poesia*.

JOANNES CONTRARI Ferrariensis, Annalium Ferrariensium Scriptor.

VIN-

VINCENTIUS CALZA Ferrariensis, Annalium Ferrariensium Scriptor.

UGO CALEFFINI Ferrariensis: Notarius hic fuit, qui *Annales Ferrarienses* scripsit, & *Diaria* rerum, quæ suâ ætate contigerunt. Hic, aliique præcedentes duo, in fine Sæculi XV., ac in exordio XVI. respectivè floruerunt, ac eorundem *MSS. Annales* Mutinæ, in Bibliothecâ Estensi dicuntur asservari. De Ugone verò nostro videas Libanori *part. 3. fol. 247.*

JO: BAPTISTA CODEGORI Ferrariensis, celebris Jurisconsultus, cujus, intèr alia, est *Consilium* 775., *impressum in Volum.* 4. *Consilior. Jo: Mariæ, & Jacopini Riminaldo*.

JULIUS CANANO Ferrariensis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, doctrinâ, ac morum pietate insignis: Hic juvenis admodùm Julii III. P. M. à Secretis fuit, deindè Adriæ, ac Mutinæ Episcopatus tenuit, Sacro Tridentino Concilio interfuit, ac tandèm prò Sixto V. P. M. Legatus Emiliæ præfuit. Obiit V. Kal. Decembris 1592. Videas ejus Epitaphium apùd Marcum Anton. Guarini, *Chiese di Ferrara, libr. 3.*

DARIUS CRESPOLI ATTENDOLI de Cotignolâ, Ferrariensis Ducatus Italicis Musis operam dedit, vixitque Sæculo XV. Ejusdem poetandi specimen habemus *in Collectaneâ Molza, pòst Nimpham Tiberinam*.

JO: BAPTISTA CORTESE de Bagnacavallo, Ferrariensis Ducatus, Poeta, qui anno 1555. edidit *Il Selvaggio, Poema in Ottava Rima*.

CHRISTOPHORUS COSTANTINI Ferrariensis, Legum Doctor celebris, Riminaldo, ac Cato discipulus, qui floruit circà Sæculi XVI. dimidium: Latinas quoquè Musas coluit, ejusque Carmina leguntur *in Collectaneis, in Cato ejusdem morte impressis, pòst Vitam à Bonaventurâ Angeli scriptam*.

BARTHOLOMEUS CAVALLIERI Ferrariensis, multæ Vir sinceritatis, qui edidit *La Vita di Hercole I. Duca di Ferrara: I Suc-*

I Successi della Guerra contro Tomaso Imolese famoso Capitano, e della Difesa di Rocca Possente. Libanori, *part. 3. fol.* 52.

ALBERTUS CESTARELLI Ferrarienfis, Latinus Poeta Sæculi XVI., à Lilio Gregorio Giraldi nostro laudatus *in 2. Dialogo Poetar. suorum temporum*. Memoratur etiàm *in Carmine direptionis Urbis* Auctoris ejusdem.

PETRUS CONSANDOLI Ferrarienfis, insignis Medicus, memoratus à Marco Antonio Guarini, *Compend. Historic. delle Chiese di Ferrara, libr. 3. fol.* 127.

HIERONYMUS CAVALLI Ferrarienfis, Ordin. Minorum, Philosophus, Theologus, ac Orator: Edidit: *De naturâ Animæ*: *De Cœlesti Vitâ*: *De Inferno*: *Sermoni per tutto l' anno*, & alia. Libanori, *part. 3. fol.* 166.

ALOYSIUS CAVALLI VERONA Ferrarienfis, præclarus Jurisconsultus, ac in latinâ Poesi exercitatus: Ejusdem Epigramma habemus *in fronte Voluminis Consiliorum Prosperi Pasetti* nostri, & aliud *antè Consilia Joannis Baptistæ Laderchii Imolensis*: Extat etiàm Cavalli *Latina Oratio*, Collegii Juristarum, cujus Prior erat nomine, ad Clementem VIII., cùm Ferrariæ esset anno 1598. habita, & per Victorium Baldini impressa, in quâ asserit, duos Pontificis ejusdem fratres in Ferrariensi Universitate doctissimos evasisse, ibidèmque obtinuisse Doctoratus insignia: Hæc *Oratio* est apùd Cl. D. Hieronymum Baruffaldi.

ANTONIUS CARIOLA Ferrarienfis, Vir admodùm eruditus, qui hæc edidit: *Lettera in lode del P. Don Lodovico Antinori Teatino*, & : *Li Elogi alli Eroi, e Principi Estensi*. Libanori, *part. 3. fol.* 252.

STEPHANUS CATTANI Ferrarienfis: Hunc Latinum Poetam fuisse habemus ex carminibus infrascriptis, quæ impressa leguntur *in Libro VI. carminum Hieronymi Phaleti*: De eo nihil aliud vidimus.

Ste-

Stephanus Cattaneus, de Libello Phaleti ad Lectorem.

Non plures Indo conduntur in æquore gemmæ ,
Hoc quàm Phaleti nobile condit opus .
Nulla tibi hic deerunt , quamtumvis rara legenti ,
Triſtia ſeù cupias , ſivè ſevera magis .
Munera ſunt fulvis Hermi potiora metallis ,
Quæ tibi tàm culto carmine Muſa tulit .
Hæc non ignis edax , non durum evertere ferrum ,
Nulla vel ira poteſt , nulla abolere dies ;
Hunc igitùr tibi ſumme libens , hunc volve Libellum ,
Hic lateri aſſiduus ſit comes uſquè tuo .

PETRUS MARIA CECCHINI Ferrarienſis , magnæ eruditionis Comicus , qui Librum edidit , cui titulus : *Frutto delle Moderne Comedie* , Libanori , *Ferrara d'Oro* , *part. 3. fol.227.*

JACOBUS CAVICCIO Ferrarienſis , multæ eruditionis vir , qui Europâ peragratâ , Itinerarium ſuum ſcripſit , ediditque , *Il Pellegrino* nuncupatum . Guarini , *Chieſe* , *libr.* 2. Jacobum Parmâ oriundum , profeſſione Juriſconſultum , latinèque ſcripſiſſe *Vitam Petri Mariæ Roſſi* , & *Bellum Rovereti* , tradit Bonaventura Angeli noſter , *Hiſtoria di Parma* , *libr. 1. fol. m. 18.* , *& libr. 4. fol.423.*

HERCULES CATO Ferrarienſis è Gallico in Italicum ſermonem vertit *Agriculturam Caroli Stephani Philoſophi , ac Medici, Galli* , & vertit etiàm *Juſti Lipſii Politicam , additis de proprio notis marginalibus* . Libanori, *part. 3. fol. 88.* Floruit Hercules circà finem Sæculi XVI.

HERCULES CAVALLETTI Ferrarienſis , Theologus , Philoſophus , Mathematicus , ac Italicus Poeta : Hujus haberi Carmina in Libro , cui titulus : *Gareggiamento Poetico*, ſcribit Auguſtinus Superbi , *Apparato degli Uomini Illuſtri di Ferrara* , *fol.109.*

BARBARA CAVALLETTI Ferrarienſis , Poetria elegans , quæ Equitis Pauli Lotti Ravennatis uxor fuit , floruitque in fine Sæculi XVI. Ejuſdem Italicæ Poeſes leguntur quibuſdam in

in Collectaneis, typis editis. Andreas Borsetti, *Supplemento al Compendio Historico delle Chiese di Ferrara, di Marco Ant. Guarini*, *fol.* 132.

SIGISMUNDUS CEFFALI de Bondeno, Ferrariensis Diœcesis: In exordio Sæculi XVII. *Italica carmina* conscripsit, ut habetur *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni*, *fol.* 252., & 591.

ANTONIUS COSTANTINI Ferrariensis, Italicus Poeta elegans, qui floruit initio Sæculi XVII., ac celeberrimum Torquatum Tasso habuit amicissimum: Quiddam ejusdem *Italici Rithmi*, inter impressas Torquati Epistolas leguntur, nec non *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni*, *fol.* 269.

JO: BAPTISTA CARAVIERI Ferrariensis, Legum Doctor, Ingeniosorumque Academicus, qui Sæculi XVII. initio claruit: Ejusdem *Italicæ Poesis* specimen cernere est, *inter Rhitmos Marci Petrocini*.

BORSIUS CALCAGNINI Ferrariensis, Marchio: Edidit: *La Vita di Nostro Signore Gesù Christo*, & *I Racconti Eroici*. Libanor. *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 63.

JO: MARIA CRISPI Ferrariensis, Comes, Amœniorum Litterarum, Poesis præsertim studiis, à Libanori, *part.* 3. *fol.* 154. comendatus: Edidit autem *Due Ode*, *l'una in Morte di Francesco*, *l'altra di Alfonso Estensi*, *Duchi di Modona*, & *altre Poesie*.

JO: ANDREAS CIRIANI Ferrariensis, Augustinianus excalceatus, Philosophus, Theologus, ac Orator: Edidit: *L'Arsenale di tutta la Quaresima*: *La Vita della B. Christina Visconti Agostiniana*: *L'Ajo dei Curati*: *Le Prediche dell'Avvento*, *e Feste occorrenti*. Libanori, *part.* 3. *fol.* 133.

JACOBUS CORRADI Ferrariensis, S. R. E. Cardinalis, Jurisconsultus celeberrimus, in Patriâ Advocatus, deindè Romanæ Rotæ Auditor, demùm ab Innocentio X. Sacrâ Purpurâ donatus:

tus: Edidit *Volumen Decisionum Rotæ Romanæ*, coràm se emissarum: Obiit anno 1666. 17. Januarii. Georgius Vivianus Marchesi *de Viris Illustr. Galliæ Togatæ*, *lib. 1. cap.* 4., & Libanori, *part.* 3. *fol.* 112.

NICOLAUS CABEO Ferrariensis, Societatis Jesu, Theologus, Philosophus, Mathematicus, Astrologus, ac Orator sapientissimus, & ubiquè celeberrimus: Opera ab ipso edita sunt: *Philosophia Magnetica: Methedrologicorum Aristotelis Tomi* 1. *Nova Pixis, quâ propria Poli elevatio ubiquè demonstratur*: Alia etiàm reliquit, quæ in lucem nunquàm prodierunt. Joannes Baptista Riccioli noster, *in suâ Chronologiâ*, Libanori, *part.* 3. *fol.* 213., & Gimma, *Italia Letterata*, *Tom.* 2. Moralem Philosophiam, Theologiam, ac Mathesim, Parmæ publicè docuit Nicolaus; Januam demùm missus, ut ibidèm Mathesim legeret, eâ in Urbe obiit die 30. Junii 1650.

CAJETANUS CAVALLIERI Cymaclensis, Clericus Regul. Theatinus, Theologus, Philosophus, ac Rhetor celebris, qui Leopoli Alumnos Collegii Theatinorum, in facultatibus prædictis instituit: Integerrimis fuit moribus, animarumque zelo æstuans Armeniorum, Roxolanorum, & Ruthenorum Apostolicam Missionem obivit: Decedens, Sæculi nostri initio, in Theatinorum Ferrariæ Ecclesiâ sepultus est, apùdque Theatinos prædictos inedita hæc reliquit, scilicèt: *Dizionario Trilingue di Frasi Latine, Toscane, e Francesi*: *Dizionario Italo-Francese*: *Commenti in Lingua Tersa Toscana, sopra le Sette Armi di S. Cattarina dà Bologna*, & *Synopsim Nominum, & Verborum*.

DANIEL CAMPANINI Ferrariensis, Cartusiæ Monachus, multæ Vir doctrinæ, ac morum integritatis, qui Ferrariensi Cartusiæ diù præfuit, nec non Provinciæ Thusciæ Visitator fuit: Obiit in Patriâ, ætate nostrâ, variosque *Tractatus ineditos* reliquit, qui à Cartusianis nostris servantur.

THADDEUS CORTESANI Ferrariensis, Monachus Olivetanus, Grammaticus egregius, qui vixit ætate nostrâ, ediditque *Un Dizionario copioso di Vocaboli Toscani, Latini, e Grecolatini, accentuati giusta le regole della Prosodia, con diverse Frasi latine, e* docu-

documenti di Ortografia, *diviso in due Parti*, opus utilimum, & meritò laudatum.

FLORIUS CAVALLIERI CREMONA Centensis, Ferrar. Ducatus, Italicarum Musarum studiosus, cujus Carmina *in variis Collectaneis* videre est, signantèr verò, *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni*, *fol.* 460.

JOSEPH HANNIBAL CHIESA Centensis: Hujus paritèr habemus Carmina Italica *in Collectaneis*, & in Ferrariensi suprâ citatâ, *fol.* 502.

MARIUS CALCAGNINI Ferrariensis, Marchio, Eques eruditissimus, Italicusque, intèr cætera, Poeta elegans, qui vixit ætate nostrâ: Multa ad Equestrem scientiam pertinentia scripsit, nec non Carmina, quorum aliqua habentur in celebrioribus *Italiæ Collectaneis*.

CAROLUS CALCAGNINI, Juris Utriusque Doctor insignis, nùnc prò Ferrariensibus Sacræ Romanæ Rotæ Decanus Auditor meritissimus: Edidit *Quæstionum Legalium Tomum* 1. *in folio*, multaque alia editionem expectant.

JOSEPH CHITO' Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor, Philosophus, Orator, Poeta, & profectò insignis, multiplicisque eruditionis vir, qui floruit ætate nostrâ: Doctrinæ morum integritatem exequavit, quapropt̀er omnibus carissimus fuit: Multa scripsit, videlicèt: *Panegirici: Discorsi Academici*: *Poesie Toscane*; harum autèm multas, & quidèm pulcherrimas cernere est, *in celebrioribus Italiæ Collectaneis*, aliaque id genus plura elucubravit, quæ sunt apùd illius hæredes.

CAROLUS CREPALDI Ferrariensis, Sacerdos, celebres intèr Theologos, Philosophos, ac Oratores jure merito recensendus: Eum sæpè in palestris disputantem, sæpè è suggestu dicentem nostra audivit Civitas, plausibus sempèr excepit: Juvenis in Patriâ obiit, in labentis Sæculi exordio.

JO:

JO: BAPTISTA DOMENICHI Ferrarienſis, Canonicus Regul. S. Salvatoris, Theologus, Philoſophus, ac Orator, qui hæc edidit, ſcilicèt: *Sermoni, ſopra le parole proferite da Chriſto Signor noſtro in Croce: Deſcrizione delle Eſequie fatte à Siſto IV. Sommo Pontefice: Orazione, recitata in dette Eſequie: Predica nella Paſſione di Chriſto:* De eo videas Poſſevin. *Apparat. Sacr. Tom.* 2., Libanori, *part.* 3. *fol.* 144., & Superbi, *Apparat. part.* 1. *fol.* 50.

AUGUSTINUS DONATI Ferrarienſis vixit ætate noſtrâ, varioſque *Rithmos Italicos* confecit, quorum aliqui leguntur *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferrareſi Antichi, e Moderni*, impreſſ. Ferrariæ anno 1713., per Hæredes Bernardini Pomatelli.

LEONELLUS ESTENSIS, Marchio, Ferrariæ Dominus, Princeps doctiſſimus, in Rhetoricâ, Poeſi, Græcâ linguâ, ac in altioribus diſciplinis à Guarino Veronenſe, Angeloque Decembrio optimè inſtitutus. *Orationes elegantiſſimas* elucubravit, quas intèr, *Latinam unam*, Sigiſmundo, Occidentis, *Græcam alteram*, Joanni Paleologo, Orientis, Imperatoribus, dùm Ferrariæ degerent, recitavit: Hetruſcis etiàm Carminibus ſuaviſſimè luſit, quorum ſpecimen in primâ hujus Hiſtoriæ parte exhibuimus. De Leonello ſummâ cùm laude ſcripſere Cinthius Jo: Bapt. Giraldi, *in Commentariis*, Jo: Bapt. Pigna, *Hiſtoria dei Principi Eſtenſi, libr.* 7., Sardi, *Hiſtor. di Ferrara libr.* 8., & alii multi.

HIPPOLITUS I. ESTENSIS Ferrarienſis, S. R. E. Cardinalis, Alphunſi I. Ferrariæ Ducis Frater, Litteratiſſimus, ac Litteratorum Mecœnas maximus; Theologos enìm, Juriſtas, Philoſophos, Mathematicos, Medicos, Oratores, ac Poetas intèr Familiares habebat, eorum moltos domi alebat, pactiſque ſtipendiis, muneribus etiàm additis, detinebat, ità ut Principis munificentiſſimi Aula Scientiarum omnium, Bonarumque Artium Seminarium videretur. Ferrariæ obiit anno 1520., ab univerſo Litteratorum cœtu illacrimatus. In hujus Principis laudibus ſunt Ferdinandus Ughelli, *Italia Sacr.*, *part.* 2. *fol. m.* 1329., Vivianus Marcheſi, *de Viris Illuſtr. Galliæ Togatæ*, *libr.* 1. *cap.* 4., Ant. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 1. *fol.* 3., Paulus Giovio, Gaſpar Sardi, Ciacconio, Vittorelli, & alii multi.

HER-

HERCULES II. ESTENSIS, Marchio, Ferrariæ Dux, inter Principes eruditissimus, qui ab ipsâ ferè infantiâ Carmina scribere exorsus est; quapropter à Lilio Gregorio Giraldi laudatur, *in Dialogis Poetarum suorum temporum*, ubi ipsum Scenam Italis restituisse scribit. De eo etiàm Crescimbeni, *Comment. all' Historia della Volgar Poesia*, *Volum. 3. libr. 1. n. 20.*

HIPPOLITUS II. ESTENSIS Ferrariensis, S. R. E. Cardinalis, Alphunsi I. Ferrariæ Ducis filius, Mediolani Archiepiscopus, Novariæ, ac Ferrariæ Episcopus, magnus, nec satis umquam laudatus Litteratorum Virorum Mecœnas; qui Aldum Manuzio, Cœlium Calcagnini, Lilium Gregorium Giraldi; Marcum Antonium Muretti, ac alios centum homines doctissimos in intimis habuit: Is, Ferrariensi Episcopatu Aloysio Estensi nepoti ressignato, Romam se contulit, Tiburique Villâ, regiis sumptibus ædificatâ, obiit anno 1572.; ejusque corpus Tiburi, depositi loco sepultum est: De Aulâ tanti Principis Marcus Antonius Muretti, suprà laudatus, *in Epist. 13. libr. 1. ad Paulum Sacrato*, hæc habet

Referta erat. Domus Hominibus eruditis, ex quorum convictu, & sermone aliquod perpetuò disceret; Itaque domus ipsius Academia quædam videre poterat.

Laudatur etiàm à Comneno Papadopoli, *Histor. Gymnasii Patavini libr. 2. cap 56.*, à Viviano Marchesi, *Monument. Viror. Illustr. Galliæ Togatæ libr. 1. cap. 4.*, à Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part. 1. fol. 5.*, ab Ughelli, Ciacconio, Vittorelli, aliisque.

ALOYSIUS ESTENSIS Ferrariensis, S. R. E. Cardinalis, Herculis II. Ferrariæ Ducis filius, Avorum suorum beneficentiam in Viros Litteratos imitatus, ipse etiàm Mecœnas ergà eos beneficentissimus: Ferrariense, ac Auxitanâ fuit Infulis decor tus: Romæ diù comoratus est, ibidèm Galliarum Regni Prot ctor constitutus, Romæque decessit die 13. Decembris 1586. Ejusdem corpus Tiburi, jecur Romæ, cor in Auxitanâ Galliarum Ecclesiâ tumulata sunt. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part. 1. fol. 7*, Vivianus Marchesi, *in Monument. Virorum Illustr. Galliæ Togatæ*, *libr. 1. cap. 4.*, ac alii.

ALE-

ALEXANDER ESTENSIS S. R. E. Cardinalis, Ferrarienſis, Doni Alphunſi Marchionis Eſtenſis filius, Alphunſi II. Ferrariæ Ducis nepos, Princeps in Philoſophicis, Theologicis, amœnioribuſque facultatibus eruditiſſimus, quique Litteratos homines fovendo, ac juvando, Majorum ſuorum gloriam eſt emulatus: In latinâ linguâ, quâ multum polluiſſe dicitur, Antonium Querengo inſtitutorem habuit; ſed & Germanicam, Gallicam, Hiſpanicamque optimè calluit, quapropter ſummum decus Purpuratorum Patrum nuncupari jure poterat: Regii Lepidi Eccleſiam Paſtor egregius gubernavit; tandèm Romæ deceſſit die 22.Maii 1624., ejuſque corpus Tiburi ſepultum eſt. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.*1. *fol.* 10., Vivianus Marcheſi, *Monument. Virorum Illuſtr. Galliæ Togatæ*, *libr.*1. *cap.*4., Ughelli, *Italia Sacr. part.* 2. *fol. m.*1908. ac alii.

JACOBUS EMILIANI Ferrarienſis: Hunc paulò antè referre debebamus juxtà Chronologiæ ordinem, floruit enìm circà dimidium Sæculi XVI., ſed ad hunc locum tranſtulimus, ne Eſtenſes Principes diſiungeremus: Fuit autèm Jacobus Legum inſignis Doctor, ediditque *Volumen Conſiliorum*. Wolfgangus Freymonio, *in Elencho Scriptor. Juris Civilis*, *& Canonici*, *pag. m.* 9 1.

FRANCISCUS ERCOLANI Ferrarienſis, Societatis Jeſu, Theologus, Philoſophus, Humanarumque Litterarum profeſſor inſignis, qui in fine proximè lapſi Sæculi floruit: Conſcripſit *Orationes: Latina carmina*, & alia.

GASPAR FORMENTI Ferrarienſis, Juriſconſultus magni nominis, qui floruit circà dimidium XV. Sæculi: Edidit: *Quattuor Conſiliorum Volumina ampliſſima*, eaque Herculi I. Eſtenſi, Ferrariæ Duci dicavit. Philippus Rhodi, *Annal.*

FRANCISCUS de Ferrariâ, Ordinis Prædicatorum, Philoſophus, ac Theologus inſignis, quem, Noviocomenſem Epiſcopum fuiſſe ſcribit Lopez, 3 *p. lib.* 2. *cap.* 1. Cymaclenſi verò Inſulâ, anno 1507. decoratum fuiſſe traditur, *in Chronic.* relato à Piò 2.*p l.*3. Cavallieri, *Galleria de Pontefici*, *Patriarchi*, *Arciveſcovi*, *e Veſcovi dell' Ordine dei Predicatori*.

BARTHOLOMEUS FERRI Lugienſis, Ord. Prædicatorum, Philoſophus, Theologuſque eximius, nec non Hæbraicæ, & Græcæ Linguarum expertiſſimus. Eum, meritis ſuffragantibus, Letteranenſi, deindè Interamnenſi Thiarâ decoravit S. Pius V. P. M.: Cùm Hyppolito Cardinali Eſtenſe S. R. E. Legato in Gallias conceſſit, Pariſiiſque dùm eſſet, coràm Rege, Legato prædicto, frequentique admodùm Litteratorum cœtu, cùm Calvino Hæreſiarchâ peſſimo diſputavit, ejuſque fregit audaciam: Tandèm, anno 1581. Interamnâ deceſſit. Cavallieri, *Chronologia 2. cent. 4. pag.* 471.

FINUS FINI de Adriano, Ferrarienſis, Theologus, Philoſophus, Orator, Linguarumque Latinæ, Græcæ, & Hæbraicæ peritiſſimus, qui claruit in fine Sæculi XV. Illum, Adrianum Fini, vel Finum Adrianum Fini appellant nonnulli, ſed Finum Fini de Adriano, ut nos, nominat Daniel Fini ejuſdem filius, de quò infrà, in ſuis Inſtrumentorum (Notarius enim erat) Authenticis, ubì ſe Fini Fini de Adriano filium præcisè aſſerit; & profectò ejuſdem Familia ab Adriano, Status Ferrarienſis Oppido originem ducit, cujus in Archipresbiterali Eccleſiâ, poſt Aram majorem antiquum Generis Fini ſepulchrum uſquè in hodiernam diem exiſtit: Danielis prædicti ſubſcriptionem exhibuimus, in primâ hujus Hiſtoriæ parte, ſub Inſtrumento electionis Cælii Calcagnini, *in* Rerum Ferrarienſium Hiſtoricum. Scripſit Finus Fini doctiſſimè, accuratiſſimèque Librum, cui titulus: *Flagellum Judæorum, in Libros novem diſtinctum*, quem Daniel filius, Herculi *II.* Ferrariæ Duci inſcriptum, Venetiis vulgavit anno 1538., menſe *Januarii*, typis Petri de Nicolinis de Sabio; magni autèm hujus Operis pulcherrimus Originalis Codex ſervatur Ferrariæ, in Bibliothecâ Fratrum D. Andreæ, apùd quos eum vidimus: In fronte verò, tàm Venetæ editionis, quàm Codicis prædictorum, ampliſſima leguntur teſtimonia, de Operis ſummâ doctrinâ, & utilitate, ac de Fini Auctoris meritis, Cælii Calcagnini, Marci Antonii Antimacho, Alberti Savonarola, Jacobi Emiliani, Gaſparis Sardi, Gellini Gillini, Franciſci Bovio, & Fratrum Dominici Caſtaneduli, & Laurentii Bergomenſis, ex Sacro Prædicatorum Ordine: Hujus autèm poſtremi teſtimonium, elogiumque adeò magnificum eſt, ut ad eternum Fini noſtri decus, hìc integrum exhibere decreverimus: Eſt autèm hujuſmodi.

Fra-

Frater Laurentius Bergomensis Prædicator Apostolicus, Ordinis Sacri Prædicatorum, in Laudem Operis.

Vates ille eximius Esaias, Divino afflatus Numine, vocem, fatur, de supernis sibi factam, sibique dicentem : Summe tibi Librum grandem, & scribe in eo stylo hominis : Videre visus sum, eandem vocem Spiritus Sancti diebus nostris factam fuisse celeberrimo Divinarum Scripturarum expositori Fino Hadriano Ferrariensi, viro undequaque docto, videlicèt : Summe tibi Librum grandem, & scribe in eo stylo hominis. Liber quippè, quem Finus edidit, est adeò magnus, adeò copiosus, ut quidquid scitu dignum, necesseque ad salutem sit, in se contineat. Profunda enim Dei rimatur, arcana Scripturarum aperit, Cabalistarum subtilissimas inventiones apprimè reserat. Scripsit autèm Divina, non stylo fucato, aùt triviali, sed stylo hominis : videlicèt facili, nectareo, lacteoque, & omnibus viris doctis admodùm accepto, ità ut suavitas eloquentiæ, curiositas inventorum, secretorum affluentia, facilitas doctrinæ Librum grandem adeò, legentibus brevem faciat, ut lectorem alliciat, detineatque tali, ac tanto desiderio, ut dubitet, nè priùs ad finem deveniat, quàm ad satietatem. Hunc ego Librum legens, ac perlegens, versari visus sum in quoddam terrestri Paradiso, undecùmque florido, undecùmque fructibus jàm maturis pleno; ex eodem enìm stipite (quod valdè decorum est) fructus, floresque simùl pendere cernebam. Habet enìm Liber iste ubique undè delectet, ædificet, instruat, alliciat, foveat, & accendat in Divinorum desiderium mentem fidelem, itaut se Liber iste rem miraculosam omnibus luce clarius esse ostendat. Nil in eo anceps, nil falsum, nil absurdum conspexi, omnia tuta vidi. Beatam igitùr judicavi supèr hoc Fini Hadriani Prosapiam, felicem Patriam Ferrariensem, quæ talem, ac tantùm Virum edidit, at longè fæliciora Sæcula nostra, quibus datum est, in uno monili omnes gemmas intueri, in uno Volumine omnes Scripturarum Thesauros prioribus Sæculis abditos invenire reconditos. Ibit igitùr Liber iste ad manus Regum, Procerum, Theologorum, Nobilium, & Sapientum, & omnibus charus, ac desideratus erit. Dominus adaperiat legentium corda, ut salutiferum fructum, quem Auctor intendebat, reportent, ad Animarum suarum salutem, & Proximorum ædificationem. Amen.

Hactenùs Laurentius Bergomensis, *de Flagelli Judæorum Libro*: In eo autèm Fini Auctor, validissimis argumentis, è Sacrarum

Scripturarum fonte desumptis Judæos stringit, sternit, jugulat; quòd in causâ fuit, ut Gens perfida, lucem perosa, Codices quotquot ad manus pervenére malignè perdiderit, itaùt nùnc rarissimos videre sit; miramur autèm, Typographos nostrorum Temporum, qui in recudendis antiquorum Operibus toti sunt, hoc doctum adeò, Catholicæque Religioni utilimum usquè adhùc negligere. De Fini nostro, multâ cùm laude scribunt Cardinalis Bellarmino, *de Scriptor. Ecclesiasticis*, Jo: Baptista Riccioli, *Chronologia*, *Tom.* 4., Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 1., & alii plures, qui tamèn ferè omnes Nomen, Cognomen, & locum originis Familiæ Fini respectivè confundunt.

DANIEL FINI Ferrariensis, Fini prædicti filius, magnique ejusdem Operis, ut suprà diximus vulgator, qui floruit circâ annum 1520. Fuit autèm Philosophus, Orator, ac latinus Poeta elegantissimus, multaque prò Estensibus Principibus, ac Civitate Ferrariæ munera egregiè sustinuit, præcipuè verò Rationum Publicarum Magister, ac almi Ferrariensi Gymnasii Cancellarius fuit: Agris metiendis, caracteribus graphicè efformandis, pingendoque etiàm operam dedit; Sed de his fusiùs in Primâ Historiæ Parte disseruimus, ubì etiàm quæddam ipsius carmina, alienaque ejus in laudem conscripta, exhibuimus. Amplissimum, pulcherrimumque *Volumen MS. in folio ejusdem Latinorum Carminum*, ac *aliorum doctissimorum Virorum*, qui ad eum carmina dederunt, reliquit Daniel: Hoc servàtur hodiè apùd hæredes celeberrimi q. Jurisconsulti Cæsaris Parisi Favalli, ad quem, jure Legati insignis olìm Philosophi, Medici, Oratoris, ac Poetæ Joseph Vaccari Gioja, pervenerat: Utinàm verò, ad Fini nostri decus, Litteratorumque utilitatem, (quod futurum speramus) typis vulgetur! tanti enìm Viri fama, quæ vix paucissimis constat, orbem universum peragrabit.

ALPHUNSUS FACCINI Ferrariensis: Italicus Poeta hìc fuit, & quidèm elegans, ut *ex MS. Libello ejusdem Rhitmorum* patet, in Bibliothecâ Theatinorum Urbis nostræ servato: Continet autèm: *Capitoli*, *Canzoni*, e *Sonetti*. In exordio XVI. Sæculi floruisse credimus, argumentum ab Auctoris stylo, & à Codicis caractere desumentes: Sequens in fronte Operis legitur Anonymi cujusdam Epitaphium, in Faccini funere:

Si

Si probitas Vatis Cumeæ sæcla meretur,
Atque fides Lilii tempora longa Senis,
Debuerat cunctos annis superare, Facine,
In quo tanta fuit cùm probitate fides;
Ingenui & mores, itidèm mens conscia recti;
Virtuti, invidit mors at iniqua tuæ;
Non tamèn efficiet, quin nomen ubiquè virescat
Alphunsi, Alphunsi fama superstes erit.

Ferrariensem verò fuisse deprehendimus ab ejusdem *Capitolo* 2. *fol.* 41. quod incipit.

Persa hai Ferrara più gentil Madonna,
Che fusse mai sotto le Stelle nata,
D' Illustrissima Casa alta Colonna &c.

ibi enim paulò post Ferrariam, suam appellat.

Qual è colui di sì perversa sorte,
Che teco non piangesse, ò mia Ferrara,
Vedendo il tuo dolor sì duro, e forte.

Sed antequàm ad alia progrediamur, placet hìc *Sonetto* Faccini nostri, registratum *ad paginas* 51. *Codicis suprà laudati* exhibere, ut Auctoris gustus innotescat.

Sonetto XXIX.

Or quinci, or quindi vò spargendo e passi,
Pensando solo di quel vago aspetto,
Che mi cangia in dolore ogni diletto,
E che tiene i miei spirti afflitti, e lassi;
E quando me recordo, che son cassi
De piacer gli occhi, e carchi de dispetto,
Me trovo à tanta pena esser suggetto,
Che faria, per pietà, spezzare i sassi:
E quando me recordo del piacere,
Receputo dà lei, seco parlando,
Maggior pena me cresce in mezzo al core;

Così, mentre ognun ride, io sto in spiacere,
Sempre de voi, diletta mia, pensando,
E il foco, che me abbruggia mai non more.

GISMUNDUS FANTI Ferrarienſis, Mathematicus, Aſtrologus, Poeta, ac Caracterum formator egregius, qui in exordio Sæculi XVI. floruit: Edidit: *Del modo di ſcrivere, e formare diverſi Antichi, e Moderni Caratteri*, & *Volumen magnum Aſtrologicum*, Clementi VII. Papæ dicatum, quod poſteà *Commentariis ſuis illuſtravit Vanullo Romanus*. *Tavola in fine delle Rime ſcelte dei Poeti Ferrareſi Antichi, e Moderni, fol* 176., Guarini, *Chieſe di Ferrara, lib* 4., & Libanori, *Ferrara d'Oro, part.3. fol.* 172.

BARTHOLOMEUS FERRINI Ferrarienſis, Orator, ac Poeta celebris, magnæque expectationis vir, quem mors circà Sæculi XVI. dimidium ſuſtulit: Edidit autèm *Alcune Orazioni*: Scripſit etiàm *Carmina Italica*, quæ adhùc inedita ſervantur: Ferrini in gratiam Cælius noſter Calcagnini *Rhetoricæ ſuæ Compendium* incepit, quod habemus intèr ejuſdem Opera. De Ferrini, multâ cùm laude ſcripſerunt Lilius Gregorius Giraldi, *in* 2. *Dialog. Poetar. ſuorum temporum*, ubi etiàm pulcherrimum Epitaphium, à ſe, in ejus morte elaboratum edit, itèm Marcus Antonius Majoraggio, *in Orat. de mutatione Nominis*, Bartholomeus Ricci, *in Epiſtolis*, Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol.* 53., & alii.

ANTONIUS FABRO Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor, Philoſophus, multæque eruditionis Vir, qui vixit Sæculo XVI. Edidit *Obſervationes in Præfationem Plinii*: *Hiſtoriam etiam* conſcripſit, ac alia, quæ nunquàm ſunt prælo mandata. Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol.* 41.

JO: MARIA FIORNOVELLI Ferrarienſis: Hunc, occaſione Cometæ anni 1577, eruditum *Opuſculum de Cometis* ſcripſiſſe, tradit Jo: Baptiſta Riccioli, *Almageſt. Tom.* 1. *part.* 1., *in Indice Aſtronomorum &c.*

MARCUS ANT. FLORIO Ferrarienſis, celebris Medicinæ Doctor, qui claruit circà dimidium XVI. Sæculi, Tractatumque edidit *Della Peſte*. Libanori, *part.* 3. *fol.* 206.

GIS-

GISMUNDUS FLORIO Ferrarienſis, Marci Antonii filius, qui Poeſi Italicæ vacavit, ediditque *Paſtoralem fabulam*, quam nuncupavit *Epiro conſolata*, & *Hiſtoriâ Morale*; hanc autèm anno 1599. Tarviſii typis dedit.

LUDOVICUS FERRACANI Ferrarienſis, Ciſtercienſis Monachus, Grammaticus, ac Rhetor, qui vixit circà initium proximè elapſi Sæculi: Edidit autèm *Latinas Orationes*, laudaturque ab Antonio Libanori: *Degli Uomini Illuſtri della Badia di San Bartolameo*, *fol.* 63.

BARTHOLOMEUS FRIGERI Ferrarienſis, Sacerdos, S. Petri Romæ Beneficiatus, haùd contemnendæ eruditionis vir, qui anno 1629. in eadem almâ Urbe edidit Librum nuncupatum *L'Economo prudente*, Cardinali Ludoviſio dicatum.

JOANNES FORLANI Centenſis, Ferrarienſis Ducatus, Philoſophus, Medicus, ac Italicæ Poeſis ſtudioſus, qui anteacto Sæculo vixit. *Carminum ejuſdem* ſpecimen habemus, *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferrareſi*, *fol.* 309.

AUGUSTINUS FAUSTINI Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor, amœniorumque Litterarum ſtudioſus, qui uſquè ad dimidium proximè fluxi Sæculi vitam produxit: Quæ vulgavit ſunt: *Addizioni alla Prattica Civile del Panciroli*: *Continuazione della Storia di Ferrara di Gaſparo Sardi*, *Libri ſei*: *Vita di S Teodora*, *in verſi*, & *Alii*. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 5. In primâ hujus Hiſtoriæ parte, libr. 3. pag. 273. diximus, Fauſtini noſtro inſtante, in Libro, cui titulus: *Memorie degli Atti dei Giudici de Savj di Ferrara*, *e delle ragioni dei medeſimi*, *e del Maeſtrato*, qui in Secretariâ Civitatis ſervatur, ad annum 1649. pag. 163., regiſtratum fuiſſe monumentum, circà Campionis Collegium Patavinum, favore Ferrarienſium duorum, nec non Nationum aliarum, erectum; nunc verò melioribus notionibus inſtructi, fatemur, erraſſe in Fundatoris Cognomine, quem *Bramaſecchi* appellavimus, cùm *Brancaſecchi* veriùs nuncupetur: De hujuſmodi Collegio hæc quæ ſequuntur habemus, apùd Jacobum Philippum Tomaſini, *in Hiſtoriâ Gymnaſii Patavini*, *libr.* 1. *pag. m* 207. *Collegium Campionis in Vico Vinealium erectum ab Albitio Brancaſicco Lucenſi*,

Canonico Tarvisino, prò novem Juvenibus, Patavinis duobus, totidem Tarvisinis, Ferrariensibus, & Gallis: Nono ad libitum Electoris; ac hujus Loci Patroni, qui hodiè est Patriarcha Venetiarum. Quilibet Studiosus, per septennium, habet frumentum staria XVIII., vinum, & ligna necessaria, domicilium, & famulatum. Hodiè floret, & diligenti curâ gubernatur.

JOSEPH MARIA FIGATELLI Centensis, Ferrariensis Ducatus, qui Librum edidit, cui titulus: *Retta linea Gnomonica, in Forlì, per Gio: Cimati.*

CÆSAR FIASCHI Ferrariensis, Marchio, nobilis Auctor laudatissimus Libri nuncupati: *Trattato di imbrigliare, atteggiare, e ferrare i Cavalli*, qui pluriès recusus est. Libanori, *part.* 3. *fol.* 126.

ALPHUNSUS FIORNOVELLI Ferrariensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, ac Italicus Poeta transacti corrupti Sæculi: Edidit *Libellum carminum*, quem nuncupavit *Academia Eroica.*

GIBERTUS FERRI Ferrariensis, Philosophus, Medicus, ac Poeta Italicus juxtà corrupti transacti Sæculi genium, claruit enim circà illius dimidium: Obiit in Patriâ anno 1700. ut habemus *Nella Tavola in fine delle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol.* 577.

BARTHOLOMEUS FERRI Cymaclensis, Clericus Regularis Theatinus, vixit ætate nostrâ, præclarioresque Ordinis sui Præfecturas gessit: Edidit verò: *Storia della Città di Comacchio: Supplemento à detta Storia: Decadi Storiche del Secolo della Grazia, Parte Prima: La Luce Evangelica, esposta all'Incredulità dei Novatori: Historia delle Missioni de Padri Teatini, Parte prima, in folio: Dell' Historia sudetta, parte* 2., *in folio*, & *Dell' Historia sudetta, parte* 3., sed hæc postrema Historiæ pars, quam, morte præveniente, absolvere nequivit Auctor, inedita servatur Romæ, in Bibliothecâ Theatinorum Divi Andreæ *Della Valle* nuncupati.

ALOYSIUS FACCANI de Massâ Longobardorum, Ferrariens. Du-

Ducatus: Floruit ætate nostrâ, & Philosophiæ, ac Italicè Poesi laudabilitèr operam dedit: Nonnulla autèm ejusdem *Carmina* cernuntur impressa aliquibus in Collectaneis.

JOSEPH FERRARI Ferrariensis, Congreg. Somaschæ, Rhetoricus, ac Poeta, qui hoc Sæculo decessit: Scripsit: *Orazioni: Discorsi Academici*: *Latina carmina*, & *Poesie Liriche*; harum autèm multas videre est, in variis Carminum Italicorum Collectaneis.

HIERONYMUS GUARINI Ferrariensis, Latinus Poeta, qui floruit circà finem XV. Sæculi: Ejus latina carmina legimus in antiquo copiosissimo MS. Codice *Carminum Auctorum Variorum*, apùd D. March. Herculem Bevilaqua.

ALPHUNSUS GUARINI Ferrariensis, Latinus Poeta celebris, Baptistæ Senioris filius, qui claruit, in Sæculi XVI. exordio. *In Libello Epigrammatum Ludovici Bigo Pittorio, Uguccioni Contrario inscripto*, hoc legitur Epigramma, ad Alphunsum nostrum datúm.

Alphunso Guarino.

Pieridum Alphunse meas ad bella lacessas,
Nolim; do victas in tua jura manus:
Nulla tibi, victo de Vate, corona daretur,
Cujus nec triviis Therpsicorea placet.

UBERTUS GIOCOLI Ferrariensis: Annales Patriæ nostræ scripsit, qui inediti in Bibliothecâ Estensi, Mutinæ servari dicuntur: Claruit autèm circà Sæculi XVI. initium.

GASPAR GIASONE Ferrariensis: Hunc Latinum Poetam fuisse constat, eumque *numerosum* appellat Lilius Gregorius Giraldi, *in suo carmine, de Urbis Romæ direptione*, ad Antonium Tebaldeo. Versus haùd paucos Gasparis nostri videre est, *in Finiano MS.* sepè laudato.

ÆNEAS GIRARDINO Ferrariensis, Poeta, laudatus à Lilio

Lilio Gregorio Giraldi nostro; *In Dialogo 2. Poetarum suorum temporum*.

CÆSAR GALLUZZI Ferrariensis, Italicus Poeta, qui anno 1550. Ferrariæ edidit Poema, cui titulus: *Il Valoroso Ruggero*: Hujus autèm mentio apùd Jo: Marium Crescimbeni, *Historia della Volgar Poesia, volum. 4. libr. 2. cent. 5. n. 41.*, ac alios.

HIERONYMUS GAROFALO Ferrariensis, Benvenuti Tisio, de Garofalo, ab originis loco nuncupati, Pictoris Ferrariensis celeberrìmi filius: Fuit autèm Orator, ac Poeta admodùm præclarus, obiitque in Patriâ, anno 1581. Edidit: *La Vita dell' immortal Poeta Lodovico Ariosto*, quæ variis Furentis Rolandi editionibus præfixa est, nec non *Opuscula quædam* italico carmine conscripta. Joannes Marius Crescimbeni, *Volgar Poesia, volum. 4. libr. 2. centur. 5. n. 53.*

ALPHUNSUS GUARINI Junior, Ferrariensis: Comœdiam carmine italico conscripsit, vulgavitque; huic autèm titulus: *Lo Sposalizio*. Baptistæ Senioris filium appellat Auctor *Della Tavola in fine alle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol. 186.*, eumque anno 1560. vixisse asserit; nos verò, non hunc, sed Alphunsum alium, de quò paulò suprà, Senioris Baptistæ filium fuisse credimus, fræti etiàm Epigrammate Ludovici Bigo, ad eum dato, ex quo rectè inferri posse videtur, Alphunsum Baptistæ filium, à Bigo, tanquàm Poetam egregium, laudatum, usque ad annum 1560., vitam producere minimè potuisse, immò usquè ad annum 1587., quo Ferrariæ obiit, & in Ecclesiâ Sancti Gulielmi sepultus est, ut habemus *ex Libro Offitii Bullettarum anni prædicti*.

LUDOVICUS GIRALDI Ferrariensis, Philosophus, Rhetor, ac Poeta, tàm Italico, quàm Latino sermone præclarus, qui floruit Sæculo XVI. circà dimidium: Edidit: *Commentariolum de insignioribus Estensis Domus Principibus*, aliud: *De Academiæ Severenorum Insignibus*, & sermone Italico: *Orationem, Cardinali Estensi dicatam*. De eo Antonius Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 195.* & Joannes Marius Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia, libr. 5. class. 2. num. 108.*, ubì scribit etiàm, Giraldi nostrum, annum vigesi-

gesimum agentem, Ferrariensis Serenorum Academiæ Principatum sustinuisse.

THOMAS GARZONI de Bagnacavallo, Ferrariensis Ducatus, Canonicus Lateranensis fuit, magnæ vir eruditionis, Linguarumque peritissimus: Multa edidit, scilicèt: *Le Vite delle Donne illustri della Sacra Scrittura: La traduzione dei quattro Novissimi di Dionisio Cartusiano: La revisione delle Opere di Ugo di S. Vittore: Un Discorso dell' Uomo Estatico: I Trattati Academici: Il Teatro dei Cervelli: L'Hospitale dei Pazzi: La Sinagoga degli Ignoranti: La Piazza Universale: Il Seraglio delli stupori del Mondo*. Possevin., *Apparat. Sacr. Tom.* 2., & Libanori, *part.* 3. *fol.* 239.

THOMAS GROTTO Ferrariensis, præclarus Philosophiæ, & Medicinæ, Sæculo XVI., Doctor, qui Librum edidit, cujus titulus: *Lectiones de Febribus*.

ANGELUS GAZZINA, GALLINI aliis, Lugiensis, Ordinis Prædicatorum, Philosophus, Theologusque, qui fuit Polignani Episcopus, floruitque circà Sæculi XVI. dimidium: Edidit *Le Prediche Quadragesimali: I Sermoni de Santi, e di Maria Vergine: Opuscolo contro gli errori di Calvino, e dei Calvinisti*. Hieronymus Bonoli, *Historia di Lugo, libr.* 3. *cap.* 22. *§.* 2., & *cap.* 23. *§.* 2. Adversùs Occhini Hæresim strenuissimè etiàm pugnavit, quapropter à Rovettâ, *in Bibliothecâ*, jure meritò *Apostolicus Hæreticorum terror* nuncupatur; obiit autèm anno 1552. Cavallieri, *Chronologiâ* 1. *centur.* 4. *pag.* 436.

MODESTUS GAVAZZI Ferrariensis, Ordinis Minorum, Theologus, Philosophus, Oratorque insignis Sæculi XVI., qui Librum edidit: *De Maculâ peccati permanentis, personalis, & originalis*; & sermone vulgari: *Un Trattato del Santissimo Sagramento della Eucharistia*. Aliffensem Episcopum Modestum nostrum fuisse scribit Marcus Antonius Guarini, *Compendio delle Chiese di Ferrara, libr.* 4., Chietinum verò Archiepiscopum Antonius Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol.* 211.: utraquè fortasse infulâ successivè decoratus est.

JO: MARIA GUIZZARDI de Bagnacavallo, Ferrariensis Du-

Ducatus, qui initio Sæculi XVII. floruit, ac multa Italico conscripsit carmine. *Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol.* 230. & 580.

MARCUS ANTONIUS GUARINI Ferrariensis: Hic, Ecclesiarum Urbis nostræ, ac Diœcesis, accuratus, sinceræque fidei Historicus; scripsit enim, edidítque: *Il Compendio Historico delle Chiese della Città, e Diocesi di Ferrara*, opus, quod recussione indiget, cùm ipsius exemplaria, ætate nostrâ, ad pauca sint redacta. De Guarino, Antonius Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol.* 204.

GUARINUS GUARINI Ferrariensis, Poeta italicus, Marci Antonii prædicti contemporaneus, cujus Rhitmi anno 1611. impressi sunt, *in Relatione quaddam Marci Antonii ejusdem*, & in *Phisonomiâ Ghirardelli. Tavola, in fine delle Rime Scelte dei Poeti Antichi, e Moderni Ferraresi, fol.* 252.

JO: BAPTISTA GENARI Centensis, Ferrar. Ducatus: Hic, Rhitmorum suorum Collectaneâ, Clementis VIII. adventum ad Patriam suam celebravit.

ALPHUNSUS GIGLIOLI Ferrariensis: Parteniorum Academiæ Princeps fuit, ejusdemque habemus *Latinam Orationem, in funere Fabritii Centini*, Ferrariæ impressam anno 1591. per Benedictum Mamarelli.

ALEXANDER GUARINI Ferrariensis, Equitis Jo: Baptistæ filius, Juris Utriusque Doctor, Orator, ac Poeta celebris: Edidit: *L'Apologia di Cesare: Trattato del vero, e real fondamento della Fede: I Discorsi Academici: Prose: Lettere: La Bradamante gelosa: Poesie varie*, & alia. Libanori, *part.* 3. *fol.* 16. Vivit, nostris temporibus Alexander alter, Eques eruditissimus.

JOSEPH GIRALDI Centensis, Ducatus Ferrariæ, Legum Doctor, ac in Sacris studiis egregiè eruditus, qui transacto Sæculo claruit: Edidit: *Un Quaresimale*, & *La Cantica*. Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol.* 200.

FRAN-

FRANCISCUS GUITTI Ferrarienſis, Sæculi tranſacti Architectus celebris, Italicuſque Poeta, qui obiit circà annum 1630. Ejuſdem carminum ſpecimina videas, *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni*, *fol.* 301.

BENEDICTA GAMBERINI Ferrarienſis, Ordinis Capuccinarum S. Claræ: Hæc, origine Tarviſina, in Capuccinarum noſtrarum religioſiſſimo Cœnobio, D. Claræ arctiorem Regulam profeſſa eſt, tantiſque emicuit Virtutibus, ut Sanctitatis in odore obierit die 26. Maii 1658. Piè *Italicis carminibus* Dei, Sanctorumque laudes cecinit, ut in ejuſdem Actis, prælo datis apparet.

DOMINICUS MARIA GATTI Centenſis, Ferrarienſis Ducatus, Legum Doctor, Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Canonicus, &, poſt Emi Cerro mortem, Vicarius Capitularis: Multa *in Jure* ſcripſit, ſed pauca edita ſunt.

ALPHUNSUS GIOJA Ferrarienſis, Philoſophus, Mathematicus, ac Poeta inſignis, admirabilem etiàm appellabimus, utpotè qui, in liberiori Sæculi XVII. corruptelâ, à turgido, invenuſtoque modo, quò Italica Poeſis fuerat deformata, abhorrens, Franciſci Petrarchæ, aſſeclarumque veſtigiis mordicus inhæſerit, ut conſtat ex ipſius Volumine *Di Rime Petrarchesche*, quod eſt penès Cl. V. Hieronymum Baruffaldi: *Dantis Aldigieri Comædiæ Commentaria* doctiſſima ſcripſit, itèm Gioja noſter, ſed abſolvere minimè potuit: hæc autèm Mutinæ, in Eſtenſi Bibliothecâ ſervari dicuntur: Obiit Gioja in Patriâ, annò 1687., & in Eccleſiâ Divi Martini tumulatus eſt.

JULIUS CÆSAR GRAZZINI Ferrarienſis, Poeta inſignis, olim Cathedralis noſtræ Canonicus, qui Romæ diù verſatus eſt, ibidèmque, ætate noſtrâ diem obiit; intèr præcipuos Arcadicæ Romanæ Academiæ Fundatores meritò recenſendus: Edidit: *La Poetica di Orazio, tradotta in terza Rima*, &: *Molte Poesie Toscane*, quæ in celebrioribus Italiæ Collectaneis impreſſæ ſunt: Plura etiàm moriens inedita reliquit.

HEN-

HENRICUS de Ferrariâ, Ordinis Prædicatorum, Philosophus, Theologusque insignis, cujus Familiam ignoramus: Eum Sæculo XV. floruisse credimus: Conscripsit autèm: *Tractatum de Quadruplici instinctu*. Superbi, *Apparat. part. 1. fol. 25.*, & Andreas Rovetta, *Bibliothec. Dominican. Provinciæ Lombardiæ, centur. 2. pag. m. 58.*

JOANNES HEREMITA Ferrariensis: Hunc natum anno 1485., & Geometram, ac Astronomum non vulgarem fuisse scribit Jo: Baptista Riccioli, *Almagest. Tom. 1. part. 1.*, *In Indice Astronom.*, *Astrologor.*, *& Cosmographorum*.

HYPPOLITUS de Ferrariâ, Poeta Italicus extemporarius, cujus genus ignoramus: Floruit initio Sæculi XVI. diùque Luccensem Urbem incoluit: Editis quibusdam Rithmis, vulgò *Strambotti*, in Urbe eadem decessit. *Tavola, in fine alle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi, fol. 585.*

JACOBUS de Ferrariâ, Ordinis Prædicatorum: Vir omnium Sæculi sui sapientissimus, speculator profundissimus, magnus Philosophus, ac Theologus, Artiumque Magister celeberrimus: Scripsit: *De parvis Naturalibus*: *De Cœlo, & Mundo*: *De Animâ*: *De generatione, & corruptione*: *De scientiâ, atque præscientiâ*: *De voluntate*: *De prædestinatione, atque reprobatione*: *De Divinâ gratiâ*: *De vitiis, & virtutibus*: *De Romani Pontificis Potestate*: *Summam Theologicam adversùs hæreses*, quæ omnia MSS. in Bibliothecâ Ferrariensi olìm servabantur: Fuit autem Jacobus noster, qui circà dimidium Sæculi XIV. floruit, unus ex Provinciæ Longobardiæ adversùs Hæreticam pravitatem Inquisitoribus: Rovetta, *in Biblioth. Provinciæ Longobard. pag. m. 51.*

JOANNES de Ferrariâ, Ordinis Minorum, communitèr *Minorita* dictus, cujus ignoratur genus: Eum XV. Sæculo floruisse arbitramur: Scripsit autèm *De Estensibus Principibus*, citaturque à Hieronymo Rossi, *in suâ Ravennatensi Historiâ*. Guarini, *Chiese di Ferrara, libr. 4.*

JULIUS de Ferrariâ, Poeta Italicus, Familiam cujus ignoramus: Agebat intèr vivos anno 1555., cùm *Collectanea in obitù Liviæ*

viæ Colonna, per Franciscum Christiani typis data, ut observat Auctor Tabulæ, in fine *Delle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol.* 583.

JOANNES de Ferrariâ, Ordinis Prædicatorum, Philosophus, Theologusque insignis, qui Sacri Palatii Magister fuit, obiitque anno 1512. Razzi, *Histor. delli Uomini illustr. dell' Ord. dei Predicatori, pag. m* 214.

AUGUSTINUS ISNARDI Ferrariensis, Canon. Reg. S. Salvatoris, Theologus, ac Orator Sæculi XVI., qui edidit: *Tractatum de Sacramento Eucharistiæ*, & *Tractatum de Pœnitentiâ*. Superbi, *Apparato degli Uomini illustr. di Ferrara, part.* 1. *fol.* 51.

ANTONIUS ISNARDI Ferrariensis, Sæculi XVI. circà dimidium floruit: Scripsit *Continuationem Annalium Ferrariensium*, per annos aliquos: Horum autèm MS. Volumen apùd eos de Familiâ servatur.

THOMASINUS dai LIUTI Ferrariensis, Ordinis Prædicatorum, Theologus, Philosophus, ac Orator celebris, quem claruisse Sæculo XV. credimus. Scripsit: *Super Quattuor Libros Sententiarum: Sermonum de Tempore Librum* 1.: *Sermonum de Sanctis Librum* 1.: *Sermonum per totam Quadragesimam Librum* 1.: De illo Augustinus Superbi, *Apparato degli Uomini Illustri di Ferrara, part.* 1. *fol.* 25.

CURIUS LANCILOTTO PASI Ferrariensis, Grammaticus, ac Rhetor insignis, Orbique notissimus, qui scripsit *Grammaticales Institutiones, Libris octo distinctas*, easque Argentinæ, anno 1511. typis dedit. Laudatur etiàm intèr Poetas à Lilio Gregorio Giraldi, *in* 2. *Poetarum suorum temporum Dialogo*, & à Marco Ant. Guarini, *Chiese di Ferrara, libr.* 2.

GERARDUS LARDI Ferrariensis Sæculo XVI. floruit, Rerumque Ferrariensium Annales conscripsit, qui Mutinæ, in Bibliothecâ Estensi servari creduntur.

JACOBUS LAVEZUOLI Ferrariensis, Canonicus S. Salvatoris,

teris, prò Lavezuoli, *Lebetio* alii latinè dicunt: Hic autèm floruit circa Sæculi XVI. dimidium, fuitque Theologus, Philosophus, Orator, Latinus Poeta, Græcæque Linguæ peritissimus, à Lilio Gregorio Giraldi, *in 2. Poetarum suorum temporum Dialogo* meritò comendatus: Quæ edidit sunt: *Carminum libri quattuor*: *Septem Psalmi metricè*: *Hymnus græcè conscriptus*, &: *Liber de Habitu Canonicorum*. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part. 3. fol.* 125. Mortuus est Ferrariæ die 7. Februarii 1585., & tumulatus in suâ Ecclesiâ S. Mariæ in Vado, ut constat *ex libro Lybitinariorum anni ejusdem*, apùd Notarium Officii Bullettarum.

ALBERTUS LAVEZUOLI Ferrariensis, Jacobi prædicti contemporaneus, Poeta celebris, eximiæque eruditionis vir, qui edidit: *Le Annotazioni al Furioso di Lodovico Ariosto*, &: *Le Nozze di Cerbero*, *in versi*.

ALBERTUS LOLLIO Ferrariensis, Philosophus, Orator, ac Poeta præclarissimus, Florentinæ vetustæ Academiæ Academicus: Infrascripta Thusco purissimo sermone edidit, videlicèt: *Libro di diverse Orazioni*: *Lettera in lode della Villa*: *Virtù degli Academici passati*, *e Nobiltà*, *e Creanza dei presenti*: *L'Aretusa*, *Favola Pastorale*, &: *Varie Poesie*; Ineditum reliquit: *Volumen Epistolarum Latinarum*, summâ elegantiâ conscriptarum, *in libros XI. divisum*, quarum Codex est apùd D. Andream Barotti: Hæc ultrà Lollio noster, in notulâ, proprio charactere scriptâ, quæ reperitur penès dictum D. Barotti, sequentia Opera scripsisse se asserit, scilicèt: *Tumulos plerosque*: *Porphirii Isagogem*: *Aristotelis Organum*: *Prælectionem in Librum M. Tulii*, *de Senectute*: *Joannis Boccacii Fabulas tres*: *De medio rectè inveniendo*: *Aristotelis Rhetoric. libr. tres*: *Commentario del Castello di S. Felice*: *Commentario dell'Origine della sua Famiglia Lolliana*: *Il Maggio*, *ò sia Dialogo del Museo Lolliano*: *Vita della B Beatrice da Este*: *Lettere Famigliari*, *libr. IV. Prologo sopra i Soppositi dell'Ariosto*: *Francesco Barbaro del tor Moglie*, *traduzione*: *Orazioni diverse*, *Volum. secondo*: *Invettiva contro il giuoco del Tarocco*: *Alcune Lettere agli amici*: *Canzone per la Compagnia di S. Gio: Battista*: *Moretto di Virgilio*: *Adelpi di Terenzio*: *Nocchieri*, *Comedia*. Sic Lollio ipse, in notulâ prædictâ: Laudatur autèm Auctor noster à Lilio Gregorio Giraldi, *in 2. Dialogo Poetarum suorum temporum*: Floruit circà Sæculi XVI. dimi-

dimidium, eidemque adolescenti admodùm versionem suam ò Græco in latinum Gemisti Plethonis, ac Græcorum aliorum inscripsit Marcus Antonius Antimacho, qui eum, ratione ætatis, Albertinum appellat: Eidem etiàm Lilius Gregorius Giraldi, suprà laudatus, *In Libro de studendi, ac annotandi ratione*; *Dialogismum XXV. De Labaro Imperatorum* nuncupavit. De Lollio mentio est apùd Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 12., & in Libro, cui titulus: *Notizie dell'Academia Fiorentina*, *part.* 1.

JO: FRANCISCUS LEONE Ferrariensis, Poeta Italicus, ac Elevatorum, qui in Domo celeberrimi Alberti Lollio conveniebant, Academicus: Ejusdem *Carminum specimen* videas; *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni*, *fol.* 103.

GASPAR LEVALORI Ferrariensis, Sanctæ Ferrariensis Ecclesiæ Canonicus, Theologus, itemque Philosophus, Orator, Linguarumque Græcæ, & Hebraicæ peritissimus: Edidit: *Orationes latinas varias*: *Orazioni Italiane*; scripsit quoquè: *Un Libro di Prediche diverse*: *Prediche per tutta la Quaresima*: *Una lettura sopra il titolo del primo Salmo del Salterio*, & alia. Superbi, *Apparato*, *part.* 1. *fol.* 74.

HIERONYMUS LOLLIO Ferrariensis, Sanctorum Mauritii, & Lazari Eques, qui Sæculo elapso vixit, ac Poesi Italicæ operam navavit. Ejus videas specimen, *Nella Raccolta delle Rime scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni*, *fol.* 582.

ANTONIUS LIBANORI Ferrariensis, Cisterciensis Abbas: Prælum hic multis fatigavit: Ejusdem antèm opera hæc sunt, videlicèt: *Le Vite*, *di S. Sisto II. Papa, e Martire*: *Di S. Galgalo, Eremita Cisterciense*: *Di S. Edmondo, Arcivescovo di Cantuaria*: *Del B. David Fiorentino*, e: *Di Monsignor David Dandini*: *Gli Uomini illustri dell'Abazia di S. Bartolomeo di Ferrara*: *Due Mazzetti di candidi Gigli, in alcune SS. Vergini Cistercienſi*: *Ferrara d'Oro, divisa in trè parti*: *Le Cicalate*, & alia. Hæc de se, ipse, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 49.

JOSEPH LOMBARDI Ferrariensis, Notarius peritissimus, qui ætate nostra vixit: Edidit: *Taxam Mercedis Instrumentorum, Actuum Juditialium, Judicum, Mensorum Agri, Ratiocinatorum &c.*,

opus, quod Notatiorum, ac aliorum manibus in Patria nostra assiduè teritur.

PETRUS LUGARESI Lugiensis, Ducatus Ferrariensis, Italicarum Musarum, itèmque Latinarum assecla, cujus *Carmina* variis in Collectaneis impressa leguntur.

PETRUS MONICELLO, seù MONTICELLO Ferrariensis, Ord. Prædicatorum, Theologus insignis, à Benedicto XI. Cymaclensi Insulâ decoratus anno 1304. Scripsit: *Super Aristotelis Philosophiam*, &: *Glossas super Psalmos nonnullos*. Ità Ferdinandus Ughelli, *Italia Sacra*, ubi de Episcopis Cymaclensibus; Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 1., Vincentius Maria Fontana, *in Theatr. Dominican part.* 1. *cap.* 1. *de Episcop. tit.* 194. *n.* 1., & alii: Eum autèm anno 1327. decessisse scribit Cavallieri, *Chronologia* 1. *Antist. pag.* 95., & Piò, *nell' Appendice al libr.* 4. *delli Uomini illustri dell' Ordine di S. Domenico*.

ANTONIUS MUSICUS Ferrariensis: An Cognomine, vel Artis appellatione Musicus dictus sit, minimè constat: Fuit autèm antiquus Poeta Italicus, ejusdemque *Rhitmi*, *in morte Seraphini Aquilani Poetæ insignis*, leguntur *in Collectaneis Philothei Acchillino.* Vide *La Tavola*, *in fine delle Rime Scelte dei Poeti Ferrar. Antichi, e Moderni*, *fol.* 566.

B. ALBERTUS MARCHESI de Cotignolà, Ferrariensis Ducatus, ex Minoribus Observantiæ, Theologicis studiis, ac morum sanctitate præclarissimus: Librum altissimâ refertum eruditione, edidit, cui titulus: *Cæliloquium Morale*: Ad Superos autèm transiit die 10. Junii 1531., ut scribit. Georgius Vivianus Marchesi, *in Monumentis Virorum Illustr. Galliæ Togatæ*, *lib.* 1. *cap.* 2. *pag. m.* 37.

MATTHEUS MONTECATINO Ferrariensis, Monachus Cisterciensis, in Sæculo Antonius, Philosophus, Theologus, J. U. Doctor, Rhetor, nec non in Latinâ linguâ peritissimus: *Linguæ hujus præcepta*, regulasque accuratè scripsit, quæ in Bibliothecâ Cistelli Florentiæ asservari dicuntur. Cisterciensium Ordinem Ferrariæ professus est anno 1479., in Cœnobio S. Bartholomei, ejusdemque Cœnobii pluriès Abbas fuit, ut scribit Libanori, *Huomini Illustri della Badia di S. Bartolomeo di Ferrara*, *fol.* 38.

MA-

MACRUS MAGRO Ferrarienfis, præclarus Philofophiæ, & Medicinæ Doctor, qui Librum vulgavit, titulo: *L'Erbolajo*; floruit autem Macrus in exordio Sæculi XVI. De eo Marcus Anton. Guarini, *Chiese di Ferrara*, *libr.* 4.

UGULINUS MONTECATINO Ferrarienfis, infignis Philofophus, ac Medicus, Græcique fermonis peritiffimus; qui circà initium Sæculi XVI. claruit: Tractatum edidit: *De Balneorum Italiæ proprietatibus*, *& viribus*. Ant. de Vander Linden, *de Script. Medic. libr.* 1., Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 246., & Mangeti *Bibliotheca Medica*.

JACOBUS de MARANO Ferrarienfis, Annalium Ferrarienfium Scriptor accuratiffimus. Horum *MS. Codicem* (nunquàm enim typis vulgatum) fervat in fuâ Bibliothecâ D. Comes Euftacchius Crifpi. Jacobi noftri mentionem habet Marcus Antonius Guarini, *Chiese di Ferrara*, *libr.* 3.

CHRISTOPHORUS MESSI SBUGO Ferrarienfis, Mefimburgh appellant aliqui; fuit autèm celebris Eftenfis Familiæ Architriclinus, floruitque tempore Alphonfi I. Ferrariæ Ducis: Librum edidit nuncupatum: *Banchetti dei Principi*. Guarini, *Chiese*, *libr.* 4.

HIERONYMUS MANFREDI, &

ALBERICUS MANFREDI Ferrarienfes: Conjunctim recenfemus, quià utrique eadem Opera affeiuntur; Ambo Jurifconfulti infignes, qui Sæculo XVI., circà initium floruére, ediderunt que Tractatus: *De S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus*: *De Sacrosancto Collegio Cardinalium*, & *De Adventu*. Poffevini, *Apparat. Sacr. Tom.* 2., Superbi, *Apparat. part.* 1. *fol.* 10., & Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 8.

CAROLUS MAFFEI Ferrarienfis, elegans latinus Poeta, cujus *Carmina* habemus, in aliàs laudato *Danielis Fini MS.*, penès Hæredes Favalli, pag. 183., & feqq.

VINCENTIUS MUCCINI Lugienfis, Ducatus Ferrariæ, Orator, ac Poeta, qui in exordio fæculi XVI. dicitur, Ferrariæ, Humanarum Litterarum Ludum aperuiffe, multaque latinâ Ope-

ra, tàm solutâ Oratione, quàm Carmine edidisse. Hieron. Bonoli, *Histor. di Lugo, lib. 3. cap. 23. §. 4.*

THOMAS MELENCHINI Ferrariensis, Theologus, Legum peritus, ac latinus Poeta, qui, Elegiaco carmine scripsit *Tractatum de Contractibus, ad Tabellionum utilitatem*, quem Polidamantis Cesenatensis Commentariis illustratum Amadeus, & Socii, Cesenæ edidere, anno 1525. Sic autèm Tractatus incipit.

Omni debuerit quæ nosse Tabellio curâ,
Nostra habet imparibus Musa notata modis.

De eo Antonius Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 239.* & Wolfgangus Freymonio, *In Elencho Scriptorum Juris Civil. & Canon. pag. m. 81.*, ubì Thomam *de Contractibus simulatis* scripsisse inquit, *& pag. 79.*

PROSPER MALAVOLTA Ferrariensis, Soc. Jesu, Concionator egregius, qui vixit tempore D. Ignatii Lojolæ, Societ. Jesu Fundatoris: Edidit: *Del Duello: La Corona di dodici Virtù principalissime della Madre di Dio*, &: *Omelie diverse*; his autèm, & morum corruptelam corrigit, & Hæreticorum Dogmata, quasi aliud agens, strenuissimè oppugnat. Possevini, *Apparat. Sacr. Tom. 3.* Allegambe, *de Scriptor. Societ. Jesu*, & Guarini, *Chiese libr. 4. fol. 215.*

CÆSAR MORO Ferrariensis, Orator, ac Poeta Latinus, itèmque Italicus, cùm laude memoratus à Lilio Gregorio Giraldi nostro, *in Dialogo 1. Poetarum suorum temporum.*

ALPHUNSUS MAJANTI Ferrariensis, Philosophus, Medicus, Orator, Poeta, Græcæque, ac Latinæ linguarum peritissimus, à Lilio Gregorio Giraldi egregiè institutus: Hunc præcocis ingenii juvenem, vix vigesimum ætatis annum egressum, mors sustulit anno 1551., maximum Patriæ nostræ futurum decus, si vitam longiorem Deus indulsisset: Disertissimam Orationem scripsit: *Ad Universitatem studentium prò Almo Legum, Artiumque Gymnasio Ferrariense*, quæ paulò post ejus mortem, anno videlicèt 1553. Ferrariæ in lucem prodiit, typis Francisci Rossi: Orationis prædictæ in fine videre est pulchrum, solutâ oratione Epitaphium, Alphunso nostro positum, Epistolam de ejusdem Laudibus, ac Virtutibus, à

Lau-

Laurentio Frizolio ad Lilium Gregorium Giraldi datam, in quâ habetur, Majanti elegantissimorum Epigrammatum Libellum edidisse, & tandèm Latina carmina nonnulla, ab Auctoribus variis, in tanti juvenis funere elucubrata: Nos tantùm, quod sequitur Frizolii prædicti Elogium edimus.

Hàc, quam Viator conspicis
Majanthus urnâ conditur,
Qui Apollinis salubrium
Sectator Artium fuit,
Et æmulus testudinis,
Cui invidens Latonius,
Ætate raptum floridâ
Adegit illum Manibus:
Abi Viator, premium
Sit hoc moræ, quod Cœlites
Et invident mortalibus.

AUGUSTINUS MOSTI Ferrariensis: Amœniorum Litterarum studiis, Poesi præsertìm hunc dedisse operam, ex infrascriptis Cælii Calcagnini carminibus comprobari posse videtur: Quidquid sit, is plurimùm de Urbe nostrâ, ac de universo Litteratorum cœtu meritus, utpotè qui immortali Vati nostro Ludovico Ariosto, in Templo D. Benedicti, ære proprio, primum monumentum erexerit anno 1573. Laudatur à Lilio Gregorio Giraldi, *in fine 2. Dialogi Poetarum suorum temporum*. In Tabulâ post *Le Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol.* 561., Mosti nostrum, qui Ariosto Tumulum adornasse dicitur, usquè ad annum 1617., vitam produxisse scribitur, eo argumento, quòd ejusdem *Sonetto*, ad Fulvium Testi datum, cùm responsione Testi ejusdem, Mutinæ impressum cernatur anno prædicto 1617., *intèr Rhitmos Italicos Fulvii* laudati; nos verò, Augustinum, de quò nùnc ab eo, qui anno 1617. vivebat, diversum fuisse credimus, duobus, ultrà Lilii Giraldi auctoritatem, argumentis adducti: Primum desumitur, ab inscriptione, quam Augustinus noster Ariosto poni curavit, in quâ eundem, qui anno 1533. decesserat, de se benemerentem fatetur, undè videtur inferri posse, eum Ariosto viventem vidisse: Secundum argumentum exhibent sequentia Cælii Calcagnini carmina, ad Augustinum nostrum data, quibus eum juvenem appellat; certum est autèm, Calcagnini, anno 1546. diem

extremum obiisse; cùm itaquè ab anno Ariosto emortuali, usquè ad annum 1617. anni 84., ab emortuali Calcagnini, anni 71. intercesserint, ac id ultrà his respectivè annis, alii ætatis juvenilis, vèl pueritis saltèm Augustini nostri supèraddi debeant, patet Augustinum, qui anno 1617. intèr vivos agebat, esse à nostro alium: Carmina autèm Cælii Calcagnini, quæ habemus *in MS. Codice*, penès DD. March. Calcagnini, *libr.* 2. & 3. hæc sunt:

Tun præstans animo juvenis, tun Principis aulæ
Deliciæ, à nobis carmine poscis opem?
Quùmque alios soleas niveis ornare lapillis,
Atquè ope sustineas scripta aliena tuâ,
A nobis tamèn imploras suffragia, ceù tu
Defensor non sis optimus ipse tibi.
Ecquis præterèà carmen proscinderet amens?
Cui plaudit pennis ipse Cupido suis.
Quòd si fortè aliquis tantùm scelus impius ausit,
Iratas Charites sentiet ille sibi.
Sentiet iratos sibi, Musæ, Cupidinis ignes,
Nullaque tàm magnum crimen acerra luet.
Quin & quas Cnidiâ cecinisti habitare pharetrâ,
Crabrones factas experietur apes.

Effigies hominum quùm deformaret Apelles,
Ità ut putares vivere.
Id nullo ingenio potuit pervincere, vocem
Ut penicillus redderet.
Quàm, Musæ, in tabulâ nostri decora inclyta Sæcli
Suis coloribus linis.
Non satìs est veros calamo tibi reddere vultus;
Vitamque, vocemque exprimis.

JO. BAPTISTA MINADOI Ferrariensis, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor celebris, à Rhodiginis publicâ mercede conductus: Scripsit Tractatum *Dell' abuso di non cavar sangue nelle Febri maligne, ancorchè apparìscano le Pettecchie*, qui fuit Venetiis impressus anno 1573. Libanori, *part.* 3. *fol.* 139.

PONTIUS MORELETTO Ferrariensis, Poeta insignis, ac in Tragediis elucubrandis excellens admodùm, laudatusque à

Lilio

Lilio Gregorio Giraldi, *in Dialogo 2. Poetarum suorum temporum, in fine*.

LÆLIUS MANFREDI Ferrariensis, Comes, Legum Doctor, ac in amœnioribus Litteris, exterorumque Linguis probè versatus: Ab Hispanico in Italicum sermonem vertit, Venetiisque edi curavit Comœdiam, cui titulus: *Carcere di Amore*. Meliora sperabantur etiàm, nisi mors ætate florentissimum rapuisset. Libanori, *part. 3. fol* 186.

JO: PHILIPPUS MAGNANINI Ferrariensis, Vir doctissimus, ac præsertìm in Humanis Litteris, qui floruit pòst dimidium Sæculi XVI. Fuit autèm Octavii Magnanini Pater, ac Cornelii March. Bentivoglio à Secretis: Eidem Nicolaus Manassi dicavit *L'Aggiunta alle Rime, e Prose di Torquato Tasso, stampata in Venezia, presso Aldo l'anno* 1585. Apùd Cl. V. Andream Barotti extant variæ doctorum virorum datæ ad Magnanini nostrum Epistolæ, in materiâ litterariâ, ex quibus apparet, eum emunctissimæ naris Criticum fuisse.

HIERONYMUS MERENDA Ferrariensis, Sacerdos, Annalium Ferrariensium scriptor, qui manuscripti habentur, citanturque à Seta, auctore *Della Historia di Casa Bevilaqua*. Obiit Merenda anno 1603.

AUGUSTINUS MOSTI, Junior, Ferrariensis, Eques eruditissimus, qui celeberrimum Torquatum Tasso amicissimum habuit Eum Poesi Italicæ dedisse operam ostendit specimen quoddam, anno 1617. Mutinæ, *intèr Rhitmos Fulvii Testi* impressum: Floruit autèm circà initium Sæculi XVII. *Juniorem* appellamus ad diferentiam Augustini alterius suprà memorati, quem ab hoc diversum satìs ostendisse credimus.

MAURITIUS MORO Ferrariensis: Musarum Italicarum studiis vacavit, ut in ævi sui *Collectaneis* dignoscitur; floruit autèm post Sæculi XVI. dimidium: Quæddam Rhitmorum ejus specimina habemus etiàm, *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni*, *fol.* 178.

CAROLUS MONTECUCCOLI Ferrariensis, Comes, Theo-

logus, Philosophus, Orator, Poeta, Linguarumque Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ egregiè peritus: Edidit: *Græci Polemonis in Latinum Carmen versionem*: *L'Esposizione delle prime otto Distinzioni del primo Libro delle Sentenze*: *Un Trattato della Cabalà*. Libanori, *part.* 3. *fol.* 69.

ALPHUNSUS MANCINI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor, ac Orator celebris: Floruit circà Sæculi XVII. initium, ejusdemque apùd nos extat *Latina Oratio*, Ferrariæ impressa, habita in ingressu Stephani Cardinalis Durazzo ad Ferrariensem Legationem.

ANTONIUS MONTECATINO Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor. Theologus, ac Orator insignis, ab Urbano VIII. die 17. Decembris 1625. Concistorialis Orator constitutus: *Orationes plures*, & quidèm disertissimas scripsit, ac coràm Pontifice, Sacroque Cardinalium cœtu recitavit: Harum quattuor typis editæ sunt, primæ scilicèt, *prò Apotheosi B. Andreæ Corsini Carmelitæ*, *Episcopi Fæsulani*; secunda, *prò Angelâ Ardeatinâ Beatorum albo inscribendâ*; tertia, *prò Nicolao de Saxo*, *Hæremitâ*; quarta, *prò Francisco Ximenes Archiepiscopo Toletano*, *ac S. Romanæ Ecclesiæ Cardinali*; omnibus autèm cultus decretus est à Pontifice eodem, qui anno 1642. Antonium nostrum Fulginei Episcopum ordinavit: De eo Ughelli, *Italia Sacra*, *Tom.* 1. *fol.* 777., Ludovicus Jacobelli, *Descrizione di Fuligno*, Leo Allatius, *in Urbanis Apibus*, ac alii citati ab Antonio Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 1. *fol.* 108., & *part.* 3. *fol.* 44.

JOANNES MARCHESINI Ferrariensis, celebris in Foro Caussidicus, Intrepidorumque Academicus, qui Sæculi XVII in exordio claruit: Poesis studiosus fuit, ut constat ex ejus specimine, *Nelle Rime scelte dei Poeti Ferraresi Antichi*, *e Moderni*, allato.

FRIDERICUS MIROGLIO Comes, Ferrariensis, strenuus Miles, ac Poeta, sùb quo Filenorum Academia, Ferrariæ instituta. *Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi*, *e Moderni*, *fol.* 343. & 574. Romæ obiit anno 1664.

JOSEPH MARIA MUZZARELLI Ferrariensis, Capuccinus, Orator eloquentissimus, qui Generis splendore, Mundique ille-

illecebris oportunè contemptis, Sacrum Capuccinorum Institutum professus est: *Orationem* habuit, *in Funere Fr. Jo: Baptistæ Estensis, olim Mutinæ Ducis*, Sacri ejusdem Instituti: Italicis etiàm aliquandò Versibus lusit, & in fine Orationis prædictæ, quæ typis data est Muzzarelli nostri *Sonetto* legitur, anno 1644. elucubratus. *Tavola in fine delle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol* 583. In Sacro hujusmodi Capuccinorum Ordine Ferrariensium multi Litteris claruere: Florent hac ætate nostrâ, ut de cæteris sileamus, Bonaventura Barberini, sub Summis Pontificibus quattuor, scilicèt Clemente XI., Innocentio XII., Benedicto XIII., & Clemente XII. Regnante, Sacri Palatii Apostolici Concionator egregius, & nùnc meritissimus totius Ordinis sui Præpositus Generalis, ac Sigismundus Guidotti.

BENEDICTUS MAZZONI Ferrariensis, Augustinianus excalceatus, Philosophus, ac Theologus Sæculi XVII., qui edidit: *Textum Philosophicum, Rationalem, Naturalem, & Moralem Philosophiam complectentem*: *Textus ejusdem Partem Secundam, octo Librorum Physicorum sententias complectentem*: *Textum Philosophicum, complectentem Quæstiones de Cœlo, & Mundo*: *Axiomata Theologica*, & alia. Libanori, *part.* 3. *fol.* 61.

CAROLUS MAGNANINI Ferrariensis: Hic Italicam Poesim coluit, ejusque extat specimen in Collectaneâ *Delle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi, fol.* 569. Floruit circà Sæculi XVII. dimidium.

FRANCISCUS MARIA MACCHIAVELLI, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, ac Ferrariæ Episcopus meritissimus, qui obiit die 21. Novembris 1653. Ejus in funere Orationem habuit Dionisius Borsetti, Ordinis S. Mariæ Servorum, ut scribit Andreas Borsetti, *Supplem. Histor. delle Chiese di Ferrara, fol.* 4. Tempore Cardinalis Episcopi prædicti, nobilissima Macchiavelli Familia Ferrariæ radicata.

ALPHUNSUS MARESTA Ferrariensis, Eques, Vir rerum Patriæ illustrandarum cupidus, sed quorundam MSS. Auctorum testimonia credulè nimiùm, in multis secutus: Edidit: *La Cronologia dei Giudici de Savij di Ferrara, Tom.* 1. *in folio*: *Il Teatro Geneologico Historico delle Antiche, ed illustri Famiglie di Ferrara, Tomi* 3. *in*

3. *in folio*: Postremum hujusmodi opus Cognominum Familiarum, ordine Alphabetico elucubravit, ac usquè ad Litteram G. produxit; moriens autèm indigestam materiam, prò operis complemento hæredibus reliquit.

CAROLUS MONTECATINO Ferrariensis, Comes, Jurisconsultus, Orator, & in Romanâ Curiâ Advocatus Concistorialis: *Orationes disertissimas* habuit, in Sacro Concistorio, in Causis Beatificationum *Margharitæ Ungariæ Reginæ*, *Philippi Benizzi*, & aliorum. Libanori, *part. 3. fol. 70.* Nùnc idem Advocati Concistorialis munus cumulatè obit Virgilius Comes Montecatino.

ALEXANDER MONTECATINO Ferrariensis, Monachus Cartusianus, Doctrinâ, morumque integritate insignis: Cùm Gallicam linguam calleret, intèr magnæ Granopolitanæ Cartusiæ Monacos locum obtinuit, undè postmodùm, Ordinis sui Generalis Procurator constitutus, Romam contendit: Tandèm ab Innocentio XI. Avenioni Archiepiscopatum obtinuit, quo in munere vivere desiit: An aliquid scripserit, ignoramus.

AUGUSTINUS MARTINELLI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor, ac transacti proximè Sæculi Poeta Italicus, qui prò Civitate nostrâ, Romæ negotia egregiè procuravit: Ejusdem *Allegationes in Jure*, *Poeses*, ac alia supersunt. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part. 3. fol. 7.* Mathæsim quoquè probè calluit, Romæque (cujus in Sapientiâ Juris Cæsarei publicus Lector fuit) typis Dominici Antonii Hercole, anno 1686. Librum vulgavit, cui titulus: *I Fiumi in libertà*. Scripsit etiàm *Libellum* instructivum, *circà Cæremonias*, quæ ab Oratore Ordinario Civitatis nostræ, Romæ Residente practicari debent; libellus autèm in Tabulario Magistratus nostri MS. servatur.

CAROLUS de MONTE Ferrariensis, Marchio, Eques, in multis eruditus, qui anno 1683. Judicis Sapientum munus optimè gessit: Italicis aliquandò lusit carminibus, quorum aliqua videre est, *in Collectaneis* transacti Sæculi.

ALPHUNSUS MANFREDI Lugiensis, Ducatus Ferrariæ, Juris Utriusque Doctor, Præfecturis variis, in Agro Romano, Locisque conterminis dignè perfunctus: Felicissimus in prole fuit,

fuit, genuit enim filios quattuor præclariſſimos, qui adhùc intèr vivos agunt, ſcilicèt Euſtacchium Doctorem, Oratorem, Poetam, & intèr celebriores Sæculi noſtri Mathematicos annumeratum, Emilium Societatis Jeſu Presbiterum, Concionatorem celeberrimum, Hilarionem Phiſicum excellentiſſimum, & Gabrielem, in Mathematicis facultatibus verſatum, qui unus eſt ex Secretariis Illuſtriſſimi Regiminis Bononiæ. Hieronymus Bonoli, *Hiſtoria di Lugo, libr. 3. cap. 23.*

JOSEPH MAZZOLINI Ferrarienſis, Theatinus, Philoſophus, Theologus, ac Concionator Apoſtolicus, de cujus eloquentiæ vi juditium ferre orbi univerſo relinquimus: Ejus vox audita eſt in Nobilioribus Italiæ ſuggeſtis, & extrà etiàm, præſertìm Viennæ Auſtriacæ: Hoc anno 1735. ætate, laboribuſque feſſus obiìt: Scripſit autèm: *Quadrageſimale*: *Panegirici*: *Orazioni*, ac alia, egregiè omnia.

PETRUS ANTONIUS MAFFEI Ferrarienſis, Societatis Jeſu, Theologus, Philoſophus, Orator, ac Latinus Poeta celebris: Quæ edidit ſunt: *Volumen Carminum latinorum: Orazione Sinodale*: *Gli eſercizij Spirituali per gli Eccleſiaſtici*: *Gli Eſercizij Spirituali, per li Emi Cardinali*, & alia.

JOSEPH MALUCELLI Ferrarienſis, peritiſſimus ætate noſtrâ Notarius, amœniorumque Litterarum gnarus: Edidit: *Praxim Juditiariam*, &: *Praxim Inſtrumentariam Ferrariæ*, opera Tabellionibus noſtris admodùm utilia.

MAZZAFERRATA Ferrarienſis, Heræmitanus Auguſtinianus: Vixit ætate noſtrâ, fuitque Patriæ amantiſſimus, & rerum antiquarum, ad eam pertinentium ſolertiſſimus inveſtigator: Obiit in Conventu S. Martini de Maſsâ, Ferrarienſis Diœceſis, reliquitque *Tomos varios Ferrarienſium Rerum*, à ſe manuſcriptos, qui ſunt penès Fratres Conventus prædicti.

JULIUS CÆSAR MOSCONI Ferrarienſis, Sacerdos, qui ſacris ſtudiis amœniora etiàm copulavit: Obiit hoc Sæculo XVIII., & reliquit quæddam *Carmina Italica*, quorum nonnulla impreſſa habemus, in Collectaneis, præſertìm in eâ *Delle Rime Scelte dei Poeti Ferrareſi Antichi, e Moderni*, *fol.* 405.

AN-

ANTONIUS de ESTE MOSTI Ferrarienſis, Comes, Eques, qui præclariſſimi Generis nobilitati doctrinam copulavit; fuit enìm in Philoſophicis, Oratoriis, ac Poeticis ſtudiis exercitatiſſimus, eoque præditus ingenio, ſtyloque eleganti, ut quidquid, vel ſolutâ oratione, vel carmine complexus eſt, invidiam ſuperet: Multa autèm ſcripſit, videlicèt: *Orazioni*: *Diſcorſi Academici*: *Lettere*: *Poeſie Toſcane*, &: *Pareri in materie Cavallereſche, e di Onore*; Equeſtrem etenìm ſcientiam callebat adeò, ut in arduis Quæſtionibus undequaquè conſuleretur; ſed ferè omnia (quæddam enìm ejuſdem *Carmina* in celebrioribus Italiæ Collectaneis impreſſa cernuntur) inedita apùd Hæredes remanſerunt: Intèr Hetruſcæ Academiæ, vulgò *Della Cruſca* Academicos locum habuit, noſtræque Intrepidorum Principatum non ſemèl geſſit. Tandèm anno elapſo 1734., mœrente Urbe totâ, morte ſublatus eſt.

GASPAR de MONTE Ferrarienſis, Marchio: Nobilis ejuſdem Familiæ poſtremus, qui anno proximè lapſo 1734. deceſſit, Perpetuus hic Almæ Univerſitatis noſtræ fuit Reformator, Scientiarum, amœniorumque Litterarum ſtudioſus, ac in Equeſtri Scientiâ frequentèr conſultus: Varia ſcripſit, sèd omnia inedita apùd ipſius Hæredes ſervantur.

CAJETANUS MICHAI Ferrarienſis, Sacerdos, Cathedralis noſtræ Manſionarius: Vir fuit ſolertis ingenii, ac negotiis, arduis etiàm, pertractandis idoneus: Italicæ Poeſi vacavit aliquandò, ejuſque *Carmina* in aliquibus Collectaneis leguntur: Paucis ab hìnc annis, in Patriâ deceſſit.

FRANCISCUS MALVEZZI Ferrarienſis, J. U. Doctor, Mantuæque Senator, ac Vice Præſes meritiſſimus, qui in Urbe eadem obiit anno 1734.

HIPPOLITA NASELLI,
HIERONYMA NASELLI, &
ANTONIA NASELLI Ferrarienſes, Sorores, Poetriæ omnes, & quidèm celebres, omnes in primo ætatis flore, à peſtilentiâ ſublatæ: Eas in Eccleſiâ D. Leonardi tumulatas fuiſſe, ſcribit Guarini, *Chieſe*, *libr.* 3. *fol.* 191., penès quem etiàm legitur elegantiſſimum Epitaphium, iiſdem poſitum, quod hìc dare lubet, quamvìs alio loco etiàm ediderimus.

Hip-

Hippolita, Hieronyma, Antonia sorores, antiquâ Nasellorum Familiâ prognatæ, tumultuario sepulchro priùs conditæ, mox reffossæ, & tumulo honestiori dignatæ hic sitæ sunt, quas, nisi vis Fati, rebus mortalium semper infensa, quasi tres flosculos nondùm in calicem dehiscentes, sæviente pestilentiâ, unoque impetu succidisset, haberet nostra ætas, quas Majorum ætati objiceret, seù pudore virginali, seù matronali industriâ, seù Palladis artibus, seù Musarum studiis decertandum foret. Paulus frater lugens, æmulis studiorum suorum, & B. M. posuit. MDXXVIII.

Viderat alma Venus ternas cecidisse Sorores,
Numquid, ait, Charites tres cecidere meæ?
Cui Pallas; major jactura est in tribus istis;
Musas, & Charites tres cecidisse puta.

Habet nùnc etiàm Ferraria Poetrias suas; hasque intèr, ANGELICAM FELICEM RUSCA, S. Catharinæ Martiris Monialem, sororem Cl. V. JOSEPHI RUSCA, celebris in Urbe nostrâ Advocati, Oratoris, ac Poetæ eximii, nèc non emunctæ naris Critici, quem intèr Studii nostri Lectores recensuimus.

PHILIPPUS NICOLETTI Ferrariensis, Alphunsi II. Ferrariæ Ducis Musicus insignis, itemquè Poeta Italicus: Librum edidit *Di Rime Spirituali*, quæ unâ cùm iis Andreæ Tristani typis datæ sunt.

FRANCISCUS NEGRI, dictus ALUNNO Ferrariensis, Philosophus, Orator, Poeta, ac Hetruscæ Linguæ peritissimus, qui circà dimidium Sæculi XVI. floruit: Artis quoquè Calculatoriæ, & Characterum graphicè formandorum, Venetiis Magister fuit, ibidèmque anno 1580. eundem obijsse, credit Nicolaus Comneno Papadopoli, *Histor. Gymnasii Patavini, Tom. 2. libr. 2. cap. 28. num. 127.* Edidit autèm Franciscus: *Le Osservazioni sopra il Petrarca*: *Il Rimario del Petrarca*: *Le Ricchezze della Lingua Toscana*: *La Fabrica del Mondo*; hoc autèm opus Vocabularii *Della Crusca* initium fuit, ut facilè utrumque perpendenti constabit; nobilissima enìm Hetrusci sermonis Academia egregium Francisci nostri laborem, amplissimis Verborum, exemplorumque additamentis locupletavit. Laudatur à Jacobo Gaddi, in opere *de Scriptoribus non Ecclesiasticis, pag. 24.*, à Superbi, *Apparat. part. 3. fol. 97.* & à

Jo:

Jo: Marius Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia*, *volum.* 4. *libr.* 2. *centur.* 2. *num.* 12.

ANTONIUS MARIUS NIGRISOLI Ferrariensis, Blancæ Sforza Poloniæ Reginæ Aulicus, Poeta insignis: Virgilii Georgicam à Latino in Italicum solutum Carmen nobilissimè transtulit, edidítque, ut Reginæ prædictæ obsequeretur. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 48. Fuit autèm Nigrisoli nedùm Italicus, verùm etiàm Latinus Poeta, ut scribit Crescimbeni, *Volgar Poesia*, *Volum.* 4. *libr.* 2. *centur.* 1. *num.* 81.

JACOBUS NOVARA Ferrariensis, Latinus Poeta, à Lilio Gregorio Giraldi, *in* 2. *Poetar. suorum temporum Dialogo* comendatus: Fuit autèm intèr Scribas Ferrariæ Ducis assumptus.

HIERONYMUS NASELLI Ferrariensis, Alphonsi II. Ferrariæ Ducis à Secretis: E Gallico in Italicum sermonem vertit, vulgavitque Librum Renati Lulinge, *Dell' Origine*, *conservazione*, *e decadenza dei Stati*. Libanori, *p. rt.* 3. *fol.* 165.

JULIUS NEGRI Ferrariensis, Societatis Jesu, Theologus, Philosophus, ac Concionator celebris: Multa scripsit, edidit autèm: *La Storia dei Scrittori Fiorentini*, *in un Tomo in foglio*. Vixit Negri ætate nostrâ.

FLORIUS NOVI Centensis, elegans Poeta Italicus, cujus Rithmi variis in Collectaneis cernuntur, præcipuè *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi*, *fol.* 461., *e seqq.*

SIGISMUNDUS NIGRELLI Ferrariensis, Societatis Jesu, Theologus, Philosophus, ac Orator insignis: Edidit autèm: *Un Quaresimale*: *Un Libro di Panegirici*: *Discorsi Academici*, & alia.

CAJETANUS NOVARA Ferrariensis, Comes, in Philosophiâ, Oratoriâ, ac Poeticâ, nèc non in Linguâ Græcâ, si quis alius Italorum, ætate nostrâ versatissimus, itaùt Græcarum Litterarum celeberrimi Mediolanensis Lycei Cathedra, amplissimis conditionibus fuerit eidem oblata; ipse tamèn recusavit: Magnâ Urbis nostræ jacturâ, obiit ætate nostrâ, ac in Templo D. Francisci

ecci, apud Majores est depositus: Reliquit autem multa, tam soluta Oratione, quam Carmine elaborata Graece, Latine, & Italice.

ALPHONSUS NIGRISOLI Ferrariensis, Jurisconsultus, Italicusque Poeta, qui Rhitmos, nec quidem paucos scripsit: Hi apud eos de Familia asservantur: Florebat autem post transacti Saeculi dimidium: *Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol.* 359. & 564.

SIGISMUNDUS NIGRISOLI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor, ac deinde Cathedralis Ecclesiae nostrae Canonicus, & Intrepidorum Academiae Secretarius, qui obiit anno 1696. Ejusdem poetandi specimen exhibent: *Le Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol.* 392.

GASPAR OBIZZI Ferrariensis, Eques doctissimus, quem inter celebriores aevi sui litteratos viros, suique amicos enumerat immortalis Vates noster Ludovicus Ariosto, *Furioso, cant.* 46. *stanz.* 14. his versibus.

Quà Bernardo Capel, là veggo Pietro
Bembo, che 'l puro, e dolce idioma nostro
Levato fuor del volgar uso tetro,
Qual esser dee, ci hà col suo esempio mostro,
Guaspar Obizzi è quel, che gli vien dietro,
Che ammira, e osserva il sì ben speso inchiostro.

Vide etiam Guarini, *Chiese, libr.* 5. *fol.* 549.

HIPPOLITUS ORIO Ferrariensis *Elogia Litteratorum Hominum Pauli Jovii* à Latino in Italicum sermonem vertit, Venetiisque typis dedit. Vivebat circa dimidium Saeculi XVI.; ad eum autem binae Bartholomei Ricci latinae *Epistolae* leguntur datae, quas videre est, *in earundem Voluminis Libro* 2. Italicae Poesi etiam operam dedisse, tradit Crescimbeni, *Volgar Poesia, volum.* 4. *libr.* 2. *centur.* 4. *num.* 49.

JO. MARIA OBIZZI Ferrariensis, Hippoliti, quem inter Lectores Studii nostri enumeravimus, quique Bellunum lares transtulit, fortasse filius: Hujus extat apud D. Baruffaldi *Latina Oratio*,

ad

ad Petrum Leoni Bellunensis Urbis Præfectum habita, ac impressa in Coneliano, per Mattheum Classeri anno 1611.

PIUS ÆNEAS OBIZZI Ferrariensis, Marchio, qui Poesi, scientiisque sublimioribus operam dedit: Edidit verò: *L'Attestio, Poema Heroico in Ottava Rima*: *L'Erminia*: *La Dafne, Favola*: *Il Ratto di Proserpina*: *Le Poesie Liriche*. Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 228.* Evo nostro, in hac Stirpe præclarissima, Scientiis, ac Studiis amœnioris Litteraturæ respectivè excellunt Ferdinandus Marchio, Eques ornatissimus, & Catharina Obizzi Calcagnini, singularis prudentiæ exemplar.

P. PUPPIUS P. L. MENTOL. Medicus IIII Vir: Floruit his nostris in Regionibus, antè Christum natum, ut diximus etiàm in Primæ Partis Historiæ nostræ exordio.

PHILIPPUS de Ferrariâ, Ordinis Prædicatorum: Hunc Familiâ *Filippi* natum autumat Antonius Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 92.* Claruit autèm in exordio Sæculi XIV., scripsitque *Commentaria in Logicam Petri Hispani*: *Librum Variarum Quæstionum*: *Tabulas Variarum eruditionum*: *Summulam Theologicam*, & alia, quæ typis data sunt. Rovetta, *in Bibliothecâ Dominicanâ Provinciæ Lombardiæ, Centur. 2. fol. m. 35.*, Superbi, *Apparato degli Uomini Illustri di Ferrara, part. 1. fol. 27.*, aliique.

PETRUS MARIA de Ferrariâ, Ordinis Jesuatorum: Floruit circà Sæculi XV. dimidium, *Sacrasque laudes*, carmine Italico conscripsit, quæ Bononiæ, typis Bonardi in lucem prodiere.

ALBERTUS PIO, Carpi Dominus: Hunc Principem, qui apùd Herculem I. Estensem Ferrariæ Ducem, affinem suum diù constitit, intèr Ferrarienses referimus, Superbi, ac Libanori nostros secuti, & jure quidèm, cum paulò post nobilissima ejusdem Familia Carpo se ad nos transtulerit, ac intèr nos sedem fixerit: Cæterùm Albertus, tàm armis, quàm litteris (quod paucissimis accidit) immortale sibi nomen comparavit: Quòd ad litteras pertinet, Theologus, Philosophus, ac Orator admirabilis fuit, Linguarumque Italicæ, Latinæ, Gallicæ, Hispanicæ, Græcæ, Arabicæ, Chaldaicæ, & Hebraicæ peritissimus: Multa scripsit, edidit-

ditque; sunt autèm: *Epistola Parænetica adversùs Martinum Lutherum, & Asseclas, & Responsio ad Erasmi expostulationem: Notæ in Erasmi responsionem: Examinatio: De Jejunio, & Ciborum delectu: De Monachis, ac Religione: De Cæremoniis Ecclesiasticis: Solutio Argumentorum Erasmi: De Templorum ornatu: De Imaginum Sanctorum veneratione: De Sanctorum, & Reliquiarum cultu, de Mariæ Sacrosanctæ Virginis præconiis, & Sanctorum Canonizatione: De novitiis Theologis, & Scholasticæ Theologiæ defensione: De Sacrarum Scripturarum auctoritate: De Misterio Trinitatis, & perverso Dogmate Ariano: De Episcoporum, & Minorum Sacerdotum auctoritate: De Primatu D. Petri, Pontificisque Maximi Potestate: De Constitutionibus Ecclesiasticis, ac Legibus ab Homine latis: De Voto Continentiæ, & cæteris non infringendis: De Virginitate, & Cœlibatu: De Matrimonio, quòd sit Sacramentum indissolubile, vivente utroque conjuge: De Confessione Auriculari, Sacerdoti faciendâ: De Fide, & Operibus: De Bello, & ejus legibus, ut licitum sit: De Jure jurando: De Mendacio, & ejus probibitione*, & alia multa. Mirum equidèm, Principem tot Sæcularibus, iisque maximis negotiis implicitum, tanta, egregièque omnia scribere potuisse: Obiit Albertus circà annum 1525. Superbi, *Apparato degli Uomini Illustri di Ferrara, part. 2. fol.* 105., aliique plures.

ANTONIUS PANIZZATO Ferrariensis, Monachus Cisterciensis, ex Clerico Sæculari, in Cœnobio S. Bartholomei Ferrariæ professus: Fuit autèm magni nominis Theologus, diciturque eam scientiam in Lyceo nostro publicè docuisse, antequàm Monachis nomen daret: Quæddam *Theologica MS.*, quæ adhùc in prædicto D. Bartholomei Cœnobio extant, Panizzato nostro, qui claruit circà Sæculi XV. finem, asseruntur. Ant. Libanori, *Huomini Illustri della Badia di S. Bartolomeo, fol.* 33.

CONSTANTIUS PIO, &

HERCULES PIO Ferrarienses, Fratres ambo Litteratissimi, ex nobilissimis Carpi Dominis, intèr primos, qui in Urbe nostrâ inclytum Pio Genus statuerunt: Circà exitum XV. Sæculi floruere: Quæddam eorum *Carmina Italica* habemus intèr Rhitmos, in funere Seraphini Aquilani Poetæ celeberrimi elucubratos, ac in Collectaneâ *Delle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol.* 38. & 39.

LIPPUS PIATESI Ferrarienſis, Latinus Poeta XV. Sæculi; cujus leguntur *Carmina*, *in MS. Variorum Carminum*, penès Domi March. Herculem Bevilaqua. Laudatur à Flavio Biondi, *in ſuâ Italiâ Illuſtratâ*, ſub verbo *Romandiola*.

BAPTISTA PANETTI, aliàs PANEZIO, Ferrarienſis, Carmelita, Vir in Theologiâ, Philoſophiâ, Rhetoricâ, Poeticâ, Linguiſque Græcâ, & Hæbraicâ celeberrimus, qui claruit circà finem Sæculi XV. Multa edidit, ſcilicèt: *Hiſtoriam à Chriſti Nativitate, uſquè ad ipſius Auctoris tempora*: *Chronicon Ordinis Carmelitici librum* 1.: *De Ruinâ Romani Imperii. librum* 1.: *Chronicon Ferrarienſium librum* 1.: *De Monte Sinai librum* 1.: *Sermonum variorum libros* 3.: *Vitam Mathildis libri* 3.: *Epigrammata*: *Sermonum plurium B. Joannis Griſoſtomi è Græco in Latinum verſionem*. Superoi, *Apparato degli Uomini illuſt. di Ferrara*, *fol.* 42.

ANTONIUS PISTOJA Ferrarienſis, ex Familiâ Camelli, *Piſtoja* dictus à Civitate Pistorii, undè ejuſdem Genus originarium: Floruit circà Sæculi XVI. initium, ac, intèr cætera, Poeſi Italicæ operam dedit: Duo ejuſdem *Sonetti*, & quidèm elegantes, ac lepidi, in quibus de inſignioribus ætatis ſuæ Poetis judicium profert, habentur *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferrareſi Antichi, e Moderni*, *fol.* 57. Hos hìc Hiſtoriæ ornandæ gratiâ tranſcribendos cenſuimus: Sunt autèm hujuſmodi.

Chi dice in verſi ben, che ſia Toſcano?
Dì Tù in vulgàre? In vulgare, e in latino.
Laurentio bene: el ſuo figliuol Pierino,
Mà in tuttā, e dui val più il Politiano,
Poi? il Beveni cùm la penna in mano,
Et la lyra il mio Baccio Ugulino.
Chi altri dà Firenze? Il Lapacino:
Il Franco; e il Bellincion beccon d'un grano.
Chi è miglior di tutta Lombardia?
Coſmico Paduano è buono Auctore.
Evvi altro? sì, il Conte Matheo Marìa.
El terzo chi ti pare? Il mio Signore.
Il quarto? Il Thebaldeo, e paſſo via,
Che frà Moderni n' hò cavato il fiore.

In

In Rima taccia ognun, che 'l pregio è dato,
Dante, e Petrarca è quel, che ogn' altro affrena,
Timotheo fà in un Anno un verso appena,
Arguto è il Tebaldeo, mà poco ornato,
Serafin solo per la lingua è grato,
Sasso è un fiume, che argento, e sterpi mena,
Cortese hà molto ingegno, e poca vena,
Vincenzio hà un stil, dà se solo apprezzato;
Il Correggia alti versi ornati, e asciutti,
Actio Partenopeo culto, & ignudo,
Jacopo un bel giardin con pochi frutti.
Cosmico è come lui scabroso, e crudo,
Carracciol, Carriteo son vani tutti,
Bernardo è un granel d'or nel fango nudo;
Tanto, che al fin concludo,
Che nulla vale, e ognun la palma aspetta,
Mà quel sà meglio dir, che più diletta.

BARTHOLOMEUS PENDAGLIA Ferrariensis, celebris Poeta Italicus, qùi Nobilis Familiæ suæ Originem, Majorumque suorum gesta Hetrusco Poemate elegantèr complexus est: Floruit Sæculo XVI. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 55., & Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia*, *volum.* 4. *libr.* 2. *centur.* 5. *num.* 33.

PHILIPPUS de Bagnacavallo, Ferrariensis Ducatus, Theologus insignis, ac eloquentissimus Concionator, qui circà initium XVI. Sæculi floruit. Jo: Andreas Quenstedt, *in suo Dialogo de Patriis Illustr. Virorum*, *pag. m.* 341.

BAPTISTA PIXACARI Ferrariensis: Hujus latina extat *Oratio ad Carolum V. Imperatorem*, *prò Francisco Sforza Insubrum Duce*: Typis edita fuit, eamque vidimus apùd Excellentissimum Joseph Bellaja, Philosophiæ, & Medicinæ Doctorem, *in quaddam Miscellaneâ*.

MARCELLUS PALINGENIO STELLATO Ferrariensis, Philosophus, Medicus, ac Poeta insignis, qui latino Carmine Librum edidit, cujus est titulus: *Zodiacus Vitæ*, *Herculi Estensi II. Fer-*

rariæ Duci inscriptus, multa ad vitæ rationem rectè ineundam complectens: At pòst Auctoris mortem, in ejus cineres animadversum fuisse, ob impietatis crimen, scribit Lilius Gregorius Giraldi, à quo hæc mutuati sumus, *in Dialogo 2. Poetarum suorum temporum*. Nuperrimè, anno scilicèt 1731., typis Joannis Suart, in lucem prodiit Poematis prædicti versio Gallica, à D Della Monnerie, Gallo in solutam orationem facta: Præfationis Auctor, qui ab eo, qui versionem adornavit, alter est, *Palingenio Stellato* dictum, non à *Stellis*, ut voluit Scaliger, sed à *Stellata*, quo loci natus est, apertè asserit; *Stellatam* verò, quæ Ferrariensis Agri Pagùs est, ac duodecim mille passibus Ferrariâ distat, Urbem, sed perperàm appellat: Pergit etiàm, Scevolam de S. Marthâ arguère, quòd Palingenio Herculis II. Ferrariæ Ducis Medicum fuisse scripserit, cùm eidem Palingenio hunc Principem innotuisse nunquàm prædictus Præfationis Auctor asserat; totum tamèn minùs verè; constat enìm ex Giraldi suprà memorato, Palingenii nostri certè contemporaneo, eundem, opus suum Herculi communi Principi nuncupasse, quòd devotionis argumentum Mecænati ignoto minimè præstari consuevit: Sed de hoc fusiùs in Libello *Giornale de Letterati Oltramontani*, *Tom.* 124., Venetiis impresso per Ludovicum Pavini, anno 1733.

BONAVENTURA PISTOFILO Ferrariensis, insignis Philosophus, Rhetor, ac Poeta, Nicolai Leoniceni Discipulus, qui sùb Alphunso I. Estense Ferrariæ Duce claruit: Scripsit *Alphunsi prædicti Vitam*, & alia, ut refert Guarini, *Chiese di Ferrara*, *libr.* 3. Pistofilo alumnum suum appellat etiam Cælius Calcagnini, eidem *De libero Animi Motu* Librum inscribens. Laudatur autèm ab immortali Vate nostro Ludovico Ariosto, *Furioso*, *cant.* 46. *stanz.* 18., ibì

Ecco il dotto, il fedele, il diligente
Secretario Pistofilo, che insieme
Con gli Acciajoli, e con l'Angiar mio sente
Piacer, che più del Mar per me non teme.

Sunt etiàm in Pistofilo laudibus egregii latini Poetæ Titus Vespasianus, pater, & Hercules, filius Strozza, Jo. Marius Crescimbeni, *Volgar Poesia*, *Volum.* 2. *part.* 2. *libr* 6. *n.* 74., & alii.

PAU-

PAULUS PASETTI Ferrarienſis, Proſperi celeberrimi Juriſconſulti frater, in Theologiâ, ſacris Litteris, ac Hæbraica linguâ peritiſſimus, qui floruit Sæculo XVI. circà dimidium: Ejus laudes habemus, *in Epiſtolâ*, præpoſitâ *Syntagmati 2. Hiſtoriæ Deorum*, eidem à Lilio Gregorio Giraldi, noſtro dicato.

BAPTISTA PISONI Ferrarienſis, Vir doctiſſimus, latinas Muſas ſectatus, cujus *Carmina* habemus, in laudato pluriès *MS. Finiano*. In libro ſeptimo Latinarum Epiſtolarum Bartholomei Ricci, nonnullæ extant ad Baptiſtam datæ. De illo etiàm Lilius Gregorius Giraldi, *in 1. Dialogo Poetarum ſuorum temporum*. Ferrariæ ludum litterarium aperuit Piſo, multoſque adoleſcentes egregiè erudivit: Vide ſupèr hoc *Epiſtolam Cælii noſtri Calcagnini, ad Baptiſtam Bonzagni datam, libr. 6.* ac alias.

ALPHUNSUS PANZA Ferrarienſis, Poeta in Latinâ, Græcâque linguâ celebris. Libanori, *part. 3. fol. 151.* Habemus Alphunſi ejuſdem *Carmina, in Præludiis Libri Jo. Baptiſtæ Bonacoſſa*, Venetiis impreſſi anno 1555.

CONSTANTINUS PROSPERI Ferrarienſis, Poeta præclarus, antiquo, nobilique ortus genere Lucenſi; floruit autèm Sæculo XVI. poſt dimidium: Edidit *Un Libro di Poeſie Toſcane*.

ANTONIUS MARIA PASETTI Ferrarienſis, Poeta Sæculi XVI., versùs finem: Edidit *Un Libro di Proverbj, in Ottava Rima*.

ARCHANGELUS PICOLOMINI Ferrarienſis, celebris Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctor, in Anathomiâ præcipuè verſatus: Edidit: *Tractatum Anathomicum*, &: *Commentaria ſupèr Libros Galeni de Humoribus*. Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 50.*, & Mangeti, *Bibliotheca Medica*.

CAROLUS EMANUEL PIO de Sabaudia, Ferrarienſis, à Clemente VIII. Pont. Maximo, ſacrâ donatus Romanæ Eccleſiæ Purpurâ anno 1603., Sacri Collegii Decanus fuit, obiitque die primâ Julii 1641. Georgius Vivianus Marcheſi, *de Viris illuſtr. Galliæ Togatæ, libr. 1. cap. 4.*

BENEDICTUS PUCCI Ferrarienſis, Ordinis Camaldulenſis, Vir in Humanis, ac Divinis Litteris eruditus: Cardinalis Eſtenſis à Secretis fuit, edidítque *L' idea delle Lettere uſate nella Segretaria dei Principi*. Camaldulenſium Regulam deinde profeſſus eſt. Ghellini, *Teatro*, *part*. 1. *fol*. 56., & Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part*. 3. *fol*. 62.

HIPPOLITUS PIGNA Ferrarienſis, in humanis Litteris egregiè verſatus: Floruit in exordio Sæculi XVII., vulgavítque Orationem Italicam, *In lode di S. Leo*, ò *ſia Leone*, cujus corpus in Villâ Vicohabentiæ colitur. Marcus Anton. Guarini, *Chieſe di Ferrara*, *libr*. 6. *fol*. 460.

JULIUS PIGANTI Ferrarienſis: Floruit circà initium proximè fluxi Sæculi, amœnioribuſque Litteris, præſertìm latinæ Poeſi vacavit, edidítque *Epigrammata plura*, quorum haud pauca impreſſa cernuntur in Operè Bonaventuræ Angeli: *De non ſepeliendis Mortuis juxtà Aram*. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part*. 3. *fol*. 174.

ANTONIUS PICCIOLI de Cento, Ferrarienſ. Ducatus, Philoſophus, Medicus, & Phiſionomiæ, Chiromantiæ præſertìm gnarus: Edidit *Tractatum de manuũ inſpectione*, & alia. Liban. *Ferrara d'Oro*, *part*. 3. *fol*. 48.

BONAVENTURA PISTOFILO Junior, Ferrarienſis, Juris Utriuſque Doctor, & in Equeſtri Scientiâ egregiè verſatus: Vulgavit: *L' Opolomachia*, &: *Il Torneo*. Libanori, *part*. 3. *fol*. 65., quamvis hæc opera eadem à Borſetti, *Supplem. al Guarini*, *delle Chieſ*. Papiniano Piſtofilo, qui in Lyceo noſtro Lector fuit, adiudicentur.

HIERONYMUS PORTO Ferrarienſis, Orator, ac Poeta, elapſi corrupti Sæculi, qui vulgavit: *Un Libro di Poeſie Liriche*. Libanori, *part*. 3. *fol*. 167., & Creſcimbeni, *Volum*. 4. *libr*. 3. *centur*. 3. *num*. 96.

ALOYSIUS PIACENTINI Ferrarienſis, Ordin. Jeſuatorum: Mattheum vocant alii: Italicæ Poeſi vacavit, & anno 1621. edidit: *Un Libro di Ode*. In Religione ſuâ Fr. Deſiderii nomen obtinuit.

MAR-

MARCUS PETROCINI de Cotignolâ, Ferrarienf. Ducatus, Philosophus, Legum peritus, ac Poeta, qui edidit: *Libri quattro di Poesie*: *La costante Celinda*, *Comedia*: *Una Pastorale*, &: *Un Operetta di varie Rime*. Libanori, *Ferrara d' Oro*, *part.* 3. *fol.* 202.

JOSEPH MARIA PANNINI de Cento, Ferrarienfis Ducatus; Typis dedit: *Un Libro di Lettere di Complimento*: *I Compendiosi Ragguagli di alcune azioni, seguite nella Terra di Cento*: *L' Ester*, e *L' Artemisia*, *Drammi*. Libanori, *Ferrara d' Oro*, *part.* 3. *fol.* 119.

PETRUS PIO Ferrarienfis, Philosophus, ac Medicus insignis, qui Brixiæ, ingenti cùm laude Medicinam exercuit: Italicæ Poesi vacavit etiàm, Brixiæque edidit Volumen, cui titulus: *La Corona di Apollo*. Obiit anno 1660., Crescimbeni, *Volgar Poesia*, *libr.* 5., *class.* 3 *num.* 18.

ANSELMUS PAJOLI Ferrarienfis, Monachus Cassinensis, Juris Utriusque Doctor, Mathematicus, Orator, & Poeta in sæculo, Theologus etiàm, postquàm Cassinensibus nomen dedit: Edidit: *Il David pentito*, *componimento Drammatico*, &: *Le Vite del Cardinal Giulio Mazarino*: *Del Mareścial di Turrena*, & *Oliviero Cromuello*; nèc non alia. Libanori, *part.* 3. *fol.* 28.

ANGELUS MARIA PEVERATI Senior, Ferrarienfis, Clericus Regularis Theatinus, Philosophus, Theologus, Rhetoricusque insignis, morum integritate, Animarumque zelo memorandus: Has ut Christo lucri faceret, in Armeniâ, Apostolici Missionarii munus; summâ charitate obivit. Leopoli, in Collegio Ordinis sui, Græcos, Rhutenosque Rhetoricam, Philosophiam, & Theologiam docuit. Francisci Murinæ Ducis Confessarius fuit; Tandèm elapso sæculo, Ferrariæ, meritorum plenus in Domino obiit; Dùm viveret, magnum in Dæmones humana corpora obsidentes imperium exercuisse dicitur. Quò verò ad Opera ejusdem Litteraria, edidit: *La aspettazione del Parto*, *per la Novena di Maria Vergine avanti Natale*: *Hinni*, *dà cantarsi nell'Oratorio dei PP. Theatini di Ferrara*: Inedita verò servantur in Bibliothecâ PP. eorundem Theatinorum Ferrariæ: *Notæ*, & *Paraphrases in Ethicam Aristotelis*: *Theologiæ Scholasticæ*, *Dogmaticæ*, *Polemicæ*, & *Mora-*

lis Tomi quinque: *Opus Armenâ linguâ conscriptum*, quod Auctoris Logica esse creditur: *Meditazioni per lo Stato Religioso*. Nunc vivit Angelus Maria Peverati Junior, ejusdem instituti Vir, qui morum integritate, doctrinâ, scriptisque plurimis, Senioris gloriam æmulatur.

FRANC. MARIA PITTONI Ferrariensis, Advocatus in Romanâ Curiâ insignis, & in materiâ Benefitiariâ præsertìm peritissimus: Doctrinæ intuitu, eum Benedictus XIII. P. M. sibi in Auditorem delegit, amplissimoque Cardinalium cœtui aggregatum vidissemus, nisi longæva admodùm ætas obstitisset, vix enim Auditoratus assumpto munere, fato cessit: Edidit: *Controversiarum Patronorum in materiâ Benefitiariâ Tomos duos, in folio*, & *Disceptationum Ecclesiasticarum Tomos quattuor, in folio*, Opera, quæ in Foro multùm auctoritatis obtinent.

AUGUSTINUS PANIZZA Ferrariensis, eximiæ eruditionis Sacerdos, qui vixit ætate nostrâ, Italicusque Poeta, si quis alius, suavissimus, ac elegantissimus: Multa conscripsit, scilicèt: *Orazioni: Discorsi Academici*: *Sonetti*: *Canzoni*: *Capitoli*, & alia, quæ tamèn, paucis exceptis, quæ *in insignioribus Italiæ Collectaneis* impressa cernuntur, inedita reliquit, eaque apùd nos sunt.

BALTHASSAR PROSPERI Ferrariensis, eruditus Eques, morum comitate, ac suavitate omnibus acceptissimus, qui Italicæ Poesi operam dedit, ejusdemque *Lyrica*, & venusta equidem, *in celebrioribus Sæculi nostri Collectaneis* impressa cernuntur: Omnibus mœrentibus, in Patriâ obiit.

GERVASIUS RICCOBALDO Ferrariensis, insignis Historicus, qui scripsit: *Chronicon Universale*: *Pomarium Ravennatis Ecclesiæ*: *Delle Cose di Ferrara*: *Le Vite dei Pontefici, dà S. Pietro fino all'anno 1300.*: *Le Historie di Venezia*, & alia. De Gervasio nostro scribunt Jo: Bapt. Riccioli, *Chronologiæ Indic.* 2., & Hieronym. Fabri, *Sacre Memorie di Ravenna*, *part.* 1. *fol.* 37. Gervasius, Ferrariâ exul, Ravennam incoluit, Ecclesiæ illius Canonicus constitutus, ibidèmque cùm Dante Aligieri, Florentiâ exule amicitiam iniit: Hetruscis quoquè Musis operam navavit Gervasius, ejusdemque carmina leguntur, *in antiquâ Collectaneâ* penès Cl. V. Hieronymum Baruffaldi.

AU-

AURELIA ROVERELLA Ferrarienſis, Poetria, Comitis Hieronymi Roverella Uxor, quæ floruit circà Sæculi XVI. dimidium: Ejuſdem Italicæ Poeſes *in Collectaneis variis* leguntur; nos infraſcriptum *Sonetto* tantùm edimus, quem habemus, *Nella Scelta delle Rime dei Poeti Ferrareſi Antichi, e Moderni*, ſtampata in Ferrara, per gli Eredi Pomatelli l'anno 1713. *al fol.* 105.

Io vo cercando, ſe lo ſteſſo Amore,
Che m' arde in petto con ſua ardente face,
Sia quel, che ad ogni altr' Alma ſua ſeguace,
Con tanta tirranìa diſtrugge il core;
Perchè in me ſento bensì un vivo ardòre,
Che mi fà più dell' uſo mio vivace,
Mà nulla poi ſento turbar mia pace,
Qual ſe foſſe altra coſa, che calore.
E dico: Onde avvien mai sì vario effetto?
O Amor non è, ò più benigno è meco,
O d' altra tempra eſto mio core è fatto.
Temo però, che 'l Fanciul crudo, e cieco
Così non mi luſinghi, e placidetto
Incominci, e poi ſcoppj tutto à un tratto.

VINCENTIUS RODINELLI Ferrarienſis: Vixit Sæculo XVI., *Annaleſque Patriæ noſtræ* ſcripſit, qui Mutinæ in Bibliothecâ ſervari creduntur.

JO. ANTONIUS ROVERELLA BOLOGNINO Ferrarienſis, Philoſophus, ac Medicus inſignis, qui conſcripſit, annoque 1537. in Cypro Inſulâ imprimi fecit Librum, cujus hæc in fronte leguntur: *De Morbo quoddam Patuſa, qui vulgò Gallicus appellatur, Auctore Joanne Antonio Bolognino ex Roverelli Familiâ, Magnifico Equiti Domino Marco Sincilitico excellenti Patritio Cypri, de Diſciplinis omnibus benemerito*. Antonius Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol* 134., & Joannes Jacobus Mangeti, *in ſuâ Medicâ Bibliothecâ*.

BARTHOLOMEUS RICCI de Lugo, Ferrarienſis Ducatus, Juris Utriuſque Doctor, Philoſophus, Orator, Poeta, Latinuſque Scriptor elegantiſſimus, qui Principum filiorum Herculis II. Fer-

Ferrariæ Ducis præceptor fuit: Edidit: *Tractatum pulcherrimum De Imitatione*: *Tractatum de evitandâ, & compescendâ Iracundiâ*: *Orationes*: *Le Balie, Comedia in Prosa*: *Volumen Epistolarum*: *Epistolas ad Principes Atestinos*: *Rime Toscane, sparse in Varie celebri Raccolte del Secolo XVI.*, & alia, omnia autèm optima, & quæ fusiùs referuntur à Hieronymo Bonoli, *Historia di Lugo, libro 3. cap. 23. §. 2.* Floruit Ricci circà Sæculi XVI. dimidium, laudaturque à Libanori, *part. 3. fol. 54.*, à Jo: Mario Crescimbeni, *Historia della Volgar Poesia volum. 4. libr. 2. centur. 4. n. 41.*, ac ab aliis pluribus probatæ auctoritatis Scriptoribus.

AUGUSTINUS RIGHINI Ferrariensis, Ordinis Minorum, Philosophus, Theologus, ac Concionator celeberrimus, cujus in laudibus enarrandis sunt Augustinus Superbi, *Apparato delli Uomini illustri di Ferrara, fol. 33.*, Guarini, *Chiese, libr. 4.*, Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 2.*, Possevini, *in Apparatu sacro*, Franchini *in Bibliosophiâ, pag. 15.*, Petrus Ridolfi, *in Cattalogo*, Lucas Vadingo, *pag. 44.*, Marchesi, *in Monument. Viror. illustr. Galliæ Togatæ, libr. 2. cap. 1.*, & Gaspar Sardi, *in Latinis Epistolis*, in eâ scilicèt *ad Peregrinum Riccardi* scriptâ, quam suo præmittit, *De Christi Salvatoris Humanitate* operi, nèc non *in aliâ MS.*, apùd Fratres S. Francisci Ferrariæ servatâ, in quibus Righini nostrum *incomparabile Patriæ nostræ lumen* appellat. Innumeris Righini animi dotibus commendatus Estensium gratiam promeruit, ac prò eis ad magnos Principes Legati munere functus est: Sed & Herculis, ac Alphunsi Ferrariæ Ducum intimos intèr Consiliarios cooptari promeruerat, tantùmque apùd eos auctoritatis obtinebat, ut *Prò Dux* ab omnibus diceretur: At Principum suorum gratiâ in Dei obsequium usus, insigne in Patriâ hac Divi Francisci Templum, ac Cœnobium piè ornavit, sacraque suppellectili instruxit, quibus in peragendis decem, & octo scutorum millia impendisse traditur; dignus profectò ut ejus nomen immortale perseveret. Amplissimas quoquè Ordinis sui dignitates sustinuit, Commissarii scilicèt Generalis, Italiæ Assistentis, nèc non ejusdem Ordinis Socii. Tandèm Senio confectus, cùm nonagesimum tertium ætatis suæ annum attigisset, Ferrariæ mortuus est, anno 1583., & in D. Francisci Templi Sacello Majore, in Sepulchro, quod sibi vivens paraverat, conditus die 26. Septembris: Hoc autèm in Sepulchrali lapide Disticon legitur.

Flens

Flens veni in terras, & flens discedo, fuitque,
Dùm vixi, fletus, vita, dolor, gemitus.
Ann. ætatis VIIC.

Opera plurima Righini ſcripſit, ac edidit; ſunt autèm: *Tractatus de Fide, & Operibus: De Spei neceſſitate: De Virtutibus: De Sacramentis: De Amore Dei ad Hominem: De Confeſſione: De Morte: De Reſtitutione: De Numero Salvandorum: De Suffragiis Mortuorum: De peccato: De Indulgentiis: Sermones Quadrageſimales: Homeliæ*, & alia. Antequàm verò ad alia divertamus, hic referre placet Epitaphium ab illuſtri Poetâ noſtro Jo. Baptiſtâ Pigna, in Righini morte, elaboratum, quod habetur in Pigna ejuſdem Carminum libr. 4.

Qualia ceruleus vates aperibat in undis
Per freta Carpathii gurgitis ore ſacro,
In Sylvis, Righinæ, Patris tu arcana Supremi,
Talia promebas per loca Magna Deum.
Inſula mox illum patria, & divina recepit,
Teque domi ſanctâ nùnc tenet hortus humo.

CÆSAR RONDINELLI, &
ANTONIUS RONDINELLI Lugienſes, Ducatus Ferrariæ, pater, ac filius Juriſconſulti præclari, qui Sæculo XVI. floruere: Cæſar pater *Volumen Conſiliorum* ſcripſit, quod ab Antonio filio typis datum eſt; hic verò copioſum *Tractatum de Sindicatu* edidit. Hieronymus Bonoli, *Hiſtoria di Lugo, libr. 3. cap. 23. §. 2.* Alios plures Lugienſes Scriptores recenſet etiàm Bonoli prædictus, *lib. citat.*, & *§§. 1. 2. 3. & 4.*, quos, celebrioribus aliquibus exceptis, referre miſſum facimus.

HORATIUS REMI NIGRISOLI Ferrarienſis, Opizzonis Remi Ducalis Secretarii filius, Italicus Poeta elegans, cujus ſpecimen habemos, *in Ongaro Piſcatoriâ Fabulâ, Alceo nuncupatâ, Ferrariæ impreſſâ anno 1587.*

PEREGRINUS RICCARDO Ferrarienſis, Cathedralis noſtræ Canonicus Decanus, Pauli Sacrato, viri doctiſſimi amicus: Italicis carminibus luſit, eorumque haud pauca, *poſt ea Garofali*, leguntur.

JU-

JULIUS RAVIGLIO ROSSO Ferrarienſis, Linguarum peritus, qui, ab Anglico in Italicum ſermonem vertit, ediditque: *I ſucceſſi della Religione, in Inghilterra mutata*, &: *Le Rivoluzioni di quel Regno*. Libanori, *part.3. fol.* 173. Fuit autèm Julius noſter filius Joannis Baptiſtæ Raviglio, Viri celebris, cujus oſſa requieſcunt in Arcâ marmoreâ, quæ poſt reformationem Templi S. Dominici Ferrariæ, hoc Sæculo factam, cernitur in Conventu Fratrum, in Eccleſiæ muro, propè januam, quâ ad pulpitum habetur acceſſus, cùm inſcriptione hujuſmodi.

D. O. M.

Joan. Bapt. Ravilio Præcellentiſs. Ingenii, eruditæque induſtriæ viro, qui ob ſingularem ipſius fidem, ac integritatem Alphunſo, atquè Herc. Ferrarien. Ducibus Chariſs. extitit. Alexander, Juliuſque Filii mœſtiſs. Parent. Opt., ac B. M. PP. vix. Ann. LXXIII. Obiit V. Kal. Quint. MDLVII.

HIERONYMUS RUSCELLI Ferrarienſis, Mathematicus, ac Geographus inſignis: Conſcripſit, Venetiiſque anno 1573. vulgavit Librum, ſub hoc titulo: *Eſpoſizioni, & Introduzioni univerſali ſopra tutta la Geografia di Tolomeo, con XXXVIII. nuove Tavole in rame, così del Mondo conoſciuto dalli Antichi, come del Nuovo, con la Carta del Navigare, ed altre coſe intorno la Coſmografia, tanto per Mare, quanto per Terra*. De Ruſcelli noſtro mentio eſt apùd Joan: Baptiſtam Riccioli, *libr.* 4. *Chronolog. Ind.* 2. *pag..* 242., Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 1. *fol.* 157., nèc non alios.

HANNIBAL RUSCELLI Ferrarienſis, Juriſconſultus egregius, ac Poeta, qui circà finem Sæculi XVI. floruit: Ejus *Rhitmos* cernere eſt, *in Collectaneâ Sanctis Paſti*, ſepè laudatâ.

BENEDICTUS RODDA Ferrarienſis, Olivetanus, Theologus celebris, qui nonnulla *ad Canones* pertinentia ſcripſit. Guarini, *Chieſe*, *libr.* 6. *fol.* 396.

JO: PAULUS RAVALLI Ferrarienſis, Hæremita Auguſtinianus, Theologus, Philoſophus, ac Mathematicus celebris, qui fuit Congregationis ſuæ Vicarius Generalis, tandèmque in Patriâ obiit die 30. Novembris 1609. Eum intèr Latinos, Italicoſque

Poe-

Poetas enumerat Crescimbeni, *Historia della Volgar Poesia*, *libr.* 5. *class.* 3. *n.* 134.

JOANNES RONDINELLI Ferrariensis, Marchio: Studia, æquestri ejusdem Generi convenientia, sectatus Librum edidit *Del modo di imbrigliare i Cavalli, e di adoperargli*. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 125.

CAROLUS ROSSETTI Ferrariensis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Episcopus Faventinæ Ecclesiæ meritissimus, qui post transacti Sæculi dimidium floruit, Purpuramque sibi scientiâ, ac virtute comparavit.

ALPHUNSUS ROSSETTI Ferrariensis, Marchio, Abbas, Theologus, Philosophus, Legumque Doctor, qui in contentionibus, quæ intèr Paulum V. Pont. Summum, ac Venetorum Rempublicam ortæ sunt, prò Apostolicâ Sede egregiè, copioseque calamum exercuit. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 24.

LUDOVICUS ROSSETTI Ferrariensis, Comes, Jurisconsultus insignis, ac Italicus Poeta, prò Alexandro Cardinali Estense, Ferrariæ Commissarius: Specimen Poesis ejusdem videre est, *Nelle R.me Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni*, *fol.* 276.

FRANCISCUS ROSSETTI Ferrariensis, Marchio, Eques in Mathematicis, præsertìm in Aquarum scientiâ, ac in aliis facultatibus eruditissimus: Cùm zelo in Patriam estuaret, pluriès Sapientum Judicis munere cumulatissimè functus est. Obiit ætate nostrâ Georgius Vivianus Marchesi, *de Viris Illustr. Galliæ Togatæ*, *libr.* 1. *cap.* 4.

JO. BAPTISTA RICCIOLI Ferrariensis, Societatis Jesu, amplissimum Patriæ nostræ decus, virque in omnibus ferè scientiis, ac Disciplinis admirandus; fuit enìm Theologus, Philosophus, Orator, Poeta, Linguarum peritissimus; in Mathematicis verò excelluit adeò, ut ejusdem famâ, operibusque acciti Germanorum, Gallorum, Anglorum, aliarumque Nationum plurimi, ejus tantùm visendi, alloquendique studio, ad nos venirent: Quæ autèm edidit, sunt: *Almagesti Novi Pars prima, & secunda primi Tomi*: *Astronomia reformata*: *Philosophia Magnetica*:

Im-

Immunitas ab errore, tàm speculativo, quàm practico Definitionum Sedis Apostolicæ: Chronologia, Tomi quattuor: De Immaculatâ Conceptione Virginis Mariæ: Prosodia, Appendicibus, ex Latinis, Græcis, & Hæbraicis fontibus aucta: Prosodiæ Reformatæ Tomi duo; & alia. Obiit Bononiæ die 23. Junii 1671. Libanori, *part. 3. fol. 138.*, & Gimma, *Italia Letterat. Tom. 2. cap. 46. fol. 644.*

ANTONIUS RIMINALDO Ferrariensis, Comes, optimo ingenio, egregiisque moribus Adolescens, qui Humanis Litteris probè excultus, Romæ Jurisprudentiæ operam dabat; sed immatura mors ingentes, quas de illo spes conceperat Patria, penitùs eradicavit. Demortui jacturam reparat Co: Hercules ejusdem frater, qui, & doctrinâ, & zelo in Patriam, prò quâ Publicis muneribus functus est, & fungitur.

JO: BAPTISTA RIGHETTI Ferrariensis, J. U. Doctor, qui Italicis etiam lusit Carminibus, ut in aliquibus cernere est Collectaneis: Ætate nostrâ, juvenis obiit.

LUDOVICUS SANDEO Ferrariensis, celeberrimi Felini Canonum Doctoris frater, qui floruit pòst dimidium XV. Sæculi, Borsio Estense Ferrariæ imperante; fuit autèm in Latinis, Græcisque Litteris admodùm eruditus: Intèr celebriores Italicos ævi sui Poetas recensetur etiàm, & meritò, ut apparet ex ejusdem *Rhitmis*, qui, eo mortuo typis dati sunt: Doctissimorum virorum amicitiam promeruit, coluitque, hosque inter, Francisci Aretini. & Antonii Tebaldeo, ut observat Auctor Tabulæ, *In fine alla Raccolta delle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol.* 586. Obiit Ferrariæ anno 1482. peste correptus, unà cùm decem aliis Familiæ suæ. Jo: Marius Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia, volum. 2. part. 2. libr. 6. num.* 56. de Ludovico nostro agens, sequens Antonii Tebaldeo prædicti Tetrasticon, in illius morte datum refert:

Hic tegitur raptus viridi Ludovicus in ævo,
Maxima Sandeæ fama, decusque Domus;
Hic Romana jacet, Grajæ conjuncta Minervæ,
Pallas, & hic paritèr carmina Thusca jacent.

SCI-

SCIPIO Ferrarienfis: Hujus genus ignoramus; fuit autèm Utinenfis Epifcopus, ab Antonio Beccatelli, Abbate Panormitano nuncupato, commemoratus *in Libro 4. Epiftolarum, Epiftolâ ad Joannem Ferrufini datâ*.

PETRUS del SAGRA' Ferrarienfis: Nihil aliud de viro hoc habemus, nisi quòd Ludovicus Bigo Pittorio nofter fcriptum reliquit, fequenti in Epitaphio, fcilicèt eum, virtutis, ac fummæ integritatis titulis, Borfio Eftenfi Ferrariæ Duci carum admodùm fuiffe; Epitaphium autèm, & quidèm elegans hujufmodi eft.

Dic Lector, rogo, Borfij nè famam
Audifti Ducis unquàm? & ut folebat,
Virtutem colere? & viros tenere
Summos? qui jacet hac gravi fub urnâ
Ex illis fuit unus; ergò honores
Debemus cineri; vocemus Umbram
Ad laudes, Arabumque ab orbe odorum
Arfuram fegetem; Hic ades Sacratæ
Gentis Patre decus, libenfque facrum
Præfens accipe; pluribus morari
Te nolo, ob merita ad polos iturum.
I felix; locus eft, gradufque dandus
Summus, fummæ homini fpei reperto,
Et fummæ fidei, atque charitatis.

Lud. Bigo Pittorio, *in Libello ejufdem Carminum, Cæfari Aragonio, Regio puero infcripto.*

TITUS VESPASIANUS STROZZA Ferrarienfis, Eques nobiliffimus, ac latinus Poeta celeberrimus Sæculi XV. qui floruit sùb Leonello, Borfio, & Herculæ I. Eftenfibus, fucceffivis Ferrariæ Principibus: Ejus carmina Venetiis edita funt, unà cùm illis Herculis filii anno 1513., ut infrà dicemus. De eo fummâ cùm laude fcripferunt Gaddi, *de Scriptoribus non Ecclefiafticis*, Joannes Baptifta Giraldi Cinthius, *in Commentar. Rerum Eftenf., & Ferrar.*, Jo: Baptifta Pigna, *Hiftoria dei Principi d'Efte, libr. 7. fol. m. 542.*, Auguft. Superbi, *Apparato degli Uomini illuftr. di Ferrara, par. 1. fol. 100.*, & alii plures.

NI-

NICOLAUS STROZZA,
LAURENTIUS STROZZA, &
ROBERTUS STROZZA Ferrarienses, omnes Titi prædicti fratres, quos Flavius Biondi *Viros Nobiles, ac Humanitatis Litteris ornatos* appellat, & laudat, *in suâ Italia Illustratâ, sub verbo : Romandiola*.

HIERONYMUS SAVONAROLA Ferrariensis, Ordin. Prædicatorum, Theologus, Philosophus, Orator, omnigenæque eruditionis vir, undequaquè celeberrimus, doctrinæ, morumque præstantiâ, nèc non mortis ignominiâ notissimus. Natus est Hieronymus anno 1452., Florentiæ neci traditus, ac combustus, sub Pontificatu Alexandri VI. anno 1498., ætatis verò suæ 46., ut referunt Joannes Baptista Riccioli noster, *Chronolog. Tom. 3. Indice 2.*, & Gulielmus Cave, *de Scriptor. Ecclesiast.* Tantæ verò fuit morum probitatis, ac austeritatis, ut Romanam Purpuram ultrò oblatam recusarit. Quartum Ordinis Prædicatorum Reformatorem, præsertìm in Provinciâ Romanâ eum fuisse, scribit Silvester Maurolico, *Mare Oceano di tutte le Religioni, libr. 3. fol. m.* 240. Multa doctissimè scripsit Savonarola, Latino quæddam, quæddam verò sermone Italico, ut sequentes ostendunt operum tituli; sunt autèm: *Triumphus Crucis, opus pulcherrimum, ac ferè divinum: De simplicitate vitæ Christianæ: Manuale Confessorum: Supèr Canticum Salomonis libr. 1.: Tractatus, in quo dividuntur omnes Scientiæ: Compendium Philosophiæ tàm Naturalis, quàm Moralis: Opus de divisione, ordine, & utilitate omnium Scientiarum: Compendium Logices: Supèr Psalmos Pœnitentiales libr. 1.: Solatium itineris: Compendium Revelationum: De Proheticâ veritate: Commentaria in Genesim: Commentaria in partem Levitici: In Threnos Hieremiæ: Commentaria in quindecim prima Capita Job: Opus de Poetis: Sermones de Adventu Domini: Le Prediche: Dell'Amor di Christo: Del Sacrifizio della Messa: Della Vita Vedovile: Della Orazione: Della Orazione Mentale: Contro l'Astrologia Giudiziale: Dell'Umiltà: Esposizione delli dieci Commandamenti: Esortazione ai Religiosi, per la osservanza Regolare: Antidoto Spirituale contro la pestilenza Corporale: Esposizione dell'Orazione Dominicale: Hinni Spirituali: Meditazioni*, & alia multa. Savonarola nostri *Vitam* scribere, minimè sibi indecorum credidit Joannes Franciscus Pico Mirandulanus; sed & de illo multâ cùm laude scripserunt Angelus Politianus, *libr 4. Epistolar. epistol. 2.*, ubì illum *cœlesti doctrinâ, ac sanctitate insignem virum* appel-

appellat, Marsilius Ficinus, *Epistolar. libr.* 12., *in Epistolâ de Providentiâ, & Vaticiniis, die* 12. *Decembris* 1494. *ad Joannem Cavalcanti* datâ, Paulus Giovio, Philippus de Cominès, Antonius Senesi Lusitanus, Philippus Brietius, *in suis Annalibus Mundi, ad annum* 1498. Angelus Aprosius Ventimiglia, Antonius Possevini, Augustinus Superbi, Marcus Antonius Guarini, Abbas Antonius Libanori, & recentèr Nicolaus Comneno Papadopoli, *in suâ Gymnasii Patavini Historiâ, Tom.*2. *cap.*11., aliique innumeri. Immò Savonarola nostrum miracula patrasse, ac D. Francisci de Paulâ in intimis fuisse, Historicorum plures tradidere, Divumque Philippum Neri Savonarola ipsius imaginem, radiis ad instàr cælitum caput redimitam, in privato cubiculi sui Sacello retinere consuevisse, coluisseque asserunt Fontana, Bzouvio, & Zazzara Oratorii Præsbiter, citati à Cl. Hyacinto Gimma, *Idea dell' Istoria d' Italia Letterat. Tom.* 2. *cap.* 35. *fol.*429. Sed Civis nostri doctissimi laudes absolvamus, sequenti Tetrasticon, quod in ejus morte elucubravit Marcus Antonius Flaminio Latinus Poeta celeberrimus: Illud autèm legere est apùd Antonium Teissier, *in Additionibus ad Elogia D. de Thou, part.* 1. *sub Elogio Hieronymi nostri*: Hujusmodi autèm est.

Dùm fera flamma tuos, Hieronyme, pascitur artus,
Religio sanctas dilaniata comas,
Flevit, &, hoc dixit: crudeles parcite flammæ,
Parcite, sunt isto viscera nostra rogo.

Hæc tamèn de Savonarolâ à nobis historicè dicta protestamur, ne Civis meritissimi doctrinam debitis laudibus fraudaremus: Quoad ejus vitam, mores, ac necem, apùd S. Romanam Sedem, cui humillimè nostra omnia subijcimus, judicium esto.

ALBERTUS SAVONAROLA Ferrariensis, Philosophus, Medicusque insignis, Hieronymi prædicti frater, cujus haùd minima laus, quòd eo Medico usus fuerit celeberrimus, Medicorum decus, Nicolaus Leoniceno, ut refert Antonius Musa Brasavola noster, *in Commentariis Aphorismorum Hyppocratis*, ac *in adnotationibus, Basileæ impressis opere Froben, anno* 1541. Ibì, *in libr.*2. *pag. m.* 302., *ad Aphorismum* 40, cujus tenor est: *Raucedines, & gravedines in valdè senibus coctionem non admittunt*, hæc de utroque Medicorum prædictorum lepidè habet; videlicèt.

Nicolaus Leonicenus præceptor celeberrimus Vir nonagennarius, immò & qui jàm sextum suprà nonagesimum transegerat, millesimo quingentesimo vigesimo tertio in raucedinem, & gravedinem simùl incidit: Hic Medico utebatur probissimo, atquè doctissimo Alberto Savonarolâ Divi Hieronymi fratre, nè sinè Medico ægrotaret, nàm Medico non indigebat tantus vir. Quùm per aliquot dies raucedo, atquè gravedo in Leoniceno perseverarent, & esset de salute suâ valdè solicitus bonus ille vir Albertus, nè Leonicenus has affectiones curandas putaret, hunc Aphorismum illi retulit: Gravedines, & raucedines in valdè Senibus coctionem non admittunt; Quem audiens Leonicenus subrisit, inquiens: Parce, mi Alberte, Hippocratis Aphorismum non intelligis; quippè verus non est in viro Medico: Et ità certè fuit, nam vir (quòd mirum est) tantâ ætate ingravescens solâ victus ratione observatâ, à raucedine, & gravedine evasit, talis enim erat sui victus ratio. Nunquàm abstinuit à carne, nunquàm à pinguissimo capi jure, nunquàm à vino, quod & dulcissimum simùl, & potentissimum bibebat, & sanitati restitutus est: Dicebatque, hoc genus victus esse, illi ætati proprium, & à quo si declinet, potiùs periclitari, quàm juvari. Immò Medicos illos deliros vocabat, qui in tàm ingravescente ætate carnes, jura, atquè vinum probibeant, si modicè sumantur, sit quodcunque ægritudinis genus, quo ille afficiatur.

Ex his autèm patet, Albertum nostrum initio Sæculi XVI. floruisse.

FRANCISCUS SILVESTRI Ferrariensis, Ordin. Prædicatorum, Philosophus, Theologus, ac Orator præclarissimus, qui fuit totius Ordinis sui Generalis, *Il Ferrarese*, *communitèr appellatus*: Edidit *Commentaria supèr Summam D. Thomæ contrà Gentes*, opus doctissimum, ac nitidissimum, quod Cardinalis Cajetani Commentariis longè præfertur; Item: *Quæstiones supèr Physicam: Quæstiones in universam Logicam: Supèr Librum de Animâ: Vitam B. Hosannæ de Mantuâ Monialis, in sex libros divisam: Orationes varias*, & alia. De eo Ferdinandus Ughelli, *Italia sacr. Tom. 2.*, Libanori, *part. 3. fol. 96.*, Possevini, *Apparat. sacr. Tom. 1.*, qui etiàm Silvestri nostrum *Opusculum de Evangelicâ libertate, adversùs recentes Calumniatores* edidisse scribit, & alii plures.

HERCULES STROZZA Ferrariensis, Titi Vespasiani filius, ipse etiàm Latinus Poeta præclarissimus: Hic, in florenti adhùc æta-

ætate ab ignoto Sicario interfectus est, maximâ Litterarii Orbis jacturâ, nàm uberiores ingenii sui nobilissimi, limatioresque fructus reliquisset: Mirum, quod ipse, se juvenem moriturum, ac sua inemendata relicturum vaticinatus fuerit, *in Elegiis duabus*, unâ scilicèt *in Libro 1. Amorum*, aliâ *in 2.* Herculis nostri *Carmina*, unâ cum *Carminibus* Titi patris impressa sunt per Aldum Manutio, magnoque in prætio habentur. Videas Paulum Giovio, *in Herculis nostri Elogio*, Gaddi, *de Scriptoribus non Ecclesiasticis*, Augustinum Superbi, *Apparato degli Uomini Illustri di Ferrara*, ac alios.

ALEXANDER SACRATO Ferrariensis, Eques eruditissimus, qui *Vitam Herculis I. Ferrariæ Ducis* elegantèr scripsit; Guarini, *Chiese*, *libr. 3.* Citatur autèm prædictum Alexandri opus à Jo: Baptistâ Pigna, *Histor. Estense*, *libr. 8. fol. m. 626.*

ALEXANDER à SOLE Ferrariensis, Grammaticus insignis, Orbi notissimus, qui edidit *Grammatices rudimenta*, opus universale, mole quidèm exiguum, sed utilimum, quod tironum omnium latinæ grammatices assiduè teritur.

GASPAR SARDI Ferrariensis, Legum Doctor, Philosophus, Historicus, Orator, ac Poeta egregius: Edidit: *La Storia della Casa Estense, e della Città di Ferrara*: *Un Libro di Lettere*: *Un piciolo Commentario della Filosofia*, & alia. Superbi, *Apparat. part. 2. fol.* 89. Memoratur etiàm Sardi noster à Lilio Gregorio Giraldi, *in Dialogo 2. Poetar. suorum temporum*.

FABRITIUS SARACENO Ferrariensis, Poeta Italicus, cujus queddam *Lyrica* habemus, *in Templo Joannæ Aragoniæ*: Floruit circà dimidium Sæculi XVI. Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia*, *volum. 4. libr. 2. centur. 5. n. 68.*

HORATIUS SALICINI Ferrariensis, Carmelita, Theologus, Philosophus, ac Poeta celebris. Antequàm Carmelitarum Ordinem ingrederetur, edidit: *I soggetti Poetici*, in eodem verò professus, Carmina quotquot elucubraverat, honesta quamvìs, combussit. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part. 3. fol. 216.*

BAPTISTA SARACCA Ferrarienſis, Herculis II. Ferrariæ Ducis à Secretis, nonnulliſque ad magnos Principes Legationibus egregiè perfunctus: Multiplicis doctrinæ vir fuit, & in Poeſi, Latinâ præſertìm excelluit, quapropter à Lilio Giraldi noſtro, *in* 1., *&* 2. *Dialog. Poetar. ſuorum temporum* memorari promeruit. Hieronymus Phaleti noſter eidem *Libellum VI. Carminum ſuorum Latinorum*, quæ impreſſa Ferrariæ prodiere, inſcripſit, hoc Epigrammate:

Qui tuus eſt animo, tuus eſt qui pectore totus,
Et qui devinctus tempus in omne tibi eſt,
Hoc tibi dat munus, parvum licèt accipe, magna
Munera miſſurus, ſi licuiſſet, eram;
Non licuit, quoniàm prohibebat ruſtica Muſa,
Quæque illi è rivo paupere vena fluit.

In eodem Libello VI. leguntur etiàm quæddam Baptiſtæ noſtri *Carmina ad Phaleti prædictum*, præſertìm hoc, quod ſequitur Tetraſticon:

Tu Phalete ornas, facis & me carmine lætum,
Eximis & læthо nomen & ipſe meum;
Omne ævum vivas felix; te vivere juſtum eſt,
Qui fallis læthum, cunctaque læta facis.

PAULUS SACRATO Ferrarienſis, generis ſplendore, & Divinarum, Humanarumque Litterarum ornamentis præclariſſimus: Edidit *Epiſtolarum Familiarium* (elegantiſſimæ, ac latiniſſimæ ſunt) *Libros duos: Pareneſim ad Parochos*: *Supèr Geneſim librum unum: In Pſalmos Davidicos librum* 1.: *In Epiſtolam Canonicam B. Jacobi Apoſtoli librum* 1.: *Offitium Sancti Georgii Martiris Protectoris noſtri*, quòd vidimus Ferrariæ editum per Franciſcum Suzzi anno 1623., & alia. Is etiàm creditur, qui *Ferrariæ Annales* conſcripſit, qui dicuntur Mutinæ in Eſtenſi Bibliothecâ ſervari. Litteratorum ævi ſui, & meritò Paulus exiſtimationem ſibi conciliavit, ac intèr cæteros, Marci Antonii Mureti, qui ad eundem *Epiſtolas* dedit. Laudatur autèm Sacrato ab Auguſtino Superbi, *Apparato degli Uomini Illuſtr. di Ferrara*, ac aliis.

LAO-

LAOMEDON SACRATO Ferrarienſis, Juriſconſultus celebris, qui Sæculo XVI. floruit. Wolfgangus Freymonio, *in ſuo Scriptorum Juris Utriuſque Elencho, pag. m. 11.*, *Lecturas ſuper Titul. Inſtitut. de Actionibus* eum reliquiſſe refert, quòd in Almâ Univerſitate noſtrâ eundem docuiſſe conjecturam facit; sèd cùm id certò non conſtet, intèr Studii Lectores minimè recenſuimus.

HIERONYMUS SORBOLI de Bagnacavallo, Ferrarienſis Ducatus, Philoſophus, Medicus, ac Italicus Poeta celebris, qui conſcripſit Paſtoralem fabulam, nuncupatam *La Celeſtina*: *Le Rime Spirituali*, &: *Alcuni Capitoli Bernieſchi*; hæc autèm poſtrema edita reperiuntur *in part. 3. Collectaneæ Delle Rime piacevoli di diverſi Auttori*.

FRANCISCUS dal SOLE Ferrarienſis, è Galliâ oriundus, Grammaticus, Rhetor, Poeta, Arithmeticus, Coſmographus, Aſtronomus, ac Mathematicus excellentiſſimus: Edidit: *Inſtruzioni, e Regole ſopra il fondamento delle alme Scientie d'Abbaco, Arithmetica, Geometria, Coſmografia, & Mathematica*; opus compendioſum quidèm, sèd pulcherrimum, ac captu facillimum, quod ab Auctore, Alphunſo II. Ferrariæ Duci V. dicatum eſt, Ferrariæque impreſſum fuit per Franciſcum Roſſi de Valentiâ. Elegantiſſimâ quædam latina Carmina Auctor idem libello præpoſuit, quæ hic referre lubet, ut perfectiſſimus ejuſdem guſtus innoteſcat.

Studioſis.

Has Artes teneris annis ſtudioſa Juventus
Diſcito, menſuras, quæ numeroſque docent;
Præmia namque feres ſuſcepti magna laboris,
Ad cœlum monſtrant, hæc tibi ſcripta viam,
Quâ patet immenſis ſpaciis pulcherrimus orbis
Si metas horum cernere mente voles,
Sidera vel quanam cœli regione vagentur,
Æterni curſus, quas habeantque vices.
Cur Luna involvat, cæcâ caligine Fratrem,
Cur Luna uſuram lucis, & ille neget,
Venturos etiàm caſus quæ fata gubernant,
Quas populis clades aſtra inimica ferant,
Hæc ſi noſſe voles, priùs eſt doctrina tenenda,
Quam breviter tradunt hæc elementa tibi;

Cùmque hominum mentes, quæ cœlo semina ducunt,
Errent à patriâ sede, domoque procùl,
Hæc doctrina ipsas, terrenâ mole solutas,
Cœlesti reducens rursùs in arce locat.

Aliud.

Non liber hic rigidi tractat fera prælia Martis,
Nèc canit Idaliæ furta nephanda Deæ,
Sed docet immensi superare palatia cœli,
Oraque siderei cernere sa ra Jovis,
Hunc igitùr menti tàn Tabula læta ferentem
Præ manibus teneas nocte, dieque tuis.

BERNARDINUS SERAFINI Ferrariensis, Minorita, Francischini Visdomini Ferrariensis, doctissimi ejusdem Instituti Viri, in Theologicis alumnus: Hic est, qui Præceptoris sui prædicti *Homilias anno* 1576. vulgavit, ac Julio Feltrio à Ruvere Cardinali, Ravennæ Archiepiscopo inscripsit, ut *ex Operis Nuncupatoriâ* patet.

LUCAS SCALABRINI Ferrariensis, Vir in Philosophicis, amœnioribusque studiis absolutissimus: A celebrioribus ætatis suæ Viris magnì fuisse habitum testantur *Epistolæ ad eum missæ* ab amplissimo Cardinali, ac Principe Scipione Gonzaga, quas vidimus apùd D. Joseph Antenorem Scalabrini, Gentilem suum; in illis verò elucet, quàm familiaritèr Princeps doctissimus Lucâ nostro uteretur: Sèd & immortalis Torquatus Tasso eum, doctrinæ titulo, in intimis habuit, quòd patet ex sequenti *Epistolâ*, quæ impressa cernitur *in Volum. 2. Epistolar. Familiarium Tasso prædicti, libr. 2. pag. m.* 171. Hujusmodi est.

Al Signor Luca Scalabrino.

Hò bisogno di parlarvi di molte cose, mà particolarmente perchè vorrei, che mi faceste un Sonetto in lode d'un Avvocato Milanese, il quale hà nome il Signor Bartolameo Brugnoli, bello quanto più potrete. Io n'hò fatto un altro, & al secondo non mi trovo disposto; e fà mestiero, che io compiaccia un giovane Servitore del Signor Ambasciatore, che 'l ricerca: Signor, non mi mancate per vita vostra, e se voi non potrete, fattelo fare dal Signor Horatio, che ve ne avrò molto obligo. Consolatemi della vostra presenza, e

fate,

fate, che lo gusti qualche frutto prima che passi la Stagione, e vivete felice.

Di S. Anna.

Ex hoc facilè conijci potest, Lucam nostrum in Hetruscâ Poesi plurimùm valuisse, nequè enìm Torquatus imperitum, immò nèc mediocrem Poetam, qui vices suas ageret adijsset: Latinus etiàm, & quidem elegans Poeta Scalabrini fuit, cujus *Epigramma* infrascriptum *præfixum est Opusculis Ælii Julii Crotti Cremonensis Poetæ*, Ferrariæ impress. apùd Valentem Panizza anno 1564.

Lucæ Scalabrini.

Auratos Phœbi Currus, & gemmea lora
Vix Calpe Hesperiis merserat æquoribus,
Vix somnum undoso Oceano nigrantibus alis
Attulerat nox, mortalibus & requiem,
Cùm Phœbe Endymionis Amor pulcherrima Cælo
Inflectens oculos sidereo nitidos,
Sensit Apollineas Æli te plectere cordas,
Decepta & tales reddidit ore sonos:
Crudelis Daphne, cui cedunt omnia, cur non
Cessisti, à surdis surdior æquoribus.

HORATIUS SCALABRINI Ferrariensis, Lucæ prædicti frater, ipse etiàm multæ Vir doctrinæ, & Hetruscus Poeta, cujus paritèr ad laudem militat Torquati Tasso Epistola suprà transcripta.

ALPHUNSUS SPEZZANI Ferrariensis, Theologus, Philosophus, ac Mathematicus: Opus conscripsit *In Libros 12. Metaphysicorum*. Superbi, *Apparato degli Uomini Illustri di Ferrara, part. 1. fol. 51.*

CAROLUS STROZZA Ferrariensis, Comes, intèr Institutores Publicæ Intrepidorum Academiæ meritò annumerandus: Obiit anno 1615. adhùc florenti ætate: Ejus autèm Poesis specimen cernitur, *in Oratione Bonarelli*, ut etiàm tradit *Auctor Tabulæ in fine delle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol. 570.*

AUGUSTINUS SUPERBI Ferrarienfis, Ordinis Minorum, Theologus, Philofophus, ac Hiftoricus: Quæ edidit funt: *Præcepta Aurea, ad vitæ hominum inftitutionem accomodata: Difcorfi della Origine, & Antichità di Carrara: L'Idea Angelica: Il Decacordo Spirituale: La Battaglia Spirituale: L'Apparato degli Huomini Illuftri della Città di Ferrara: Il Trionfo glorioso degli Heroi di Venetia*; in fine autèm Præfationis libri hujus, promittit etiam editionem duorum Operum, quorum titulus: *Mortalium immortale Simulacrum, præclariffimos Heroes Venetos repræfentans*, &: *Tefori Spirituali, e Temporali di Venezia Città maravigliofa*; an verò ea ediderit ignoramus: Scripfit etiam Superbi, fermone Italico paruum *Chronicon Ecclefiæ, ac Conventus S. Francifci Ferrariæ*, & eft penès Fratres Conventus prædicti. Floruit verò Auctor nofter in fine Sæculi XVI. Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 6.*

ALEXANDER SILVESTRI Ferrarienfis, unus ex Ingeniosorum Academicis, cujus Poefis fpecimen eft, *in Paftorali Fabulâ Petrocini*: Vivebat anno 1627., ut perhibet Tabula, in fine *Delle Rime Scelte dei Poeti Ferrarefi, fol. 562.*

FRANCISCUS SACRATO Ferrarienfis, Sacræ Romanæ Ecclefiæ Cardinalis ampliffimus, de cujus doctrinâ, ac virtutibus eximiis fufiùs Abbas Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 1. fol 16.* Romæ obiit anno 1623. Ex nobiliffimo hoc Sacrato genere floret nùnc Blanca Sacrato Capilupi, Marchionifsâ, Marchionis Francifci Sacrato, qui Intrepidorum Principatum geffit, filia, fuprà fœminas eruditas, cujus *Difcurfus*, ac *Hetrufca Carmina* fepè audivimus, eorumque nonnulla impreffa habemus *in ævi noftri Collectaneis*.

CAROLUS SPADAZZA de Fufignano, Ferrarienfis Ducatus, Jurifconfultus, qui edidit *Theatrum Viduile*, feù *de Viduis, & earum Privilegiis*. Libanori, *part. 3. fol. 71.*

JO. BAPTISTA SCANAROLI Ferrarienfis, Jurifconfultus infignis, Mutinenfis origine, qui fuit Sidoniæ Epifcopus: Edidit *Tractatum de Vifitatione Carcerum*. Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 145.*

NICOLA SPADONI Ferrarienfis, Auguftinianus, Theologus, Phi-

Philosophus, ac Orator: Hæc scripsit, ac respectivè edidit, scilicèt: *Studio di Curiosità, in cui si tratta di Fisonomia, Chiromanzia, e Metoposcopia: La sventurata Florinda: Gli affetti ardenti dell'Anime: Le Prediche: La Vita di S. Nicola di Tolentino: Opera di cento Cervelli, per i condiscepoli, costruita in concorso: La Caccia dello Schioppo*, & alia. (Libanori, *part. 3. fol.* 212.

AMEDEUS SACRATO Ferrariensis, Comes, Eques, in scientiis, ac amœnioribus facultatibus probè institutus: Hetruscis præsertim lusit Carminibus, quorum nonnulla habemus *in celebrioribus Italiæ Collectaneis*. Decessit ætate nostrâ. Nunc autèm vivunt Julius, ac Franciscus Marchiones ejusdem filii, Equites eruditissimi, qui in *in Oratoriâ, ac Hetruscâ. Poesi* calamum felicitèr exercent.

SCIPIO GIRALDI, olim SACRATO Ferrariensis, Marchio, Eques humanissimus, ac officiosissimus, in Oratoriâ, ac Poeticâ facultatibus exercitatus: Scripsit: *Discorsi Academici: Poesie Toscane: Poemi Drammatici*, & aliâ, sed pauca typis edita: Obiit anno 1733.

HIPPOLITUS STROZZA Ferrariensis, Comes, Eques, Poesis studiosissimus, qui *Italica Carmina* felicitèr elucubravit, ac majora spondebat, præstitissetque, nisi mors, adolescentem adhùc, mœrentibus nobis, rapuisset.

CAROLUS TROTTI Ferrariensis, Philosophus, ac Theologus, qui vixit Sæculo XIV, scripsitque Tractatum Moralem *De Multiplici Ludo*: Servatur MS. in Bibliothecâ Carmelitarum Civitatis nostræ.

EMANUEL TREMELLIO Ferrariensis, Vir Judeo patre natus, Linguæ Sanctæ peritissimus; hujus autèm in Angliâ, Hedoardo regnante, & deindè in Heidelbergensi Universitate, sub Friderico III. Professor fuit: *Veteris Testamenti versionem novam, à purioribus Hæbraicæ Linguæ fontibus erutam molitus est*, cujus laboris in partem Franciscum Junio Biturgem Hæreticum pessimum sibi Socium adjunxit: Hic verò, secutâ Emmanuelis morte, Versionem eandem edidit, pluribus tamèn additis de penu suo; sed multorum sententiâ, opus auctius, non perfectius exindè redditum.

Ità

Ità Thuanus, *libr. 71. Histor. ad annum* 1580. De Tremellio fusius Hyacintus Gimma, *Idea dell' Histor. dell' Italia Letterata, Tom. 2. cap.42. fol.* 607., ubì, illum à rectâ fidei Catholicæ normâ, quam fuerat amplexatus, aberesse, Petroque Martiri Vermilio, aliisque id genus monstris adhæsisse scribit. De eo etiàm Calmet, *in Dictionar. pag.13. columnn. 1. pag. 23. col. 2., & pag. m. 25. col. 2.*, juxtà secundam Venetam Coleti editionem.

BARBARA TORELLA STROZZA Ferrariensis, Poetria nobilissima, quæ Poetæ celeberrimi Herculis Strozzæ uxor fuit: Eo autem, nocte quaddam ab incognito Sicario, in viâ miserrimè interfecto, sequentem *Sonetto* elucubravit, quem habemus *in descriptione ejusdem Funerum*, factâ per Cœlium Calcagninum nostrum anno 1509.

Spenta è d'Amor la face, il dardo è rotto,
E l'arco, e la faretra, e ogni sua possa,
Poi ch' hà morte crudel la pianta scossa,
A la cui ombra, cheta io dormia sotto.
Deh perchè non poss' io la breve fossa
Seco entrar, dove hallo il destin condotto,
Colui che appena cinque giorni, & otto
Amor legò, pria della gran percossa?
Vorrei, col foco mio quel freddo ghiaccio
Intepidire, e rimpastar col pianto
La polve, e ravvivarla à nuova vita:
E vorrei poscia baldanzosa, e ardita
Mostrarlo à lui, che ruppe il caro laccio,
E dirgli: Amor (mostro crudel) può tanto.

CHERUBINUS TOLOMEI dall' ASSASSINO Ferrariensis, Canon. Regul. Lateranensis, Italicus Poeta, qui circà initium Sæculi XVI. floruit. Edidit opus, cui titulus: *Il Fascicolo di Mirra, in terza Rima*. Joannes Marius Crescimbeni, *Histor. della Volgar Poesia, volum. 4. libr. 2. centur. 5. n. 42.* Alii quoquè Ferrarienses intèr Lateranenses Regulares Canonicos floruere; nunc verò vivit, ac intèr cæteros eminet Donus Joseph Maria Scutellari, Philosophiæ, Theologiæ, Legalisque Scientiæ expertissimus, Latinæ Poesis amans, morumque integritate, prudentiæ maturitate, suavique comitate omnibus, præsertìm Ecclesiasticis Principibus, accep-

tis-

tissimus: Digniora intèr suos munera egregiè sustinuit, Abbatias nempè Ferrariæ, & insignem Ravennatensem *di Porto*, nèc non ad annos undecim Canonicarum Instituti sui Visitator fuit.

ALBERTUS TASSINI Ferrariensis, Latinæ Poesi felicitèr operam dedit, ut constat ex ejusdem carminibus, quæ leguntur, in sepè laudato *Fjniano MS.* apùd hæredes Favalli, *pag.* 32.

HERCULES TROTTI Ferrariensis, Eques, Alphunsi filius, à Lilio Greg. Giraldi, *in* 2. *Dialogo Poetarum suorum temporum* commemoratus: Floruit circà dimidium Sæculi XVI.

JO: BAPTISTA TOLOMEI Ferrariensis, Juris Interpres insignis Sæculi XVI., qui Sacræ Romanæ Rotæ Auditor fuit, cujusque multæ extant *Decisiones*. Superbi, *Apparato degli Uomini illustr. di Ferrara*, *par.* 1. *fol.* 14.

PHILIPPUS TOLOSANO Ferrariensis, Carmelita, Pacensis Episcopus, Theologus, ac Orator præclarus: Edidit *Sermones de Tempore*, & *Sermones de Sanctis*. Superbi, *part.* 1. *fol.* 42.

HERCULES TOMBESI Ferrariensis, Monachus Cassinensis, Theologus, Philosophus, Linguarumque Græcæ, ac Latinæ peritissimus, Raveli infulâ decoratus, qui floruit circà Sæculi XVI. dimidium: Flavium appellat Erasmus Gattula, *in suâ Cassinensi Historiâ*, *part.* 2. *Sæculi XI. cap.* 7., *Tambusium*, prò *Tombesi* vocat Ughelli, *Italia sacr. Tom.* 1. *n.* 36. *col.* 1192., & uterque errare dignoscitur circà tempus suæ in Episcopum inaugurationis, & circà nomen Pontificis inaugurantis.

CAROLUS TROTTI Ferrariensis, Bagnareæ Episcopus, Divinis, Humanisque Litteris optimè eruditus: Edidit: *De Theologiâ Scholasticâ libr.* 1.: *De Theologiâ Misticâ libr.* 1.: *De Theologiâ variâ libr.* 1.: *Concionum libr.* 1., &: *Compendium totiùs Theologiæ*. Augustinus Superbi, *Apparato degli Uomini illustr. di Ferrara*, *part.* 1. *fol.* 20.

ALPHUNSINUS TROTTI Ferrariensis, Eques Italicæ Poesis studiosus, qui post Sæculi XVI. dimidium floruit; Ejus Carmi-

minum specimina habet *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol.* 164.

PETRUS TALASSO de Figarolo, Ferrariensis Diœcesis: Italica hujus *Carmina* leguntur, post relationem quandam Marci Antonii Guarino, *impress. anno* 1609. *Rime Scelte sudette, fol.* 259. & 591.

ANDREAS TRISTANO Ferrariensis, Cathedralis Ferrariæ Benefitiatus, Poesis Italicæ cultor. Hic, anno 1591, Collectaneam *Di Rime Spirituali* sibi adornavit, quæddam autèm horum specimina habemus in Collectaneâ *Delle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni*, Ferrariæ impressâ anno 1713., *fol.* 187., & *seqq.*

CÆSAR TURCO Ferrariensis, Marchio, Intrepidorum Academicus, Italicæ Poesis amantissimus, qui decessit in ætatis flore anno 1622., nobilissimi Generis sui postremus. Quæddam ejus Carmina videas, *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol.* 570.

FULVIUS TESTI Ferrariensis, Italicus Poeta insignis, in Lyricis Pindarum, Horatiumque felicissimè æmulatus. Edidit *Le Rime, parti* 3.: *L'Isola di Alcina, Tragedia: L'Arsinda, favola Pastorale*: *L'Italia*, & alia. Antonius Libanori, *Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol.* 104.

JO: BAPTISTA ESTENSIS TASSONI Ferrariensis, Comes, Cathedralis nostræ Archipresbiter, Tenebrosorum Academicus, in Italicâ Poesi versatus: Decessit anno 1634. circitèr; ejusdem autèm Poesis specimen impressum, *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi, fol.* 308.

ALOYSIUS TASSI Ferrariensis Diœcesis Præsbiter, Ingeniosorum, ac Tenebrosorum Academicus, qui anno 1626. in vivis agebat. Poesis ejusdem specimen invenies, *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi, fol.* 292.

IGNATIUS TROTTI Ferrariensis, Poeta Italicus, qui anno 1650.

1650. Parisiis decessit Edidit autem: *Le Poesie Liriche*. Crescimbeni, *Historia della Volgar Poesia, volum. 4. libr. 3. cent. 4. n. 68.*

ALOYSIUS TOMBESI Ferrariensis, amœnioris litteraturæ, multiplicisque eruditionis vir, qui floruit circà transacti Sæculi finem: Edidit verò solutâ Oratione, itèmque Carmine: *Genetliacum Mercurii*, & *Apollinis Pæan, in Lustralibus Solemniis Ludovici Cornelii, ex Marchionibus Hippolito Bentivolo de Aragoniâ, & D. Lucretiâ Pio de Sabaudiâ*. Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol. 199.*

HERCULES TROTTI Ferrariensis, Marchio, multæ eruditionis Eques, qui etiàm Musis Italicis operam dedit, variosque *Ritbmos*, moriens reliquit, qui apùd Marchiones Trotti sunt: Obiit anno 1685.

NICOLA ESTENSIS TASSONI Ferrariensis, Comes: Italicam Poesim coluit, ejusdemque Carmina, *in pluribus ævi sui Collectaneis leguntur*: Claruit autèm circà Sæculi elapsi dimidium. *Rime Scelte dei Poeti Ferraresi, fol* 342. & 588.

ANTONIUS TOGNI Ferrariensis, Theologus, Ecclesiæ nostræ Cathedralis Canonicus, qui multa *in materiâ Sacrorum Canonum* scripsit. Decessit currenti Sæculo.

JOSEPH MARIA ESTENSIS TASSONI PRISCIANI Ferrariensis Marchio, in Equestri scientiâ, Politicâ, Oratoriâ, ac Poesi Italicâ versatus Eques, qui currenti Sæculo in Patriâ decessit: Edidit autèm *Le Ombre Politiche*, ac alia. Vivit nùnc Donus Franciscus Estensis Tassoni, Eques, de Urbe nostrà optimè meritus, quippè qui, nedùm Litteris vacat, verùm etiàm, domi Academias Sacrarum Scripturarum, Poesis, Eloquentiæ, Musicæque instituit.

ANTONIUS TIEGHI Ferrariensis, Theologus, Philosophus, ac Orator præclarus, qui vixit ætate nostrâ, & Ecclesiæ Villæ Cologna in Ferrariensi Districtu, Diœcesis tamèn Ravennatensis Archipresbiter fuit: *Orationes*, latinas præsertìm, ac alia peritè scripsit, sed nihìl eundem publici juris fecisse credimus.

JO-

JOSEPH TODESCHI Ferrarienſis, Cler. Regul. Theatinus, Theologus inſignis, morum integritate, ſalutiſque Animarum zelo comendatus: Apùd Indos Apoſtolici Miſſionarii munus, ſummâ charitate exercuit: Eum Coſimus III. Magnus Hetruriæ Dux plurimì fecit adeò, ut ab ipſo pluriès Exercitia Spiritualia ſibi præſcribi voluerit. Hoc ſæculo in Domino obiit; ſcripſit autèm *Hiſpanico ſermone*, ac ineditam apùd PP. Theatinos reliquit: *La Vida de la Virgen Maria, Madre de Dios, à Coſme de Medices Duque de Toſcana*, opus in Indorum gratiam ſcriptum. Ex hoc Regulari Clericorum Ordine floruit intèr noſtros JOSEPH MAZZOLINI Concionator eloquentiſsimus, ac zelantiſsimus, Orbi motus, nùnc vivit LUDOVICUS LANZI Theologus, Philoſophus, Orator, omnigenæque vir eruditionis.

ANTONIUS TROTTI Ferrarienſis, Marchio, Cathedralis Ferrariæ Archidiaconus, generis nobilitate, morum ſanctimoniâ, ſcientiarum ornamentis, eximiiſque animi dotibus ſatìs nunquàm comendatus: Intèr cætera, Italicus Poeta fuit, & quidèm inſignis, ne dùm ſerio Carmine, ſed & jocoſo: In hoc autèm frequentèr uſus eſt vernaculis Civium, Ruſticorum, Hæbreorumque Ferrarienſium ſermonibus; Judæos præſertìm felicitèr adeò, appoſitè, lepidèque deridet, eorumque mores exprimit, ut pulchriùs nihìl audiri poſsit: Hæc autèm, omnia ferè inedita apùd Marchiones Trotti hæredes ſunt. Poſt mortem celeberrími Cæſaris Favalli, præfuit Marchio noſter humaniſsimus Litterario Sylvæ cœtui, cui multo antè nomen dederat. Obiit verò paucis ab hìnc annis.

DOMINICUS ANTONIUS TRAVINI Ferrarienſis, Philoſophus, Medicus, Orator, ac Latinus Poeta inſignis: Multa, tàm *ſolutâ Oratione*, quam *Carmine* ſcripſit, ſed pauca publici Juris fecit: *Latinam ejus Eclogam*, in morte Joſeph Florentini Vaccari Gioja dedimus in primâ hujus Hiſtoriæ parte. Vivit nùnc, Travini noſtri ſtudiorum quondàm comes, Cl. V. HIERONYMUS MARTELLI Ferrarienſis, Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctor, nèc non Orator, ac Poeta Latinus, Italicuſque elegans, qui multa ſcripſit, ac ſcribit, ſed pauca, uſquè in hanc diem edidit: Diù Firmanæ Urbis fuit, nùnc Fulginatenſis Primarius eſt Medicus.

S. CAT-

S. CATTARINA VEGRI, Joanne Vegri Nobili Ferrariæ Cive nata, Virgo sanctissima, itèmque doctissima, ac præcipuum Patriæ nostræ decus: Conscripsit: *Rosarium antiquum, & devotum Beatissimæ Matris Dei*, &: *Le Armi necessarie alla Battaglia Spirituale*. Libanori, *Ferrara d'Oro, part. 3. fol.* 73.

UGOLINUS de Ferrariâ, Ordinis Minorum: Librum edidit *supèr Evangelia*, & *Epistolas totius anni*. Lucas Uvadingo, *in Historiâ Seraphici Ordinis, pag.* 179., & Guarini, *Chiese di Ferrara, libr.* 4.

JO: MARIA VELMATIO de Bagnacavallo, Ferrariensis Ducatus, Philosophus, Theologus, ac Latinus Poeta: Venetiis typis dedit, anno 1538. *Christeidos, Poema, Heroico Carmine, sivè Novi, Veterisque Testamenti Opus, libris decem distinctum*, nèc non *Actuum Apostolorum Libros* 5, quæ omnia Scholiis etiàm Auctor ipse illustravit. Lilius Greg. Giraldi, *in Dialogo 2. Poetarum suorum temporum*.

JO: FRANCISCUS VILLAFORA Ferrariensis, Latinus Poeta elegans Sæculi XVI., cujus ingenii specimen habemus in sepè laudato *Finiano MS. Codice*, apùd Hæredes Favalli.

JO: MARIA VERATO Ferrariensis, Carmelita, Theologus, Philosophus, Orator, Linguarumque Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, & Caldaicæ peritissimus, *Veritatis amator* nuncupatus: Multa scripsit, ediditque; hæc autèm sunt: *Disputationes adversùs Luteranos: De Fide, Operibus, & Meritis: De libero Arbitrio: De Prædestinatione: De cultu Dei, & Sanctorum: De Auriculari, & Sacramentali Confessione: De Ecclesiâ, & ejus Auctoritate: De Primatu Petri, & Sedis Apostolicæ: De Sacramento Eucharistiæ: De Purgatorio: De Indulgentiis: De Incarnatione Verbi Domini, & consonantiâ quattuor Evangelistarum: De Sermone Domini in Monte: Enarrationes, in Libros* 15. *digestæ: De Evangeliis, ab Adventu Domini usquè ad Dominicam Ressurectionis Commentaria: Itèm, à Dominicâ Ressurectionis usquè ad Adventum: Opuscula varia: De Christianâ Militiâ adversùs Carnem, Diabolum, & Mundum: De Justificatione: De Gratiâ, & Libero Arbitrio: De Duplici Purgatorio, in hoc sæculo, & in futuro: De Suffragiis Defunctorum: Commentaria ad documenta Platonis*; & alia multa, omnia in sex Tomos distributa, de

qui-

quibus Antonius Possevini, *in Sacri Apparatus Tomo* 2. Obiit Verato in Patriâ, die 20. Julii 1553. De eo autèm Jo: Andreas Quenstedt, *in Dialogo de Patriis illustrium Virorum*, *pag. m.* 335., Superbi, *Apparato*, *part.* 1. *fol.* 43., & alii.

HIERONYMUS VERATO Ferrariensis, Ordinis Minorum, Theologus, ac Orator præclarus Sæculi XVI. Scripsit: *Un Volume di Prediche diverse*: *Un Volume di Prediche per la Quaresima*: *Un Compendio di diverse introduzioni*: *Una Tavola di diverse materie predicabili*, & alia. Superbi, *Apparato degli Uomini illustri di Ferrara*, *part.* 1. *fol.* 32.

JO: BAPTISTA VERATO Ferrariensis, Sæculi XVI. Histrio eruditissimus, qui scripsit *Le Regole, per acconciamente rappresentare in Teatro le Azioni Umane*: Hujus autèm sub nomine prodiit *La Difesa fatta dal Cavallier Gio: Battista Guarino del suo Pastor Fido, invidiosamente calunniato da Giason de Nores*. Magna Verato nostri laus est, immortalis Torquati Tasso hoc Italico Epigrammate in morte laudari promeruisse.

Giace il Verato quì, che in real veste
Superbo, od in servil habito avvolto,
Nel proprio aspetto, ò sotto finto volto,
Come volle, sembrò Davo, ò Tieste.
Se pianse, risonò funebri, e meste
Voci, lagrimò seco il popol folto,
La dura cena, e'n dietro il Sol rivolto
Parve, ed in nubi ascoso atre, e funeste.
Se rise, riser seco i bei notturni
Teatri de gli scherzi, e de le frodi,
Et insieme ammiraro il Mastro, e l'Arte.
Hor le Scene bramar, bramar le carte
Sembran l'alta sua voce, e i dolci modi,
E sdegnar altro piè Socchi, e Cotturni.

Obiit Verato in Patriâ, die 15. Martii 1589., & sepultus est in Ecclesiâ S. Spiritus, ut constat *ex Libris Offitii Notarii Bullettarum*. Laudatur etiàm Verato à Marco Ant. Guarini, *Chiese*, *libr.* 5. *fol.* 355., ab Ant. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 60., ac ab aliis.

DO-

DOMINICUS VECCHI Ferrarienfis, Ord. Prædicatorum: Tragædiam fcripfit, nuncupatam *Abramo*, quæ Ferrariæ MS. fervatur. Auctoris ejufdem *MS. Dramma*, italico Carmine elaboratum, cui titulus: *Reffurezione di Crifto*, apùd fe habet Cl. V. Egidius dalla Fabra. Ex Cognominis identitate, præcipuâque in Ferrarienfes dilectione, & fortafsè etiàm antiquæ Originis titulo FRANCISCUM VECCHI Mutinenfem, viventem, Soc. Jefu Præsbiterum intèr noftros recenfere liceat; hic autèm Rhetor, Poeta, Philofophus, Theologus, ac Concionator egregius.

CAMILLUS dalla VALLE Ferrarienfis, Poefis Italicæ ftudiofus, qui circà Sæculi XVI. dimidium floruit: Scripfit verò Paftoralem Eclogam, *La Fillide* nuncupatam, quæ Ferrariæ anno 1584. edita eft.

THOMAS del VECCHIO Ferrarienfis, Armorum, ac Litterarum, Poefis Italicæ præfertìm profeffor: Ejus *Carmina* leguntur in aliàs laudatâ *Sanctis Pafti Collectaneâ*; vivebat autèm Thomas in fine anteacti Sæculi. *Rime Scelte dei Poeti Ferrarefi, fol.* 215. & 592.

JO: ANT. VANDALI de Bagnacavallo Ferrar. Ducatus, Italicus Poeta elegans, Torquati Taffo amicus: Ejufdem *Rithmorum* fpecimina videre eft, *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferrarefi, fol.* 139. e 140.

FRANCISCUS VENIERI de Bondeno, Ferrarienf. Diœcefis: Quæddam hujus Carmina legere eft pòft *relationem Translationis Imaginis Deiparæ Virginis, in Terrâ Figaroli*, à Marco Ant. Guarini fcriptam. Vide etiàm *Le Rime Scelte dei Poeti Ferrar. fol.* 254. e 576.

DONUS JOSEPH VARANO de Camerino Ferrarienfis, ex Familiâ nobiliffimâ Dominorum olìm Camerini Ducum Eques admodùm eruditus: Edidit *Un Volume di Poefie Italiane*. De eo Crefcimbeni, *Volgar Poefia, volum.* 3. *libr.* 4. *n.* 85.

DONUS HERCULES VARANO de Camerino Ferrarienfis, Jofeph prædicti filius, Poeta Italicus, qui deceffit hoc Sæculo. Nùnc verò Litteratorum nobiliffimi Generis abbundè jacturam reparat Donus Alphunfus vivens, Eques, in Philofophiâ, Oratoriâ, ac Poefi, Hetrufcâ præfertìm excellens; hìc enìm fcripfit, & fcribit *Orazioni*: *Difcorfi Academici*: *Tragedie*: *Canzoni*: *Capitoli*: *Sonetti*, & alia; horum autèm multa videre eft impreffa *in infigniorib us ævi noftri Collectaneis*.

HANNIBAL VANDINI Ferrarienſis Latinæ Poeſi operam dedit, pluraque ſcripſit, ſed pauca admodùm, *in Collectaneis edita ſunt*. Deceſſit ætate noſtrâ.

CAJETANUS VALERIANI Ferrarienſis, J. U. Doctor, ac Hetruſcus Poeta celebris, cujus *Rhitmi*, *in variis Collectaneis* cernuntur impreſſi. Vivit Beliſarius Valeriani frater, Cathedralis noſtræ Canonicus Archidiaconus, J. U. Doctor, ac Hetruſcus Poeta: Scripſit, ac elegantèr ſcribit: *Drammi*: *Oratorii: Sonetti*: *Canzoni*: *Capitoli*: *Orazioni*, & alia; horum autèm haud pauca, Lirica præſertìm edita ſunt, *in melioribus Italiæ Collectaneis*.

DOMINICUS VENDEGHINI Ferrarienſis, Nobilis Ferrariæ Civis, Phil., ac Med. facultatibus ornatus, nèc non Italicus Poeta, jocoſus ut plurimùm, ſempèr verò argutus, ac lepidiſſimus: Fidentianis etiàm carminibus ſepè luſit, ac vernaculis haud raró ſermonibus uſus eſt, præſertìm Judæorum Civitatis noſtræ, quos probè ridiculos exhibuit. Vir ſummæ fuit humanitatis, ac in amicos, quos intèr nos poſtremo loco fuimus, offitioſiſſimus: Ejus ſcripta, nèc quidèm pauca, quæ in lucem prodire digniſſima ſunt, ab ejuſdem Hæredibus accuratè, ut par eſt, cuſtodiuntur. Obiit, cunctis mœrentibus, paucis ab hìnc annis. Poſt Viri hujus memoriam, præclari Concivis noſtri, ejuſdemque amiciſſimi ANTONII FRANCISCI TROTTI mentio incidit: Hìc floret ætate noſtrâ, & *in Oratoriâ*, ac *in Hetruſcâ Poeſi* ingenii ſui vires oſtendit.

JOSEPH FIORENTINO VACCARI GIOJA Ferrarienſis, Philoſophus, Medicus, Orator, ac Poeta præclariſſimus, quem intèr Studii Lectores Ordinarios minimè recenſuimus, eo quià locum primò vacaturum, eidem à Congregatione deſtinatum, morte præveniente, conſequi non potuit: *Multa Philoſophica* ſcripſit: Itèm & *Poemata Hetruſca* elegantiſſima, unum præcipuè *in laudem Clementis XI. P. O. M*, cujus gratiam promeruit, vertitque *unum ex Libris Poematis Italiæ Jo: Georgii Triſſino* à ſoluto in Metricum Carmen, vulgò *Ottava Rima*, ut amicis eruditiſſimis, qui Librorum aliorum Poematis ejuſdem transferendorum provinciam aſſumpſerant, obſequeretur: Hæc autèm omniâ inedita apùd ejuſdem hæredes ſunt: Deceſſit currenti Sæculo Vir noſtri amantiſſimus.

Q. ZOSIMUS Q. L. TERTULL. Grammaticus vixit in Regio-

gione nostrâ antè Christum natum; illius autèm mentio est in marmoreâ votivâ tabulâ, Silvano dicatâ, olìm in Ferrariensi Agro existente, cujus tenorem dedimus in primâ hujus Historiæ Parte.

VINCENTIUS ZACCARI Lugiensis, Ferrar. Ducatus, J.U. Doctor Sæculi XVI. Edidit *Disputationes duas*, nempè *An Clericus in Minoribus, uxoratus possit pensionem retinere*, &: *De comparatione auctoritatis delegatæ, præsertim in causâ Inquisitionis Hæreticæ pravitatis*. Freymonio *in Elench. Scriptor. Juris Utriusque, pag. m.* 104.

VINCENTIUS ZACCARI de Lugo, Ferrar. Ducatus, Ord. Prædicatorum, Theologus, Philosophus, Linguarumque Græcæ, ac Hæbraicæ peritissimus, ab aliquibus LARCHIERI cognomine appellatus: Scripsit: *Tractatus supèr Psalmos*: *Supèr Evangelium Joannis*; *Sermones per totum annum*: *Dilucidarium quattuor Prophetarum Majorum*, & alia. Leander Alberti, *Descrizione di Italia*, *ed Huomini illustri dell'Ordine Dominicano*, Libanori, *part.* 1. *fol.* 249., & Hier. Bonoli, *Histor. di Lugo*, *libr.* 3. *cap.* 23., qui Vincentio nostro non Larchieri, sed Zaccari Cognomen tribuit.

PAULUS ZERBINATO Ferrariensis, Patriæ nostræ Annalista, qui floruit Sæculo XVI. *Ejusdem MS. opus* vidimus apùd D. Joseph Antenorem Scalabrini.

ALEXANDER ZERBINATO Ferrariensis, Philosophus, Theologus, multæque eruditionis vir: Edidit: *Tractatum de Libero Arbitrio*: *Tractatum de Præscientiâ Dei*, &: *Una Lettera, dei Costumi Civili, e Nobili*. Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 14.

JACOBUS ZOVIO Ferrariensis, Philosophus, Theologusque, qui edidit: *De Jejunio librum* 1.; vixit autèm Sæculo XVI. Anton. Possevini, *Apparat. Sacr. Tom.* 2., & Superbi, *part.* 1. *fol.* 10.

HONUPHRIUS ZARABINI de Cotignolâ, Ferrar. Ducatus, Can. Regul. S. Salvatoris, Theologus, Philosophus, ac Poeta, qui floruit Sæculo XVI. Edidit autèm: *Homelie per tutto l'anno*: *Quaresimale*: *La Nobiltà Civile*, &: *Rime diverse in due Tomi*. Possevini, *Apparat. Sacr. Tom.* 2. Libanori, *part.* 3. *fol* 219., & Jo: Marius Crescimbeni, *Volgar Poesia*, *volum.* 4. *libr.* 2. *centur.* 1. *n.* 4.,

 ubì

ubì Honuphrium nostrum, in Philosophicis, à celebri Francisco Piccolomini eruditum fuisse scribit.

FRANCISCUS ZORLI de Bagnacavallo, Ferrar. Ducatus, Italicus Poeta, qui pòst dimidium Sæculi XVI. claruit. Ejus habemus Carmina *pòst Discursum de Cometis Hieronymi Sorboli*.

ANGELUS ZAMBARDO Ferrariensis, Congr. B. Petri de Pisis: *Rhitmos Italicos* varios scripsit, qui impressi leguntur *in descriptione Itineris, anno Jubilei* 1600. *Romam habiti à Confraternitate S. Job Civitatis nostræ*; eorum autèm specimina nonnulla habemus, *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni, fol.* 239.

ALOYSIUS ZERBINATI Ferrariensis, Vir Armorum professor, sèd in juventute, Italicæ Poesis studiosus: Ejusdem specimina videas *in Rhitmis Galeatii Gualenghi, in Oratione Bonarelli*, ac etiàm *Nelle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi, fol.* 274.

HIERONYMUS ZAMBOTTO Ferrariensis, Societatis Jesu, Theologus, Philosophus, Astrologus, ac Orator insignis: Hic, ut Serenissimo Mutinæ Duci morem gereret, scripsit *Sermones Astrologicos*. Libanori, *Ferrara d' Oro, part.* 3. *fol.* 171.


JOSEPH ZAGAGLIA Ferrariensis, Carmelita Congr. Mantuæ, Philosophus, Theologusque celeberrimus, Ordinisque sui splendor, qui *doctissima Commentaria in Joannem Bacconi*, Carmeliticæ Scholæ Antesignanum scripsit: Eorundem, vivens edidit *Tomos sex, in folio*; ejusdem verò secutâ morte, *Tomos septimum, ac octavum typis dedit Jo: Baptista Vertua Ferrariensis*, præfatæ Congregationis Exvicarius Generalis: Pro Operis magni complememo *Tomus nonus* editionem expectat: Hæc Zagaglia nostri *Commentaria* maximam sibi in toto Carmelitarum Ordine auctoritatem vindicant. Obiit in Patriâ senex admodùm initio currentis Sæculi, ejusdemque perennitati Statua, cùm Elogio, in primo Conventus nostri S. Pauli Claustro excitata.



ALMI FERRARIENSIS GYMNASIJ HISTORIA.

PARS SECUNDA.

LIBER QUINTUS.



UM Architecturæ, Sculpturæ, Picturæ, Musicæ, aliæque nobiles id genus Artes, quæ Scientiis proximè accedunt, in nostrâ Civitate floruerint, ac in dies floreant, Ferrariensibus qui in eisdem excelluerunt, hunc postremum Historiæ Librum reservavimus: Eorum itaquè aliquos (omnes enim nequaquàm possumus) Tibi, Lector, exhibebimus, juxtà Alphabeti ordinem, nonnihil etiàm de singulorum laudibus, operibusque subnectendo: Hoc autèm eò lubentiùs aggredimur, ut ex nostris nonnullos, quos aliqui Urbibus aliis minùs verè asseruerunt, Ferrariæ restituamus. Eorum verò omnium (plures sunt, ac meritissimi) qui adhùc intèr vivos agunt, memoriam facere omittemus, eorumque à laudibus temperabimus,

ne, si quos, minùs quàm par sit, vèl inconsultò etiàm laudaverimus, viventem nobis invidiam comparemus.

ARCHITECTI.

ANONYMI duo Ferrarienses, Architecti, in Pontibus construendis peritissimi, & præclarissimi: Hos, unà cùm Jacobo de Gozzo, Pontem extrà Papiam, supèr Ticinum egregiè construxisse, Veronæque Pontem, Navium nuncupatum, sub Principatu Canis Signorii Scaligero inchoasse, auctor est Torellus Sarayna, *Historia dei Fatti de Veronesi, lib. 2. fol. m.* 40. Floruerunt Anonymi nostri circà Sæculi XIV. dimidium.

GALASSIUS ALGHISI Ferrariensis, Architectus, ac Sculptor insignis, qui Leonelli Marchionis Estensis temporibus floruit, ac deindè Borsii Ferrariæ Ducis Romæ, Bononiæ, Veronæ, ac in Patriâ ædifitia nobilissima, ad ejus traditam normam excitata fuisse, tradit Augustinus Superbi, *Apparato degli Uomini illust. di Ferrara, part. 3. fol.* 134.

GALASSIUS ALGHISI Junior, Ferrariensis: Alphunsi II. Ferrariæ Ducis hic fuit Militaris, ac Civilis Architectus eximius: Nobilissimum typum dedit magni Palatii, quod Dux idem in Plateis Ferrariæ construi mandaverat; at Opere vix inchoato decessit Princeps, magnificumque usquè nùnc xistum videre est in Plateâ parvâ Illustrissimi Pro Legati: Edidit Galassius noster *Un Libro di Fortificazioni, con Rami.* Guarini, *Chiese libr.* 3. virum hunc in Ecclesiâ S. Mariæ à Rosâ sepultum fuisse asserit.

JO. BAPTISTA ALEOTTI Ferrariensis, ARGENTA dictus, Architectus, Hydrologus, ac Geometra præstantissimus: Multarum, tam Sacrarum, quàm Prophanarum Ædium formam tradidit, præsertim Regalis Arcis Ferrariæ, elegantissimæ Ecclesiæ B. Virginis Mariæ *della Celletta* nuncupatæ, quæ mille passibus ab Argentæ Castro distat, & Sacelli SS. Corporis Christi, in Templo D. Andreæ Ferrariæ, in quo tumulum sibi paravit, vitâque functus obtinuit: Hæc autèm edidit, videlicèt: *Moti Spiritali di Herone, dedicati ad Alfonso II. Duca di Ferrara*: *Considera-*

zioni

zioni di Architettura, e di Geometria. Ineditum verò reliquit Volumen, cui titulus: *Hydrologiâ*. De Aleotti scribunt Superbi, *Apparato degli Uomini illustr. di Ferrara*, *par*. 3. *fol*. 134., Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part*. 3. *fol*. 146., & Andreas Borsetti, *Supplemento al Compendio Historico delle Chiese di Ferrara di Marco Antonio Guarini*, *fol*. 13.

JOANNES ANTONELLI Ferrariensis, Architectus Aquarum celebris, ac intèr Prefectos Agerum Ditionis nostræ meritò assumptus. Obiit senex in currentis sæculi exordio. Nùnc ex Aquarum Præfectis intèr nos florent Jacobus Bottoni, Franciscus Mazzarelli, Joannes Baptista Benetti, Joannes Antonius dalle Monete, aliique.

AMEDEUS BONGUADAGNO Ferrariensis, antiquus, magni nominis Architectus, qui in Platearum Ferrariæ angulo, S. Pauli viam respiciente, anno 1283. sublimem ædificavit Turrim, *Dei Ribelli*, corrupto verò vocabulo, *Rigobello* nuncupatam, in quâ publicum nobilissimum Horologium, Instrumentorumque Archivium fuerat collocatum: Hæc verò Turris, fulmine tacta corruit, duobus centum septuaginta, ab ejusdem constructione elapsis annis. Guarini, *Chiese*, *part*. 3. *fol*. 87.

PETRUS BENVENUTI Ferrariensis, Herculis I. Ferrariæ Ducis celebris Architectus, qui fornicem Sacelli, pratioso Christi Sanguine, in Templo S. Mariæ in Vado aspersi integrum loco movit, ac ad eum, ubì nùnc cernitur, felicissimè transtulit. Guarini, *Chiese*, *libr*. 5.

ALEXANDER BALBI Ferrariensis, Alphunsi II. Ferrariæ Ducis Architectus insignis, qui, intèr cætera, Templi nobilissimi B. Mariæ Virginis Regii Lepidi ædificandi normam dedit. Guarini, *Chiese di Ferrara*, *libr*. 3., & Superbi, *Apparat*., *part*. 3. *fol*. 134.

GABRIEL BERTAZZOLI Ferrariensis, Philosophus, Mathematicus, Chronologus, Astronomus, Hydrologus, Architectus, Historicusque insignissimus: Ferrariâ Mantuam accitus, ut Urbem eandem, suo ingenio tutiorem, ac mercibus importan-

dis accessibiliorem redderet, nobilissimarum Gubernuli Cattaractarum auctor fuit, quibus à Pado, per Mincium, & è contrà, tutissimus Navibus transitus datus est; opus quidèm magnificum, prò quo Mantuana Civitas æternas Auctori gratias rependit in dies: Magnam quoquè Gabriel noster, Urbis prædictæ Mappam, cùm Lacubus circùm stipantibus delineavit, additis inscriptionibus quàmplurimis, etiàm antiquorum Romanorum, quæ ad ejusdem, ac Suburbiorum Historiæ illustrationem conferunt: Hæc habentur in Libro, cui titulus, *Discorso del Signor Gabriele Bertazzolo, sopra il nuovo Sostegno di Governolo, che si fà à sua proposta, stampato in Mantova, presso Aurelio, e Ludovico fratelli Osanna Stampatori Ducali, nell' anno* 1609. Liber autèm nùnc rarissimus est: Hæc eadem de Bertazzoli nostro sumpsimus *ex Epistolâ celeberrimi Dorcilii Muscatelli, Mathematici Mantuani, datâ die* 24. *Maii* 1727., quæ Ferrariæ est apùd Hæredes D. Flaminii Bertazzoli in suo Originali, & ab eodem Flaminio fuit etiàm typis edita.

JO: BAPTISTA BERTAZZOLI Ferrariensis, Gabrielis Consobrinus, Mathematicus, Geographus, ac Architectus insignis: Hìc paritèr Mantuam accitus fuit, dùmque Gabriel Gubernuli ædifitio supradicto præsideret, Quatrellarum magnam Cattaractam excogitavit, ejusdemque constructioni præfuit: Aliorum etiàm Ædifitiorum, & quidèm nobilium auctor extitit, ut videre est, *in Muscatelli Epistolâ* superiùs citatâ.

JOSEPH BALDUINI Ferrariensis, Architectus Aquarum celebris, earumque Præfectus.

GASPAR de CURTE Ferrariensis, Architectus insignis, qui anno 1513. Villam S. Martini, constructis Ageribus, adversùs Rhenum munivit.

HIERONYMUS CARPI Ferrariensis, Julii III. Pontificis Summi Architectus egregius, nec non Pictor celeberrimus, de quò infrà copiosiùs.

SIGISMUNDUS COCCAPANI Ferrariensis, Scientiæ Aquarum peritissimus, nèc non Delineator egregius: Hìc Floren-

sententiam diù incoluit, modumque Arni Fluminis impetum cohibendi sapientissimè excogitavit, eoque Mathematicis sui temporis communicato, quos intèr Galileus Galilei, omnes concordibus sententiis approbarunt.

CÆSAR CROMA Ferrariensis, in Aquarum Architecturâ celebris, unùsque ex Præfectis ad Aquas Patriæ nostræ: Obiit in præsentis Sæculi initio.

NICOLAUS BALDUINI Ferrariensis, Aquarum Architectus illustris, qui Romæ, in controversiâ Rheni adversus Bononienses, optimam Patriæ operam navavit; obiit autèm hoc anno 1735.

FRANCISCUS GIRALDINI Centensis, Ducatus Ferrariæ, Archetypus, Sculptorque excellentissimus, ut refert Joseph Maria Pannini, *Compendiosi Ragguagli di Cento*, *fog.* 47.

FRANCISCUS GUITTI Ferrariensis, Architectus egregius, Caroli Pasetti, de quo infrà, Præceptor: Fuit etiam Poeta, suâ ætate laudatus. Borsetti, *Supplement. fol.* 195., & Libanori, *part.* 3. *fol.* 71. Guitti nostri ingenio, Ecclesiam S. Mariæ à Rosâ ab antiquâ in nuperiorem elegantissimam formam redactam fuisse, tradit Borsetti idem, *fol.* 137.

ALBERTUS GNOLI Ferrariensis, Architectus, delineator, ac incisor præclarus, qui transacto proximè Sæculo floruit.

BARTHOLOMEUS GNOLI Ferrariensis, vixit Sæculo XVII. fuitque ipse etiàm Architectus, ac elegans Delineator. Huic debemus Topographiam Civitatis, ac universi Ducatus Ferrariæ, in partes plures divisam, cùm ejusdem declarationibus, parti unicuique præpositis: Typi, Auctoris manu delineati sunt, declarationes prælo impressæ anno 1646. Servatur autèm utilimum Opus hujusmodi in Secretariâ Civitatis.

JACOBUS MELEGHINI Ferrariensis, Pauli III Pont. M. Architectus insignis. Balthassare Perucci, Senense Pictore, Archetypoque eximio vitâ functo, magna Scriptorum ejusdem portio Jaco-

Jacobo nostro obtigit, teste Georgio Vasari, *part.* 3. *volum.* 1., *nella Vita del detto Petrucci*, & Guarini, *Chiese*, *fol.* 291.

BERTOLINUS de NOVARIA Ferrariensis, Nicolai III. Estensis, Ferrariæ Marchionis Architectus celeberrimus, cujus typi opus est Castrum S. Michaelis, circà annum 1390., in Plateis Ferrariæ à fundamentis excitatum, quo augustius nihil, pulcriusvè in Italiâ cerni potest: Tedaldi etiàm, ac quotquot in Estensium imperio Arces erant Bertolinus reparator fuit, quas, novis additis munimentis, tutiores reddidit. Sed de hoc fusiùs Guarini, *Chiese*, *libr.* 3. *fol.* 187. & 252., ubì Bertolini nostri Familiam *Plota* denominatam fuisse scribit.

HIPPOLITUS NIGRISOLI Ferrariensis, Mathematicarum, præsertìm scientiæ fluminum, peritissimus, quapropter à Clemente IX. Romam accitus, ut Tybridis damna cohiberet, undè muneribus cumulatus in Patriam rediit. Andreas Borsetti, *Supplem. Historico alle Chiese di Ferrara del Guarini*, *fol.* 244.

CAROLUS PASETTI Ferrariensis, Vir in Architecturâ Civili, Militari, Aquariâ, ac in Geometriâ insignis: Non tantùm in Patriâ claruit, sed etiàm in universâ Italiâ, ac extrà. Viennæ, Leopoldo Austriaco Imperatore regnante, Theatra nobilissima efformavit, Machinisque Terrestribus, ac Aereis decoravit, quapropter magnum ad posteros nomen transmisit. Libanori, *part.* 3. *fol.* 71., ubì alia plura Pasetti nostri Opera fusiùs enumerantur.

BARTHOLOMEUS PICCHIATI Ferrariensis, Architectus Civilis, & quidèm insignis, magnum sibi, præsertìm in Neapolitanâ Urbe, in quâ diù constitit, nomen adeptus: Illìc nè dùm Civitatis illius nobilissimæ, verùm etiàm Regni totius Architectorum princeps declaratus, Vias, Plateas, Theatra, Templa construi de novo, juxtà normam ab eo traditam vidit, plura etiàm, tàm publica, quàm privata ædificia reformavit, ut fusiùs scriptum reliquit Libanori noster, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 148.

FRANCISCUS PIRETI Ferrariensis, Architectus, Caroli Pasetti discipulus: Farnesiorum Parmæ Ducum servitium am-

amplexus est; ibidèmque multa instituti sui opera egregiè promsit.

FRANCISCUS ANTONIUS PICHIATI Ferrariensis, in Civili, ac Militari Architecturâ celeberrimus, Bartholomei, de quo suprà, filius, ipse etiàm Neapolis, ac Regni Neapolitani, mortuo patre, Architectorum primarius, ac patre ipso excellentior, ut testantur Ædificia nobilissima, juxtà normam, ab ipso præscriptam, in Neapolitanâ Urbe excitata: Horum autèm præcipua sunt, Templa D. Augustini Majoris, Providentiæ, Misericordiæ, Divini Amoris, S. Crucis de Luccâ, D. Francisci Xaverii, & alia. Libanori, *part.* 3. *fol.* 149., & Joseph Mormilli, *Descrizione della Città di Napoli*.

ALBERTUS PENNA Ferrariensis, Eques, Patriæ amantissimus, Judicis Sapientum munere egregiè perfunctus: Multùm in scientiâ Aquarum valuit, multa scripsit, multaque collegit circà celebrem Rheni causam, quæ in Archivio Communitatis nostræ sunt: Vixit autèm elapso proximè sæculo, moriensque Collegium Penna fundari jussit.

BLASIUS ROSSETTI Ferrariensis, Architectus nobilissimus, immò languentis Architecturæ instaurator, ut habetur *in Elogio ejusdem Sepulchri*, *in Templo D. Andreæ Ferrariæ*: Rossetti nostri consilio, operâque usus Hercules I. Dux, in magnificâ Chori Cathedralis Ferrariæ constructione, pulcherrimâque Urbi veteri adiectione factâ. Guarini, *Chiese*, *lib.* 1. & 5.

HIERONYMUS ROSSETTI Ferrariensis, Comes, nobilis genere, in Aquarum Architecturâ excellentissimus, quâ in scientiâ Carolus Pasetti ab eo instrui promeruit. Libanori, *part.* 3. *fol.* 71. & 72.

FRANCISCUS ROSSETTI Ferrariensis, Marchio, Eques, in Aquarum Architecturâ peritissimus, Patriæque in rebus gerendis, administrandisve, si quis alius, accuratissimus, quapropter eidem pluriès Judicis Sapientum dignitas collata: Scientiarum quoquè, & Bonarum Litterarum Sectator fuit: Obiit autèm in Sæculi currentis exordio.

L. SER-

L. SERGIUS L. L. CYPARISS. Mensor, ante Christum natum Regionem nostram illustravit: De hoc autèm mentio *in Marmoreâ votivâ Tabulâ*, in Agro Ferrariensi repertâ, quam edidimus in exordio primæ partis Historiæ nostræ.

SIGISMUNDUS SCARSELLA, Mondino appellatus, Ferrariensis, Pictor insignis, nèc non Architecturæ peritissimus, de quo infrà fusiùs aliquantulùm sermo erit.

SERDINUS SERDINI Ferrariensis, Oppizzonis Marchionis Estensis, Ferrariæ Domini Cubicularius: Primæ Navis, cui nomen: *Buccentoro*, excogitator fuit. Guarini, *Chiese di Ferrara*, *libr.* 4. *fol.* 198.

ALBERTUS SCHIATTI Ferrariensis, Architectus egregius, quo dirigente, Templum D. Georgii, extrà Muros ab antiquâ in nuperriorem formam redactum est, anno 1581., ut refert Guarini, *Chiese*, *libr.* 6. *fol.* 391., Superbi verò, *Apparat. part.* 3. *fol.* 134. Alberti nostri Architecturæ tribuit etiàm Domum Infantium Expositorum, Templa D. Pauli, & PP. Societatis Jesu, Palatia olìm Familiæ Fiumi, nùnc Gregori, in Viâ S. Spiritus, Familiæ Cicognari, in Viâ S. Francisci, aliaque Ferrariæ ædificia admodùm elegantia.

TERTIUS TERZI Ferrariensis, sub Hercule II. Ferrariæ Duce Ducalis Cameræ Architectus, ut apparet *in Libro Memoriali anni* 1542. *pag.* 36.

JACOBUS TAGLIAPIETRA Ferrariensis, an Cognominis, an verò Artis ratione sìc fuerit nuncupatus ignoramus; nàm Ferrariæ quondàm extitit nobilis Familia Tagliapietra, ex quâ oriundus Franciscus, Eques, Nicolai II. Estensis, cognomento *il Zoppo*, Ferrariæ Domini Referendarius, qui anno 1382. sepultus est in Ecclesiâ Cathedrali, ut refert Guarini, *Compend. Historic. delle Chiese di Ferrara*, *libr.* 1., apùd quem habemus etiàm Epitaphium ipsius tumulo incisum: Quidquid sit, Jacobus hic noster nobilissimam Cathedralis prædictæ Campanariam Turrim, anno 1498. erexit, sectisque marmoribus vestivit, usquè ad locum Nolarum. De hac ædificandâ Instrumentum præcesserat

rat anno 1490. rogitu Nicolai Zerbinato, publici Ferrariæ Notarii.

UGUTIO de Bondeno Ferrarienfis, Architectus Machinarum peritiffimus, qui floruit circà finem Sæculi XV. Hic anno 1499. Nolam majorem Cathedralis Ferrariæ à folo ufquè ad fummum nobiliffimæ Turris Campanariæ facilimè, citiffimèque, fcilicèt in quartâ horæ unius parte, traxit, ut referunt Annaliftæ noftri.

FRANCISCUS VACCHI Ferrarienfis, in Architecturâ Militari, & Civili, ac in Hydroftaticâ admodùm peritus: Floruit circà dimidium Sæculi proximè elapfi. Libanori, *part.* 3. *fol.* 71.

ROBERTUS UBALDINI Ferrarienfis, in Architecturâ Aquarum, ac Civili peritiffimus.

ROMUALDUS VALERIANI Ferrarienfis, Architectus Aquarum præclariffimus, doctrinâ, morum integritate, fideque in Patriam, de quâ centiès optimè meruit, celeberrimus: Hic ftrenuiffimam, prò Republicâ noftrâ, adversùs Bononienfes navavit operam, in Rheni causâ, Romæ, Bononiæ, Ravennæ, Faventiæ, alibique, tùm verbis, cùm fcriptis impigrè decertando: In utroque autèm mirâ pollebat facilitate, nitidifque, ac propriis fcientiæ Aquarum dicendi, fcribendive formulis utebatur, ità ut, quod ipfe mente conceperat, aliis feliciffimè fignificaret: Multa fcripfit, præfertìm in prædictâ, Rheni controverfiâ, pauca verò typis mandata funt, nec ea fuere umquàm in unum collecta: Finium noftrorum Judex fuit Valeriani, unufque ex Præfectis Aquarum, quos vulgò *Giudici di Argine* appellamus, quo in munere, ut vigilantèr fe gefferit, Ferrarienfes norunt; nullum enim umquàm in iis Ditionis noftræ locis, quæ ejufdem curæ commiffa funt, infortunium accidit, quamvìs eidem ut plurimùm cùm Rheno, Padoque fuerit colluctandum. Obiit paucis ab hìnc annis.

STA-

STATUARII, SCULPTORES, CÆLATORES, PICTORES, MINIATORES, SCRIPTORES, aliique id genus Artifices.

JOANNES ALIGHIERI Ferrarienſis, Monachus, Miniator antiquus: Ferrariæ, in Bibliothecâ Carmelitarum D. Pauli extat vetuſtus MS. Codex Virgilii Eneadum in membranis exaratus, cùm Miniaturis Joannis prædicti, anno 1198. confectis: Hæ Sæculi ruditatem redolent, colores tamèn, & aurum, quibus diſtinguuntur, vividiſſimi: Sed de hoc fuſiùs infrà, cùm de Gelaxio Pictore ſermo erit.

ANTONIUS de Ferrariâ Senior, Pictor antiquus, ſuâ ætate inſignis, qui anno 1394. Tabulam, quæ erat ſupèr Aram majorem Cathedralis Ferrariæ pinxit, ut *in Annalibus noſtris Jacobus de Marano* teſtatur.

GALASSIUS ALGHISI Ferrarienſis, Pictorum, qui ſuâ ætate floruere facilè princeps, Nicolai Aretini Sculptoris, cujus imaginem nativis coloribus efformavit, amiciſſimus: Is, in Bononiæ Suburbiis, concurrentibus Chriſtophoro de Ferrariâ Convive ſuo, & Jacobo, ac Simone Bononienſibus, ſummâ cùm laude pinxit; claruit autèm poſt Sæculi XIV. dimidium; Hìc, ad Patriæ noſtræ decus, notandum, Alghiſi noſtrum, Bononienſem Picturæ Scholam, vèl auſpicaſſe, vèl in meliùs reformaſſe ſaltèm, quòd à Nationis ejuſdem Scriptoribus haùd negatur: Non parùm debet Pictoribus noſtris Chriſtophoro prædicto, Herculi Grandi, & Laurentio Coſta Bononienſis Schola, nàm ibidèm inelegantem, ſiccumque, qui tùnc obtinebat, pingendi modum repudiarunt, melioriſque artis præceptores fuere: De Galaſſio videas apùd Malvaſia, *Felſina Pittrice, part. 2. ne la Vita di Nicolò Aretino*, Orlandi, *Abeced. Pittorico*, & Guarini, *Chieſe di Ferrara, libr. 4.*, ubì Galaſſium, in Eccleſiâ Parocchiali S. Gregorii Civitatis noſtræ tumulatum fuiſſe, tradit.

ALOYSIUS ANICHINI, ſeù NICHINI Ferrarienſis, celeberrimus prætioſorum Lapidum, vulgò *Camei* Sculptor, ac Inciſor:

for: Floruit in fine Sæculi XV., Venetiisque diù versatus est, dùm Romæ Joannes Baptista Mantuanus, Januæ Jacobus Tagliacarne, & Mediolani Leonardus Mediolanensis ejusdem professionis Artifices in pretio essent; Anichini verò omnes ævi sui Magistros facilè superavit. De eo videas Leonardum Pisaurensem, *in Speculo Lapidum*, *libr.* 3., & Vasari, *Vite dei Pittori*, *part.* 3. *volum.* 1. De Anichini nostro etiàm multâ cùm laude scribit Nicolaus Liburnio, *Sylvâ* 7.

MARCUS delli AMBROSI, MELOZZO dictus, Ferrariensis: Hunc Foroliviensem communitèr appellari scimus; nos Ferrariensem diximus, Leonardi Pisaurensis testimonio innixi, qui *in suo Speculo Lapidum*, *libr.* 3. eum Patriæ nostræ asserit, nèc facilè hallucinari potuisse credimus, cùm Marci nostri ætate vixerit, ac ipsius Patriam (parùm enim Pisaurum Forolivio distat) certè scire potuerit. Cæterùm Melozzo nullis pepercit laboribus, ut pingendi artem disceret, donèc voti compos factus adeò, ut Pictoris celeberrimi nomen promeruerit: Illum autèm, unâ cùm Petro Burgense, artem geometricis, artitmetricis, perspectivisque regulis pingendi primùm instituisse, scribit Leonardus, *loco*, *suprà citat.* Romæ, in Suggestu Apostolorum, pulcherrimum Opus Melozzo nostri conspici, tradidit Orlandi, *Abeced. Pittorico.*

ANTONIUS de Ferrariâ Junior, præclarus Pictor, Angeli Gaddi discipulus, qui circà initium Sæculi XVI. excelluit: Multa Urbini, ac in Civitate Castellanâ eum pinxisse, tradit Georgius Vasari, *Vite dei Pittori*, *part.* 1. *fol. m.* 114., & Orlandi, *Abeced. Pittorico.*

ANTONIUS ALBERTI Ferrariensis, quem intèr Pictores laudat, in Pictorum Vitis Georgius Vasari, itemque Marcus Antonius Guarini, *Compendio Historico delle Chiese di Ferrara*, *libr.* 5.

GALASSIUS ALGHISI Ferrariensis, Sculptor, ac Architectus insignis, de quo intèr Architectos sermonem habuimus.

JOSEPH AVVANZI Ferrariensis, præclarus ætate nostrâ Pictor fuit, qui multa in Patriâ pinxit, Tabulasque magnas conduxit

duxit, ac facilè absolvit: Intèr meliora ejusdem opera recensemus Visitationem S. Helisabet, in Ecclesiâ D. Joseph Augustinianorum Excalceatorum, S. Joannis Baptistæ Decollationem in Chartusianorum Templo, ac Fornicem Ecclesiæ D. Caroli, recenti albario pictum.

HECTOR BONACOSSA Ferrariensis, antiquus Pictor, cujus manù extabat imago B. Virginis Mariæ, cùm puero Jesu, in pariete Ecclesiæ Cathedralis: Hæc autèm, ætate nostrâ deleta est, ocasione reductionis Ecclesiæ ejusdem in formam nuperiorem: Sub Imagine Auctor scripserat: *Hector de Bonacossis pinxit* 1448. De hoc Hieronymus Baruffaldi, *Historia di Ferrara, libr.* 5. *fol.* 254.

BENEDICTUS de Ferrariâ, Pictor præclarus, qui, Hieronymo de Cotignolâ concurrente, Romæ pinxit. Georgius Vasari, *Vite dei Pittori, part.* 3. *volum.* 1., *soto la Vita di Bartolomeo dà Bagnacavallo.*

GABRIEL BONAZZOLI Ferrariensis, Gabriellotto nuncupatus: Pictor fuit, qui initio Sæculi XVI. nobilissimum Equitem Titum Vespasianum Strozza Sapientum Judicem, intèr Latinos Poetas celeberrimum pinxit in Choro Oratorii Suburbani S. Mariæ Salicis, *Della Schiappa*, vulgò nuncupati, quod sub Titi prædicti Regimine constructum est ære Publico, ut patet *in Libris Memorialium*, sivè Rationum Civitatis Ferrariæ; Pictura verò adhùc subsistit.

JOANNES BELLINI Ferrariensis, Pictor celebris, quem à Veneto alterum, & Benedicti Codi Præceptorem fuisse asserit Marcus Ant. Guarini, *Chiese di Ferrara, libr.* 5. *fol.* 359.

JO: BAPTISTA BENVENUTI Ferrariensis, *Ortolano* nuncutus: Pictor hìc celeberrimus Sæculi XVI. initium operibus suis illustravit; Multa autèm in Patriâ pinxit; sed quæ in Ecclesiis S. Mariæ Servorum, S. Christophori, Expositorum Infantium, & S. Georgii in Suburbis servabantur pulcherrimæ ejusdem Tabulæ Romam translatæ sunt, aliæque alio, ità ut pauca apùd nos supersint. Superbi, *Apparato degli Uomini illustri di Ferrara,*

part.

part. 3. fol. 144., & Guarini, *Chiese di Ferrara*, *libr.* 6. Miramur equidèm pretiosarum hujusmodi Ortolano Picturarum, aliarumque Benvenuti Tisio, *Dà Garofolo* dicti, Hieronymi Carpi, Herculis Grandi, fratrum Dosso, Caroli Bononi, Hippoliti Scarsellini, aliorumque clarissimorum id genus Pictorum Ferrariensium, quarum magna pars Romanis in Templis cernitur, nullam à Philippo Titi, in suo libello, *Delle Pitture, e Scolture di Roma*, mentionem fieri: Pictoribus nostris nimia obfuit profectò virtus, praeclarissima etenim eorundem opera aliis, quibus cùm pingendi modo conveniebant, imperitè asseruntur: Scimus, Romanorum, Principum praesertim aedes Ferrariensium Pictorum tabulis refertas esse, paucissimas verò propriis Auctoribus adjudicari; Dosso enim Titiano, Benvenuti Tisio *de Garofolo*, Ortolano laudati, & Hieronymi Carpi Raphaeli Urbinati, Scarsellini Bassanis, Bononi Caracciis, aliaeque aliis haud verè tribuuntur. Caeterùm nobilissima Ortolano Tabula, Resurrectionem D. N. Jesu exprimans, cùm SS. Sebastiani, ac Demetrii figuris, in Majori Ecclesiâ Terrae Bondeni Ferrariensis Dioecesis servatur.

LEONARDUS BRESCIA Ferrariensis, Pictor egregius, qui obiit anno circitèr 1582. Ferrariae, in Principum Castro, ac in Templis Societ. Jesu, & Monialium D. Rocchi penicillum exercuit: Picturae tandèm pertesus Mercaturae vacavit felicitèr adeò, ut decedens scutorum quatuorcentum millium assem reliquisse, dicatur. Superbi, *Apparat. fol.* 126., & Guarini, *Chiese*, *fol.* 337., & alibi.

CAROLUS BONONI Ferrariensis, Pictor excellentissimus, ac satis laudatus nunquàm, qui primò ab Hippolito Scarsellino Ferrariense Picturam didicit, deindè Romae, Parmae, Veronae, ac Venetiis, Coreggi, Tintoretti, ac Pauli praeclarioribus in Operibus, studium impendit. Ipsum etiàm Caracci Academiae nomen dedisse, asserit Orlandi, *in suo Pictorico Abecedario*, cujus rei apùd Auctorem veritas sit; hoc certè nemo picturae gnarus inficias ibit, multa Bononi nostri Opera Caraccianis nihil invidere, nonnulla in multis superare, peritosque hallucinari adeò, ut ejusdem picturas Caracciis asserant. Innumera pinxit, quae Romae, Bononiae, Parmae, Januae, Regii lepidi, Ravennae, ac in Italiâ ferè totâ admirantur; Ferrariae nulla ferè Ecclesia, quae nobilissimis Bononi

picturis careat; sed maximus præsertim apparuit in Templo S. Mariæ in Vado, ubi ejusdem penicilli portenta custodiuntur. Intèrea, quæ foris sunt, magna Tabula Cœnaculi Canonicorum S. Salvatoris Ravennæ mira adeò est, ut Pictorum peritissimi, eam videndi studio, undequàque Ravennam confluant. In Bononi laudibus sunt. Superbi, *Apparat. fol.* 128., & Orlandi, *Abeced. Pittorico*.

JACOBUS BAMBINI Ferrariensis, Pictor elegans, qui Dominici Moni Ferrariensis discipulus fuit: Ejusdem Tabulæ, Ferrariæ in Ecclesiis Societ. Jesu, Sacrarum Stigmatum, S. Jo: Baptistæ, S. Francisci de Paulâ, alibìque cernuntur. Borsetti, *Supplem. al Guarini*, *fol.* 261., *e seguent.*

CAMILLUS BERLINGHIERI Ferrariensis, Pictor, Caroli Bononi discipulus, qui obijsse dicitur circà annum 1638. Pulcherrimum ejusdem Opus est Tabula amplissima Mannæ in Deserto, à latere Aræ Majoris Ecclesiæ S. Nicolai Ferrariæ. Orlandi, *Abecedar. Pittorico*.

LEONELLUS BONONI Ferrariensis, Pictor insignis, Caroli Bononi nepos, ac discipulus. Magna Auctoris hujusce tabula, eaque pulcherrima Christi, Latronumque Cruces Bajulantium, cùm figuris multis remansit in Hæreditate præclarissimi J. C. Marci Antonii Freguglia. Missio Spiritus Sancti supèr Apostolos, in medio laquearii Templi S. Spiritus, opus Leonelli nostri est.

JO: FRANCISCUS BARBIERI, il GUERCINO nuncupatus, de Cento, Ferrar. Ducatus: Notabile studium est, quo laborat Peregrinus Antonius Orlandi, *in suo Pittorico Alphabeto*, ut summum hoc Picturæ lumen Bononiæ suæ asserat; dùm enìm ejusdem recenset originem, scribit, in Centi Opido ortum esse, viginti passuum millibus Bononiâ dissito: Ferrariâ, decem & octo tantùm æquiùs scribere potuisset, Opidum enìm sub Ferrariensi Ducatu esse probè norat: Tradit etiàm idem Orlandi, Barbieri nostrum prima picturæ rudimenta, Bononiæ primò à quoddam obscuri nominis Præceptore, deindè à Joanne Baptistâ Cremonini Centensi didicisse, illinc verò, post breve tempus in Pa-

Patriam reversum, se in exemplandâ multotiès Ludovici Caracci Tabulâ, quæ in Ecclesiâ Capuccinorum servatur, Pictorem egregium effecisse, Discipulisque, quos undequàque ejusdem fama acciverat, florentissimam ibidèm Scholam auspicasse. Accurata etiàm Orlandi cautela fuit, in enumerandis Barbieri Operibus (innumera sunt, ac mira), ac in Civitatibus recensendis, ad quas ipse, pingendi gratiâ se contulerat, ne Ferrariæ nomen è calamo forte excideret, veriti, ne huic eruditus Lector Virum celeberrimum, ut par est, adiudicaret: Debuisset ille, post Romam, Bononiam, Regium Lepidi, Placentiam, Mutinam memoratas, Ferrariam saltèm loco ultimo ponere; nàm Ferrariam suam sepè Guercino invisit, Ferrariam adamavit, Ferrariæ pinxit, ejusdemque, in unoquoque, quo usus est, triplici pingendi modo, pulcherrimæ extant Ferrariæ Tabulæ, scilicèt in Ecclesiis Cathedrali, Divi Francisci, Theatinorum, Spiritus Sancti, Sacrarum Stigmatum, & in Templo Divi Georgii extrà muros nobilissima, admirandaque martirii Sancti Maurelii Tabula, aliæque nonnullæ in Ferrariensium Domibus. Sed nimius in Patriam amor Auctorem occupavit adeò, ut non Barbieri tantum, sed Pictores alios, vel Ferrarienses, vel Ferrariensis Ducatus Bononiensibus tribuerit, ut, suo loco, indicabimus. Hæc de Guercino satis, cujus nudum dumtaxàt nomen prò Elogio est.

PAULUS ANTONIUS BARBIERI de Cento, Ferrariensis Ducatus, Guercino frater, in pingendis generis cujuscumque animantibus, frugibus, floribusque excellentissimus. Malvasia, *Felsina Pittrice*, *part. 4.*, *nella Vita del Guercino*.

JOANNES BONATI Ferrariensis: Hunc, decimum quartum ætatis annum agentem, cùm naturâ ad pingendum ferri comperisset Carolus Pio Ferrariensis Cardinalis amplissimus, Ferrariæque Episcopus, in clientelam assumens, expensis propriis Guercino, & deindè Molæ in Romanâ Urbe erudiendum tradidit; posteà verò Parmam, Venetias, ac Mediolanum misit, ut se in præstantissimorum Pictorum Tabulis erudiret, quòd egregiè, tanti ope Mecænatis assecutus est; undè

eidem: *Di Giovannino del Pio* indita denominatio: Romam reversus, prò Suecorum Reginâ, & in Ecclesiis, Novâ, Sanctæ Crucis in Hierusalem, & Animæ pulcherrima, & quæ magno in pretio sunt, pinxit opera, dùmque majora esset editurus, anno 1681., ætatis verò suæ 46. decessit, ac in Novâ Ecclesiâ prædictâ tumulatus est. Philippus Titi, *Pitture, Scolture, e Architteture di Roma*, & Orlandi, *Abeced. Pittorico*.

HERCULES BONACOSSA Ferrariensis, Nobilis Eques, qui animi relaxandi ergò picturæ vacavit: Extat Tabula ejusdem manu picta, in Oratorio Confraternitatis Sancti Laurentii.

CAROLUS BORSATI Ferrariensis, haùd contemmendus transacti Sæculi Pictor: Eum in Ecclesiâ Cathedrali tumulatum fuisse refert Andreas Borsetti, *Supplemento delle Chiese di Ferrara*, *fol.* 12. Pinxit Laquearium Chori Ecclesiæ S. Mariæ Angelorum, illudque Ecclesiæ Monialium S. Catharinæ Martiris.

FRANCISCUS BREGOLA Ferrariensis, Adolescens, ex Ferrari Scholâ, recentis albarii Pictor, qui multa de se pollicebatur, præstitissetque, nisì, dùm in Templo S. Mariæ Angelorum actu pingeret, ex alto decidens animam efflasset.

CHRISTOPHORUS de Ferrariâ, intèr antiquos Pictor insignis, qui Bononiæ, Gallassio Galasso, Concive suo, ac Jacobo, & Simone de Bononiâ concurrentibus pinxit circà annum 1400. Georgius Vasari, *Vite dei Pittori*, *part.* 2., *nella Vita di Nicolò Aretino*, & Orlandi, *Abecedar. Pittorico*, qui Christophorum nostrum Bononiensem haùd verè appellat.

CIVETTA de Ferrariâ: Hujus nomen ignoramus; tamèn intèr Pictores antiquos celeberrimum fuisse, ejusque cineres, Ferrariæ, in D. Jacobi Ecclesiâ requiescere, scripsit Guarini, *Chiese*, *libr.* 3.

BE-

BENEDICTUS CODI Ferrarienſis, Joannis Bellini Veneti diſcipulus, Pictor inſignis, & cùm eodem diù commoratus, ſi Georgio Vaſari credimus; nàm Marcus Antonius Guarini, *Chieſe libr. 5.* parùm ſuprà citat., eundem à Joanne Bellini altero, Ferrarienſe inſtitutum tradit: Utcumque ſit, Codi noſtrum Arimini conſtitiſſe, ibidèmque pinxiſſe teſtatur Vaſari prædictus, *Vite dei Pittori, part. 2. nella Vita di Gio: Bellini.*

BARTHOLOMEUS CODI Ferrarienſis, Benedicti filius, ipſe etiàm paternam ſectatus Artem, de quo Vaſari, *loco citat.*.

LAURENTIUS COSTA Ferrarienſis, Pictor celeberrimus, Franza diſcipulus: Hunc, ſi fieri poſſet, Bononienſibus ſuis aſſerere vellet Orlandi, ſed ipſum met, vel invitum cauſæ cedere prudens quilibet judicabit, ſi ea, quæ ſcripſit, perpendet: Floruit Coſta circà annum 1480., multaque, Bononiæ præſertìm, pinxit: Ibidèm etiàm Scholam florentiſſimam habuit, Orlandi teſte, qui *de Laurentio Gandolfi* agens, plùs quàm viginti celebres Laurentii noſtri diſcipulos enumerat: Nos Ferrariæ, in Templo S. Mariæ Angelorum Tabulam S. Hieronymi, Coſtæ manu pictam habemus. Vaſari, *Vite dei Pittori, part. 2.*, *nella Vita di detto Lorenzo Coſta*, Malvaſia, *part. 2. fol.* 58., & Guarini, *Chieſe, libr. 3. fol.* 153., *&* *libr. 4. fol.* 283.

JOANNES CAGNUOLO Ferrarienſis, Pictor, in Publicis Communis noſtri Memorialibus recenſetur. Floruit in fine Sæculi XV.

MICHAEL dai CARRI Ferrarienſis: De Pictore hoc memoria extat, *in antiquo Anniverſariorum Cathedralis Eccleſiæ noſtræ Kalendario.*

ALEXANDER CARPI Ferrarienſis, Pictor præclarus, Laurentii Coſta diſcipulus. Orlandi, *Abecedar. Pittorico.*

HIERONYMUS CARPI Ferrarienſis, Pictor excellentiſſimus, à Benvenuto Tiſio de Garofalo Ferrarienſe edoctus, *Girolamino da Carpi* vulgò nuncupatus: Maximam is in picturâ laudem promeruit, ut nùnc etiàm, ex ejuſdem operibus evidentèr

apparet: Multa Romam, aliòque, etiàm extrà Italiam translata fuere; quæ in Patriâ remanent, sunt Tabula S. Hieronymi in Templo D. Pauli, Tabula Sacelli Familiæ Bonacossa, nèc non Zephorus, & alia in Templo D. Francisci, Tabula Sacelli Familiæ Obizzi in Templo S. Mariæ in Vado, ornatus exterior Palatii Muzzarelli in Viâ Burginovi, Imagines plures Sanctorum Titularium Cœnobiorum Ordinis Olivetani, in Regio Cœnaculo Monasterii S. Georgii extrà Mœnia, Tabula in majori Ecclesiâ Terræ Bondeni Regum adorationem exprimens, nèc non alia: Architecturam etiàm cùm probè calleret Carpi, eum Julius III. Pontifex Maximus Ædibus magnificentissimis *Di Belvedere*, Romæ præfecit. In Patriâ tandèm mortuus est anno 1556 De eo fusiùs Georgius Vasari, *part. 3. Volum. 2.*, *nella Vita di Benvenuto Tisio, detto il Garofalo*, Superbi, *Apparat. fol.* 123., Guarini, *Chiese, libr. 3. fol.* 171., & alibì, Orlandi, *Abeced. Pittorico*, & alii multi.

GABRIEL CAPELLINI, dictus il CALZOLAJO, seù il GALEGARINO, Ferrariensis: Sìc appellatus ab Arte, quam exercuit, antequàm ad Picturam transiret: In hac, Fratres Dossi Ferrarienses institutores habuit, profecitque adeò, ut intèr Pictores celeberrimos jure merito locum obtineat: Floruit circà dimidium Sæculi XVI., Ferrariæque pinxit Tabulam Aræ Majoris Confraternitatis S. Joannis Baptistæ, quæ pulcherrima est, Sacellum Familiæ Villafora in Templo Divi Francisci, & alia. Orlandi, *Abecedar. Pittorico*, & Borsetti, *Supplem. fol.* 258. Venetiis etiàm, in Ecclesiis S. Joannis in Oleo, *Nuovo* nuncupati, S. Fuscæ, & S. Mariæ Matris Domini Tabulas egregias Calegarini nostri conspici, testatur Marcus Boschini, *Pitture di Venezia*, *fol.* 180., & alibì.

SIGISMUNDUS COCCAPANI Ferrariensis, Sæculi XVI. Delineator excellentissimus, & in scientiâ Aquarum excellens: Annis decem & octo in Florentinâ Academiâ professus est, ubì nobile nomen: *Di Maestro del Disegno* reportare promeruit: Dùm autèm Florentiæ degeret, modum excogitavit, Arni Fluminis impetum cohibendi, quò patefacto, insigniores Mathematici, eorumque princeps Galileus Galileo ne dùm approbarunt, verùm etiàm commendarunt.

HIP-

HIPPOLITUS CASOLI Ferrarienſis, Pictor, qui unà cùm Hieronymis Faccini, & Graſſaleoni pinxit Zephorum S. Mariæ in Vado, Sacellorum fornices, & alia: Floruit autèm in principio Sæculi XVII. Marcus Antonius Guarini, *Chieſe di Ferrara, libr.* 5. *fol.* 304.

JULIUS CROMERI Ferrarienſis, Croma ab aliquibus appellatus, Pictor celebris, circà initium Sæculi XVII. florens, qui Ferrariæ varia elegantèr pinxit, præcipuè, in ſublimi Navis Majoris S. Mariæ in Vado, magnam Tabulam, quæ prima eſt à Templi ingreſſu per Majorem Portam: Cernuntur etiàm tres ejuſdem perpulchræ Tabulæ in Oratorio, B. Mariæ Virginis *Della Scala* nuncupato. Superbi, *Apparat. degli Uomini illuſtri di Ferrara*, *fol.* 128. & Orlandi, *Abecedar. Pittorico*.

JO: BAPTISTA CREMONINI de Cento, Ferrarienſis Ducatus, in Oleariâ, Aquariâ, ac Recenti Albariâ picturâ, nec non in Architectonicâ excellentiſſimus: Penicilli celeritate, ac felicitate, mirifque ingenii inventis immortale ſibi nomen conciliavit: Anno 1610. obiiſſe dicitur. Orlandi, *Abeced. Pittorico*, & Malvaſia, *Felſina Pittrice*, *Tom.* 1. *part* 2. *nella Vita di detto Cremonini*; hic autèm, Cremonini utpotè Centenſem, Bononienſi Civitati minimè pertinere fatetur; quòd notandum adversùs Orlandi prædictum, Pictores Centenſes Bononiæ tribuere ſatagenti.

CREMONINI alter, Centenſis, Ferrarienſ. Ducatus. De hoc mentio eſt apùd Joſeph Mariam Pannini, *Compendioſi Ragguagli di Cento*, *fol.* 44., ubì Cremonini noſtrum, cujus nomen reticet, Jo: Baptiſtæ prædicti filium fuiſſe indicare videtur.

CONSTANTIUS CATTANI Ferrarienſis, ab Hippolito Scarſellini primò, deindè à Guido Reni eruditus multa in Patriâ egregiè pinxit; quædam autèm ex ejuſdem Operibus cernuntur in Eccleſiis S. Benedicti, S. Joſeph, Capuccinorum, S. Spiritus, Theatinorum, duæ magnæ Tabulæ Paſſionis Chriſti Domini, ab utrâque parte Altaris Crucifixi in Eccleſiâ D. Georgii extrà mœnia poſitæ, & alia alibì: Obiit anno 1665 Borſetti, *Suppl. al Guarini*, & Orlandi, *Abeced. Pittorico*.

LUDOVICUS CAMPALASTRO Ferrariensis, Pictor, qui ætate nostrâ vixit; pinxit autèm, intèr cætera, tabulam in Oratorio SS. Crispini, & Crispiniani, in Oratorio S. Ludovici, ac alibì.

ANTONIUS CONTRI Ferrariensis, Civis noster, qui puer à Patre in Gallias ductus, ibidèm egregiis moribus, ac artibus instructus est: In Italiam redux, reliquum ferè vitæ spatium Cremonæ transegit, ubi etiàm, ætate florens, diem obiit: Hic in frugibus generis cujuscumque pingendis, uvâ præsertim, rore guttatìm aspersâ, eximius fuit, ut ex multis quæ Cremonæ, ex paucissimis, quæ Ferrariæ extant, ejusdem Tabulis videre est: Opera etiàm nobilissima, acu Phrigio, auro, argento, sericoque coloris cujuscumque intexta, confecit, fruges, flores, aves, hominumque figuras (optimus enìm delineator erat) scitissimè exprimendo; harum autèm multa Cremonæ sunt; Quòd verò unum sufficeret ad Contri nomen immortalitati commendandum, mirificam is artem calluit, exercuitque, picturas vèl olearias, vèl aquarias, vèl generis cujuscumque alterius, à telis, tabulis, & parietibus integras, nulloque earum detrimento, in telas alias transferendi, quod Cremonæ, Mantuæ, aliisque in locis felicissimè effectum dedit, antiquas picturas celeberrimas, quæ ævi injuriâ jàm jàm peritura erant, servando: Nobilissimæ hujus Artis, in Patriâ etiàm, experimentum edidit, duo capita, manu Dominici Panetti, insignis, intèr antiquos, Pictoris nostri, à fragmentis laquearis cujusdam, vulgò *incanocchiata* in telam redigendo: In Museo D. Hieronymi Baruffaldi hìc Ferrariæ servantur tàm pictura translata, quam fragmenta laquearis prædicti, quibus priùs inheserat, quorum in gipso, adhuc cernuntur impressæ lineæ, vulgò *Contorni*, à Panetti Auctore signatæ, ut in generis hujusmodi picturis fieri consuevit: Tribus circitèr ab hinc annis Contri noster decessit, sed cùm eo ars nobilissima minimè periit, eam namque, antequam diem obiret, Joseph filio, viventi, & nùnc in hac Patriâ comoranti communicaverat. Vivit hodiè, ac in Picturâ oleariâ excellit Concivis noster, ac Antonii laudati patruelis JOANNES BRACCIOLI, qui variâ etiàm, in Litteris, eruditione est ornatus.

DOS-

DOSSUS DOSSO Ferrarienſis, Pictor inſigniſſimus, Laurentii Coſta Ferrarienſis diſcipulus, ſed præceptore longè excellentior, quamvìs Georgius Vaſari, in Pictores Italos, qui extrà Hetruriam, ac Romanam Scholam floruere, parùm æquus, Doſſo noſtri, ac fratris, de quo infrà, laudibus detrahat, eiſque invidere videatur, quòd ab immortali Ludovico Arioſto fuerint, *in ſuo Furenti Orlando* commendati, *Cant. 33. ſtanz. 2.*, ubì:

E quei, che furo a' noſtri dì, e ſon ora
Leonardo, Andrea Mantegna, Giambellino,
Duo Doſſi &c.

At Doſſo, quæ adhùc extant Opera, Imagineſque magnorum Principum, ac Procerum nativis coloribus, ac lineamentis expreſſæ, nihìl, vel certè parùm Titiani penicillo concedentes, æternam Vatis noſtri Tubam promeruiſſe, facilè demonſtrabunt: Floruit circà annum 1530. Intèr cætera Doſſi opera, mira eſt Diſputationis Chriſti intèr Doctores Tabula, in Faventiæ Eccleſiâ Cathedrali; Ferrariæ verò extant Tabulæ, S. Joannis Evangeliſtæ in Eccleſiâ S. Mariæ in Vado, & Sancti Goſmæ, & Damiani, in Xenodochio Infirmarum S. Annæ; itèm ejuſdem manu ſunt pictæ Naviculæ Domus Ballarini, in Viâ Saraceni, Domus Novellini, Domus Oroboni, Penſilis Viridarii Caſtri Ferrariæ, Baccanalia pulcherrima in Cubiculis Caſtri ejuſdem, quæ ab aliquibus Titiano tribuuntur, & alia. Superbi, *Apparat. part. 3. fol. 212. 295.*, & alibi, Vaſari, *Vite dei Pittori, part. 2. volum. 1., nella Vita di Lorenzo Coſta*, & Orlandi, *Abeced. Pittorico*.

BAPTISTA DOSSO Ferrarienſis, Doſſi frater, in pingendis agreſtibus, generis cujuſcumque Animalibus, Arabiciſque ornatibus præſtantiſſimus, cujus plurima, pulcherrimaque Opera in Ferrarienſium Domorum Fornicibus, Laqueariiſque, ac alibì conſpiciuntur. Cùm fratre, Alphunſo I. Ferrariæ Duce jubente, operabatur, quamvìs magnæ intèr eos ſimultates intercederent. Vaſari, *part. 3. volum. 1., nella Vita di Doſſo Doſſi*, & Orlandi, *Abeced. Pittorico*.

EVANGELISTA DOSSO Ferrarienſis, ille forſitàn, qui vulgò DOSSAZZO nuncupatus, & ipſe Pictor celebris: Nos domi habe-

habemus ſex veteris Teſtamenti Hiſtorias, *à tempera*, ut dicitur, pietas, quæ Doſſo noſtri penicillo aſſeruntur. Obiit in Patriâ anno 1586., & die 6. Julii, in Eccleſiâ S. Salvatoris tumulatus eſt, ut conſtat *ex Libro Pollinctorum, apùd Bullettarum Notarium* exiſtente.

JOANNES FRANCISCUS DIANTI Ferrarienſis, Pictor haùd ignobilis, quem obiiſſe anno 1576. ſcribit Orlandi, *Abeced. Pittorico, fol.* 99.

ALPHUNSUS I. ESTENSIS Ferrariæ Dux III., Princeps, Militari virtute, regiiſque animi dotibus nulli, ſuâ ætate ſecundus: Si quid otii, intèr aſſiduas Regni curas nanciſci poterat, fuſoriam Artem, fabrilem, ac ſculptoriam, quas probè callebat exercere conſuevit; Multa itaquè tormenta bellica fudit, diverſi generis arma elaboravit, in marmore nonnulla ſculpſit, egregiè autèm omnia: Quòd ad Sculpturam attinet, pulcherrimum Scalpri tanti Principis monumentum erat marmoreus Camini ornatus, in ædibus nobiliſſimis Donæ quondàm Marfiſæ Eſtenſis, in Viâ Judecæ, propè Eccleſiam S. Silveſtri: Hunc ſepè vidimus, ac nobiliſſimi Artificis peritiam admirati ſumus, qui in eo Avium, Florum, Frondiumque millia miro, exquiſitoque labore ſculpſerat: At noſtrâ ætate, jubentibus Maſſæ, & Carrariæ Ducibus, Palatii prædicti Dominis, prætioſiſſimus hic Ferrariæ ornatus, ut accepimus, ad Dominos eoſdem in Thuſciam tranſmiſſus eſt. De Bellicis tormentis, ab Alphunſo Duce conflatis, *in Libello Carminum Ludovici Bigo Pittorio, Cæſari Aragonio inſcripto*, hæc leguntur, videlicèt:

Bellica Machina.

Quò fugis? attingam quò fugeris, una ſalutis
Spes datur, Alphunſi confugere in gremium.

Itèm.

Sursùm Jupiter intonat, deorsùm
Nos Alphunſi opus, hunc timere debet
Terra, illum polus, æqua ut eſt poteſtas.

Itèm

Itèm.

Martis honos ego sum, simùl & gratissima paci,
Vincit enìm nostrâ Mars ope, paxque datur.

Itèm.

Vix sonus exivit, glans aerea dirruit arcem,
Quàm petit, & quidquid contrà habet ulteriùs.

Itèm.

Vulcani me quisquis opus putat, errat, ut artis
Inscius, Alphunsi sum labor, hinc decor est.

Signantèr verò de tormento Bellico, vulgò *Il gran Diavolo* hæc habet Ludovicus Ariosto, *nel Furioso*.

Il gran Diavol, non quello dell' Inferno,
Mà quel del mio Signor, che và co 'l fuoco,
Ch' à terra, ciel, e mar si fà dar loco.

HIERONYMUS FIORINI Ferrariensis, Monachus Cisterciensis, Librorum ad usum Chori Scriptor antiquus, ac Miniator suâ ætate eximius, qui circà Sæculi XV. initium floruit: Ex his extant nonnulli in Cœnobio S. Bartholomei extrà muros Ferrariæ, quorum pulchritudini nihìl ferè deperiit. Abbas Antonius Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 245., & *Uomini Illustri della Badia di S Bartolomeo di Ferrara*, *fol.* 35., ubì multas ejusdem picturas, vulgò *à fresco*, in antiquo D. Bartholomei Cœnobio extitisse tradit, præsertìm Jesus Crucifixi Imaginem D. Bernardum amplectentem. De Fiorini nostro etiàm Nicolaus Baccetti, *in suâ Septimiani Monasterii Historiâ*, *lib.* 2. *fol.* 62., in quà eundem Cœnobio prædicto præclarissima Artis suæ monumenta reliquisse, paucosque pares, superiorem fortasse neminem admisisse, scribit.

FRANCISCUS de Cotignolâ Ferrariensis Ducatus, antiquus insignis Pictor, qui pòst Rondinelli de Ravennâ obitum, primas in eadem Civitate obtinuit: Multa ibidèm pinxisse referunt Georgius Vasari, *Vite dei Pittori*, *part.* 3. *libr.* 1., & Orlandi, *Abeced. Pittorico*.

SE-

SEBASTIANUS FILIPPI, Bastianino nuncupatus, Ferrariensis, Pictor excellentissimus, immortalis Michaelis Angeli Bonarota discipulus: Ferrariæ pulcherrima ejusdem opera conspiciuntur, præsertìm verò in Ecclesiis S. Romani, opus nobilissimum, Cartusianorum, S. Benedicti, S. Pauli, S. Mariæ in Vado, S. Mariæ Servorum, Monialium S. Augustini, & Cathedrali: Sed mirum Sebastiani opus, omnium sententiâ est, Universale Juditium, quòd in nobilissimo ejusdem Cathedralis Choro sublime pinxit, vividis adeò coloribus, ut, in hòc, præceptorem ipsum longè superarit. Ferrariæ obiit anno 1602., & in Templo S. Mariæ in Vado tumulatus est. Guarini, *Chiese*, *lib.* 1. & 5., & Superbi, *Apparato degli Uomini illustri di Ferrara*, *part.* 3. *fol.* 126.

CAMILLUS FILIPPI Ferrariensis, Pictor nobilis, Sebastiani prædicti frater; Ejusdem opus est, & quidèm pulchrum admodùm, Tabulâ Christi Ressurectionis, cùm Imaginibus S. Sixti Papæ, ac aliorum Sanctorum, in Ecclesiâ S. Bartholomei, in Civitatis nostræ Suburbis, nosque intèr Cœnobii scripturas, Singrapham conductionis Camilli nostri, pro dictâ Tabulâ conficiendâ, pretiique conventi legimus: Pinxerat etiàm Camillus Universale Juditium, in exteriori faciæ Ecclesiæ Monialium nostrarum S. Silvestri, sed hoc, Ecclesiâ reformatâ, fuit deletum. Guarini, *Chiese*, *libr.* 5., & Orlandi, *Abeced. Pittorico*.

GISMUNDUS FANTI Ferrariensis, Caracterum formator egregius, qui excelluit Sæculo XVI. Librum edidit: *Del modo di scrivere, e formare diversi antichi, e moderni Caratteri*. Fuit etiàm Mathematicus, Astrologus, ac Poeta præclarus, ut alio loco diximus. De illo Antonius Libanori, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 172.

JULIUS FABRI Ferrariensis, Pictor memoratus, *in Libris Offitii Notarii Bullettarum*, *ad annum* 1586., sub paritâ Marthæ ejusdem filiæ, quæ anno prædicto, die 18. Februarii decessit. Præter hoc, de Julio nostro nihìl aliud reperimus.

BARTHOLOMEUS FACCINI Ferrariensis, Pictor insignis, Sebastiani Filippi discipulus, qui Alphunsi II. Ducis jussu Regiam Castri Ferrariæ Aulam Estensium Principum Imaginibus, eorum-

eorumque insigniis egregiè ornavit. Augustinus Faustini, *Historia di Ferrara*, *libr.* 2., & Orlandi, *Abeced. Pittorico*.

HIERONYMUS FACCINI Ferrariensis: Præclarus hic Pictor Templi S. Mariæ in Vado Zephorum, Sacellorum Fornices, Arcusque, unà cùm Hippolyto Casoli, & Hieronymo Grassaleoni pinxit, auroque ornavit. Guarini, *Chiese lib.* 5. *fol.* 304.

FRANCISCUS FERRARI Ferrariensis, in picturâ, Recentis albarii præsertìm, magnum sibi nomen meritò comparavit, Scholæque insignis in Patriâ auctor fuit: Multis in locis pinxit, Venetiis signantèr, ac in Venetorum Dominio, Ferrariæ verò, in Sacello B. Virginis Mariæ Carmelitanæ in Templo D. Pauli, in Ecclesiis S. Bernardini, S. Barbaræ, D. Georgii extrà Mœnia, in ædibus Nobilium Ferrariensium, ac alibì. Orlandi, *Abeced. Pittorico.*

ANTONIUS FERRARI Ferrariensis: Celeberrimus fuit ætate nostrà recentis Albarii Pictor, Francisci prædicti filius, ipsoque Præceptore præstantior: Is quoquè multa in Venetorum Ditione pinxit egregiè, nèc non in Ecclesiis Ferrariæ, & Nobilium, ac Civium Domibus, præsertìm verò, unâ cùm Francisco Patre, in Templo D. Georgii in Suburbio. Ex Ferrari Scholâ excellunt nùnc intèr Ferrarienses nostros Joseph Facchinetti, Hieronymus Mingozzi, Jacobus Filippi, aliique.

JOANNES FACCI Ferrariensis, Vir ingeniosissimus, qui parvas tabulas glutino quoddam liniebat, ac in eis, ex variorum colorum filis fericis, in frustula, juxtà exigentiam sectis, calamoque supèr glutinum aptatis hominum Imagines, nativis etiàm expressas coloribus, vulgò *Ritratti*, Historias, Montes, Silvas, Flumina, & ut Italicè dicimus *Peesi*, Flores, aliaque id genus peritè, ac elegantèr adeò efformabat, ut penicillo picta esse viderentur: Opera autèm hujusmodi cristalli tabulis conclusa durabilia sunt, colorumque nihil ammittunt: Eorum nonnulla in Museis Principum, Nobiliumque virorum servantur; Auctor verò laudatissimus hoc currenti Seculo obiit: Sed hæc Facci virtus in causâ est, ut de miro invento Doni Ugonis Marchi, Ferrariensis Chartusiæ nostræ Monachi, viventis, aliqua subiungamus. Hic verè incomparabilis, in efformandis ex papiro in acie inaurato thecis, seù tabellis, vulgò,

Reli-

Reliquiarii, nàm eorum quæ exprimit, non superficiem tantùm, ut alii solent, sed totum corpus, sivè flores sint, sivè aves, sivè alia quælibet ornamenta, ex papiro eodem acuratissimè effingit, itaùt omnia ex auro fusa esse videantur: Opus profectò, nisi cernatur, vix credibile, quodque intuentium omnium oculos, ac mentem in admirationem rapiat. Intèr cæteras, majusculam unam summo confecit labore, eamque apùd se habet, in quâ folia, flores, aves, omnia deniquè ex minutissimis auri ramentis venustè, ac nobilitèr confecta apparent: Eam autèm cùm elapsis annis vir quidam nobilissimus hàc iter faciens conspexisset, ingentem Auctori pecuniæ summam obtulit, at ille vendere recusavit. Hæc satìs, sed non prò meritis dicta, ea enim res est, quæ oculorum potiùs quàm verborum juditium exigat.

GELAXIO Ferrariensis, Pictor antiquissimus, Cimabue ipso vetustior, filius Nicolai de Masnatâ S. Georgii: Hìc Venetiis picturæ operam dedit, sub insigni Theophane Constantinopolitano: Anno 1242. Azzonis Estensis jussu Tabulam, Ferrariæ pinxit, Phætontis in Padum è Cœlo lapsum, mirâ colorum elegantiâ ostendentem: Aliam quoquè, mandante Philippo Fontanâ, Ferrariæ Episcopo confecit, prò Ecclesiâ Cathedrali Tabulam, Mariam Virginem, cùm puero Jesu intèr ejusdem ulnas exprimentem: Vexillum paritèr pinxit, vulgò *Confalone*, cùm figuris S. Georgii Militis, lanceâ Draconem transfigentis, & Puellæ Draconi expositæ: Hoc autèm vexillo obviatum est Duci Venetorum Theupolo Ferrariam advenienti: Antiquissimi hujusmodi Pictoris nostri notitiam nos debere fatemur Cl. V., eruditissimoque D. Gratio Braccioli J. U. Doctori, Oratori, ac Poetæ eximio, Notarioque nostri amicissimo; is enìm monumentum infrascriptum, quod manu exaratum legitur, in fine MS Codicis Virgiliani, in Bibliothecâ PP. Carmelitarum S. Pauli Civitatis nostræ existentis, aliàs diligentissimè, & proùt jacet à se transumptum, suâque Tabellionatus fide roboratum nobis communicavit: Quingentis autèm ab hìnc retrò annis scriptum est, quaproptèr Caracterum formâ ab eâ, quâ nùnc utimur haùd parùm discrepat, cùm litterarum quædam cum græcis figuris potiùs conveniant, nonnullæque sint simùl conjunctæ, vèl complicatæ: Nos, ommissâ transumpti fide, scriptum hoc integrum, sed caractere nostro hìc exhibemus: Est autèm.

Sub-

Subſcriptionis Virgiliani Codicis tenor.

P. Virgilii Maronis Poetæ Mantuani Operis eximii finis. Scriptum diligentèr per me Ugulinum de Lentio Anno Chriſti Dom. MCXCVIII. Indict. primâ pridiè Kal. Maii: Miniaturas fecit elegantèr Egregius Magiſter Joannes de Aligberio Monachus: Totum felicitèr: Amen.

Poſtremæ verò Membranæ pòſt Codicem ſcriptura habet quæ ſequuntur.

A. D. ✠ In el preſente Ano de ſalute M doixento quaranta doi lo ſtrenuo ac ſplendido viro Athon de Eſbi gha facto impinger una tabula per lo excelente Magiſtro de impinctura M. Gelaxio fiol de Nicolao de la Maſna de Sancto Georgi | el qual dicto Gelaxio ſo en Venexia ſubtus la diſiplina de lo admirando Magiſtro Theophani de Conſtantinopolo: ibi cum el ſo ingenio ac ſedula alacrità el gha facto maximo proficto: Ac ideo el Venerabile M. Phelipo de Fhontana delecto per nu dal Sancto Padre en Xpo Inocentio—ac per la noſtra Gexia del Veſcovado juſſu de lu el gha impincto la figie della noſtra Dona cum el benedicto fructo del ſo ventre Jexus inter bulnas: Item el ghonfalon cum Sancto Georgi Kavalieri cum la puela ac el Dracon truce interfecto cum la lancea: cum el dicto ghonfalon ſe obvio el pro Dux Tebupol de Venexia: en epſa dicta tabula eſtoriã el gha el caxo de Phaeton cum venuſtà de colorà iuxta li poete: Nec non exemplo memorabil ſecundum el Pſalmo—Diſperſit ſuperbos—Laus Deo—Amen—Huldovicus de Joculo Sancti Georgi—Memoriam fecit mirabilium | feliciter Amen | ✠ Amen |

Ut autèm antiqui caracteris prædicti hìc formam habeas, prò coronide, tres ejuſdem, quæ ſequuntur lineas tantùm ab originali, proùt jacent, transferri, & incidi curavimus.

A. D. ✠ = in el preſente Ano de ſalute M. doixento
quaranta doi lo ſtrenuo ac ſplend.° iuro Athon de
Eſthi gha facto ipigier una tabula p lo excelente
Magiſtro de ipigctura &c.

HER-

HERCULES GRANDI Ferrarienſis, Hercules de Ferrariâ nuncupatus, Pictor ſuo Sæculo celeberrimus, qui Laurentium Coſtà præceptorem ſuum arte ſuperavit: Quæ pinxit Bononiæ, in Patriâ, ac alibì magni æſtimantur, ſed pauciſſima uſque ad hodiernum tempus pervenere: Tabula pulcherrima Chriſti Domini de Cruce depoſiti, quæ, Marco Antonio Guarini teſte, *Chieſe di Ferrara*, *libr.* 3., in D. Dominici Templo ſervabatur, ex contractu ad Cl. Juriſconſulti Cæſaris Pariſi Favalli, & ſucceſſivè ejus Hæredum manus tranſiit, apùd quos nùnc etiàm reperitur: Obiit Grandi anno 1480. Apoplexi correptus. Vaſari, *Vite dei Pittori*, *part.* 2., *nella Vita di Lorenzo Coſta*, & Orlandi, *Abeced. Pittorico*.

FRANCISCUS GIRALDINI Centenſis, Ducat. Ferrariæ, Sculptor, ac Architectus eximius, de quo Joſeph Maria Pannini, *Compendioſi Ragguagli di Cento*, *fogl.* 47.

JO: PAULUS GRATINI Ferrarienſis, ex Aurifice Pictor, & quidèm egregius: Ejuſdem opus affirmat pulcherrimam S. Eligii, in Eccleſiâ S. Juliani Ferrariæ Tabulam, cui Gratini nomen, ac cognomen ſubſcripta ſunt, Borſetti, *Supplemento al Guarini*, *fol.* 258., cui addas Guarini ipſum, *fol.* 137. Cæterùm nonnulli putant, Gratini Tabulam dicaſſe, non pinxiſſe, eâ præcipuè ratione fræti, quod ipſe Aurificem ſe dicat, Tabulaque S. Eligium Aurificum Patronum exprimat. Orlandi, *Abecedar. Pittorico*, prò *Gratini Grazini* appellat, illumque anno [illegible] obiiſſe ſcribit.

HIERONYMUS GRASSALEONI Ferrarienſis, Pictor præclarus, qui Zephorum Templi S. Mariæ in Vado, ejuſdemque Sacella, unâ cùm Hippolito Caſoli, & Hieronymo Faccini pinxit: Floruit circà Sæculi XVI. initium. Guarini, *Chieſe di Ferrara*, *libr.* 5. *fol.* 304.

JOANNES ANDREAS GHIRARDONI Ferrarienſis, Pictor celebris, initio Sæculi XVII. florens. Orlandi, *Abeced. Pittorico*, *fol.* 99.

HERCULES GENNARI de Cento, Ferrarienſis Ducatus, Joan-

Joannis Francisci Barbieri, Pictoris celeberrimi, de quo suprà, *Guercino* appellati Cognatus, discipulusque: Hic Guercino ejusdem Operum nedùm accuratissimus exemplator fuit, verùm etiàm Pictor originalis. Malvasia, *Tom. 2. part. 4., nella Vita del Guerzino*, & Orlandi, *Abecedar. Pittorico*.

BENEDICTUS GENNARI de Cento, Pictor, ex Guercino Scholâ, Herculis Gennari prædicti filius. Malvasia, *loco citat.*, & Orlandi, *Abeced. Pittorico*.

BARTHOLOMEUS GENNARI de Cento, Pictor celeberrimus, Benedicti filius, Guerzino discipulus, cujus picturæ in Centi Opido extant. Malvasia, *loco suprà citat.*

CÆSAR GENNARI de Cento, Pictor præclarissimus, Guercino nepos, discipulus, ejusque, in pingendo methodum egregiè imitatus; hunc, & Benedictum, de quo infrà, meliores scilicèt ex Gennariis, Bononienses appellat Orlandi, *in Abecedario*: Cæterùm innumera sunt Cæsaris Opera, ac ubiquè sparsa, quæ multùm à picturæ studiosis laudantur. Intèr ea, quæ Ferrariæ habemus pulcherrima est Tabula D. Rocchi, in Ecclesiâ Monialium Divi prædicti; hæc autèm exemplum est tabulæ alterius à Guercino pictæ, quæ cùm ferventioribus Solis radiis diù fuisset exposita, vitium contraxit adeò, ut colores magnâ ex parte deciderent: Hanc Magistratus Ferrariæ, scilicèt Tabulæ dominus, loco movit, prædictumque Gennari exemplum, quod parùm Guercino exemplari cedit, ejus loco subrogavit: Exemplar verò, manu Jacobi Parolini reparatum, à Magistratu prædicto, in suâ D. Maurelii Ecclesiâ, *Nova* nuncupatâ, collocatum est. Malvasia; *Tom. 2. part. 4., nella Vita del Guerzino*.

BENEDICTUS GENNARI Junior, de Cento, Guercino & ipse nepos, discipulus, ac Pictor insignis, ut ex ejusdem Operibus apparet: Caroli II., & Jacobi Angliæ Regum Pictor primarius esse meruit. Malvasia, *loco citato*, & Orlandi, *Abeced. Pittorico*.

ALBERTUS GNOLI, &

BARTHOLOMEUS GNOLI Ferrarienses, elegantes transacti sæculi Incisores in ære, ac Delineatores, de quibus etiàm mentionem habuimus, dùm de Architectis sermo fuit.

UGOLINUS de LENTIO Ferrarienſis, acuratiſſimus antiquorum Codicum Scriptor, qui claruit circà Sæculi XII. finem. De hoc autèm paulò antè diximus, de Gelaſio Ferrarienſe Pictore agentes.

ALPHUNSUS LOMBARDI Ferrarienſis, Statuarius inſigniſſimus, qui ex cerâ, argillâ, ac marmore Statuas innumeras efformavit, pulcherrimas, ac naturæ conformes adeò, ut vivere, moveri, flere, lamentari, ac ridere reſpectivè videantur: Simulacris Lombardi noſtri Bononia refertiſſima eſt, haùd pauca Ferraria habet, multa in Italiâ, ac extrà ſervantur, admiranturque; primus autèm fuit Alphunſus, qui naturales hominum imagines, in Numiſmatum formam exprimeret: Hoc etiàm ad ejuſdem gloriam accedit, quod Caroli V. Imperatoris invictiſſimi, Titiani penicillo concurrente, imaginem ſimilimam, ex argillâ, clàm, facilique negotio, dùm ille Imperatore adſtante pingeret, elaboraverit, quem in opere deprehensum paribus cùm Titiano laudibus, ac mercede Carolus cumulavit: Vaſari, *Tom. 1. part. 3., nella Vita di detto Lombardi*, & Superbi, *Apparato, part. 3. fol. 129.* His addimus Elogium Michaelis Angeli Bonarota, qui cùm Bononiæ, in Eccleſiâ Hoſpitalis Vitæ Mariam Virginem, ac Apoſtolos duodecim ex coctâ argilâ per Lombardi noſtrum efformatos conſpexiſſet, eundem Terræ Deum appellare non dubitavit, utpotè, qui ex eâ, quidquid libitum foret, efficeret: Ità Auctores citati, ac alii plures. Fuit etiàm Lombardi Pictor, & quidèm egregius.

PETRUS LOMBARDI Ferrarienſis, Sculptor præſtantiſſimus, qui intèr cætera, Bononiæ Divi Dominici Arcam mirificè ſculpſit: In Patriâ noſtrâ deceſſit, ejuſque corpus in Templo Divi Dominici tumulatum tradit Guarini, *Chieſe di Ferrara, lib. 3.*

HIERONYMUS LOMBARDI Ferrarienſis, Sculptor, ac Fuſor celeberrimus, Andreæ Contucci, Sanſovino appellati diſcipulus, Antoniique Calcagni Recanatenſis præceptor: Multa Laureti, in marmore mirificè ſculpſit, Prophetas præſertìm, uno tantùm excepto, qui ſacram Lauretanam Ædiculam forìs ornant, quorum nihìl pulcriùs cerni poteſt: Candelabra itèm ænea, hominum, florum, foliorumque imaginibus elegantiſſima,

ibi-

ibidèm fusorio opere elaboravit. Vasari, *part. 3. Volum. 1.*, *nella Vita di Benvenuto dà Garofalo*, & Orlandi, *Abece d. Pittorico*, *fol.* 80. & 231.

LUDOVICUS LANA Ferrariensis, Pictor egregius, Francisci Stringa Mutinensis Præceptor, ac Joannis Francisci Levizzani æmulus: elegantissimis Mutinam picturis ornavit. Multæ etiàm magno Auctoris famæ incremento Romam, ac Neapolim perlatæ sunt; nos verò Ferrariæ, in Ecclesiâ D. Agnetis, pictam Tabulam pulcherrimam Divæ ejusdem habemus: Obiit Ludovicus noster anno 1646. Vedriani, *Historia di Modana*, *fol.* 133., & Borsetti, *Supplem. fol.* 26.

MARCUS MASSARI de Consandulo, Ferrariense Vico, Monachus Cisterciensis antiquus Librorum Scriptor, elegantissimus, in Monasterio Sancti Bartholomei, extrà muros Ferrariæ professus est, de quo Nicolaus Baccetti, *in libr. 2. fol.* 62. *suæ Monasterii Septimiani Historiæ*, hæc habet: *Marcus Massarius è Consandolo, frequenti ad Padum Vico, laude scribendi suo Sæculo clarissimus*.

LUDOVICUS MALINO Ferrariensis, Pictor celebris, Laurentii Costa discipulus, memoratus à Georgio Vasari, *Vite dei Pittori*, *part. 2. nella Vita di Lorenzo Costa*.

HIERONYMUS MARCHESI *de* Cotignolâ, Ferrar. Ducatus; insignis Pictor, qui circà annum 1480. florebat, & Neapoli, ac Bononiæ multa pinxit egregiè. Vasari, *Vite dei Pittori*, *part. 3. volum. 1.*, *nella Vita di Bartolomeo da Bagnacavallo*, Malvasia, *Felsina Pittrice*, *part. 2.*, & Orlandi, *Abecedar. Pittorico*.

FINUS MARSIGLI Ferrariensis, Pictor antiquus, de quo mentio *in Publico Memoriali anni* 1505. Civitatis nostræ, *fol.* 16. In Ecclesiâ Cathedrali nonnihil pinxisse dicitur.

LUDOVICUS MAZZOLINO Ferrariensis, illustris admodùm Pictor, Laurentii Costa discipulus: Pinxit Bononiæ in Templo Divi Francisci, in Sacello Caprara Dominicæ Nativi-

 tatis

tatis tabulam, ut refert *L'Ascoso, Pitture di Bologna*, *fol.* 118. Nos verò in Templo D. Bartholomei extra Ferrariæ muros, tabulam elegantissimam Nativitatis Domini habemus. Guarini, *Chiese*, *libr.* 6. *fol.* 400. Quædàm etiàm Auctoris nostri tabulæ Venetiis, in Ecclesiis extare dicuntur.

LUDOVICUS MARANINI Ferrariensis, Pictor, qui vixit Sæculo XVI.; quæ ediderit ignoramus: Obiit verò die 3. Maii 1581., & sepultus est in Ecclesiâ S. Romani, ut patet *ex libris Offitii Bullettarum*.

JOSEPH MAZZUOLI Ferrariensis, BASTAROLO nuncupatus: Hujus nudum dumtaxàt nomen retulisse Orlandi, in suo *Abecedario Pittorico* vehementèr miramur, cùm celeberrimus Pictor fuerit, ejusdemque nobilissima, tàm in Patriâ, quàm alibì Opera conspiciantur, maximè à picturæ affeclis comendata: Hæc nos, Ferrariæ habemus, omnium oculis objecta, scilicèt, In Ecclesiâ Sanctæ Mariæ à Rosâ S. Barbaram, & Christi de Cruce depositionem: In Ecclesiâ PP. Societatis Jesu Crucifixum cum Deiparâ, ac S. Joanne Evangelistâ astantibus, & Annunciationem Deiparæ, ac Ecclesiæ laquearium: In Ecclesiâ Sanctæ Annæ Tabulam Aræ Sanctissimi Crucifixi, ac aliam ipsius è regione positam: In Ecclesiâ Spiritus Sancti, ejusdem Missionem supèr Apostolos, & Pietatem: In Ecclesiâ Capuccinorum Ascensionem Christi ad Cœlos, &: In Ecclesiâ D. Barbaræ, Divam eandem, & S. Joannis Baptistæ Decollationem; omnia autèm pulcherrima: Multa etiàm in Civium domibus custodiuntur: Floruit Mazzuoli noster circà annum 1570. Obiit verò Ferrariæ die 10. Novembris 1589., ut *ex Libr. Offitii Bullettarum* patet, ac in Templo D. Andreæ tumulatus est. Guarini, *Chiese di Ferrara*, *libr.* 5., & Borsetti, *Supplemento*, *fol.* 258. 259. & 261.

DOMINICUS MONI Ferrariensis, Pictor celebris, cujus Opera Ferrariæ habemus, in Ecclesiis Cathedrali, S. Francisci, S. Pauli, S. Mariæ in Vado, & alibì: Multa etiàm Parmæ pinxit, prò Ranutio Farnense Duce. Superbi, *Apparato*, *part.* 3. *fol.* 127., & Orlandi, *Abecedario Pittorico*.

JOAN-

JO: BAPTISTA MAGAGNINO, Farina dictus, Ferrarienſis, bonus Pictor, cujus mentio eſt apùd Marcum Anton. Guarini, *Chieſe di Ferrara*, *libr. 3. fol. 168.*

CLEMENS MAJOLA Ferrarienſis, Pictor, qui celeberrimi Petri de Cortonâ diſcipulus fuit: In Eccleſiâ S. Joſeph Auguſtinianorum Excalceatorum, Tabula Aræ S. Nicolæ de Tolentino manu Clementis noſtri picta dicitur.

JO: FRANCISCUS MUCCIO de Cento, Ferrarienſis Ducatus: Hunc Centenſem patriâ fatetur Peregrinus Orlandi, & nihilominùs Bononienſem, ut de aliis facere ſolet; appellat, quòd herclè notabile: Cæterùm Muccio noſter Guerzini nepos, ac diſcipulus Picturæ laudabilitèr vacavit, ac in ære incidit. Orlandi, qui ſuprà *Abeced. Pittorico*.

HORATIUS MORNASI Ferrarienſis, proximè tranſacti Sæculi Pictor celebris: Hujus elegantes tabulæ, Ferrariæ cernuntur in Eccleſiis S. Gabrielis, S. Sebaſtiani, S. Andreæ, & alibì. Andreas Borſetti, *Supplemento alle Chieſe del Guarini*, *fol.* 257. *&* 262.

CÆSAR MEZOGORO de Cymaclo, Ferrarienſis Ducatus, Pictor elegans, qui pòſt Sæculi elapſi dimidium claruit. Pinxit, Ferrariæ Tabulam in Eccleſiâ S. Clementis, alias multas Actorum S. Cajetani Thienei in Eccleſiâ Theatinorum, multas prò Marchionibus Trotti, & alia. Sculptoriam quoquè Artem exercuiſſe dicitur.

MENEGATI Ferrarienſis, Pictor, qui ætate noſtrâ vixit; pinxit autèm recenti albario laquearium Eccleſiæ Monialium S. Auguſtini, itèmque illud Eccleſiæ S. Mariæ *Dell'Amore* nuncupatæ. Pinxit quoque in Oratorio S. Ludovici, ac alibì.

MARSIGLI Ferrarienſis, Cathedralis Eccleſiæ noſtræ Canonicus, qui Picturæ, relaxandi animi gratiâ laudabilitèr operam dedit: In Eccleſiâ Suburbanâ D Lucæ, cujus quondam Parochus fuerat, Sancti ejuſdem tabulam pinxit: Obiit autèm ætate noſtrâ.

NICOLAUS de Vico Aureolo, vulgò *Figarolo*, Ferrarienſis Ducatus, Sculptor præclariſſimus, qui nobiliſſimam Civitatis noſtræ Cathedralem intrinſecùs, ac extrinſecùs ſculpturis ornavit, floruitque paulò poſt Sæculi XII. initium, ut patet ex carminibus ſequentibus, quæ uſquè in hodiernam diem, in ſemicirculo Portæ Majoris Eccleſiæ ejuſdem leguntur inſculpta: Hujuſmodi autèm ſunt.

Anno milleno centeno tèr quoquè deno
Quinque ſupèr latiſ ſtruitur domus hæc pietatis:
Artificem gnarum qui ſculpſit hæc Nicolaum
Hùc concurrentes laudent per ſæcula gentes.

FRANCISCUS NASELLI Ferrarienſis, Pictor inſignis, qui Ludovici Carazza diſcipulus fuit: Hujus Opera, & quidèm pulcra, ſunt Tabulæ migrationis Infantis Jeſu in Egyptum, & Viſitationis S. Heliſabeth, in Oratorio Conceptionis Immaculatæ Mariæ Virginis *Della Scala* nuncupato: Obiit circà annum 1630. Orlandi, *Abeced. Pittorico*, *fol.* 99.

ALEXANDER NASELLI Ferrarienſis, Pictor, cujus penicilli opus eſt, tranſitus D. Cajetani Thienei, in Eccleſiâ Theatinorum, intrà Semicirculum Portæ Majoris expreſſus: Claruit circà Sæculi tranſacti finem.

MICHAEL ONGARO Ferrarienſis, Sæculi XV. Pictor, *in Publicis Civitatis noſtræ Memorialibus*, præſertìm verò *in eo anni* 1446. *fol.* 17. & 33. memoratus.

C. PETILIUS C. L. STRABO, cælator, qui noſtrâ in Regione floruit antè Chriſtum natum, ut patet ex votivâ marmoreâ tabulâ, in Agrò noſtro repertâ, quam in Hiſtoriæ exordio retulimus.

PETRUS de Ferrariâ, Pictor, à Malvaſiâ, *Felſina Pittrice*, *Tom.* 1. *part.* 3., *nella Vita di Giulio Ceſare Parigini* memoratus.

DOMINICUS PANETTI Ferrarienſis, prò *Panetti*, *Laneti*, ſed malè ſcribit Orlandi: Hic Benvenuti Tiſio de Garofalo, de quo

quo infrà, præceptor fuit, multùmque in Picturâ, suâ ætate valuit, vixit autèm circà annum 1470., quamvìs à Vasari, *part. 3. volum. 2.*, *nella Vita di detto Benvenuto dà Garofalo*, benignè parùm memoretur: Nonnulla Panetti Opera Ferrariæ sunt, præcipuè verò in Ecclesiâ Cathedrali, & in Templo S. Andreæ, in quo Apostoli ejusdem tabula pulcherrima est.

JACOBUS PANIZZATO Ferrariensis, Pictor egregius, fratrum Dossò discipulus, qui pauca, sed scitè admodùm delineata pinxit, quoniàm adhùc juvenem mors sustulit anno 1540., ut refert Orlandi, *Abecedar. Pittorico*. Pinxit naviculàm Domus Balarini Familiæ, in Viâ Saraceni positæ, unâ cùm Dosso, at hæc, temporis injuriâ, ferè deleta. August. Superbi, *Apparato degli Uomini illustri di Ferrara*, *part. 3. fol.* 125.

MARCELLUS PROVENZALE de Cento, Ferrariensis Ducatus, Pictor insignis, Musivique Operis, quod à Paulo Rossetti, Centense didicit, professor excellentissimus: Musiva ejusdem, ac Pauli præceptoris pulcherrima habentur Romæ, in Basilicâ Vaticanâ: Sed & virorum Imagines, vulgò *Ritratti*, ad Tabularum modum, lapillis coloratis efformavit, exemplo similimos, elegantesque adeò, ut non Musiva, sed picturæ, penicillo elaboratæ intuentibus appareant: Obiit anno 1639. Orlandi, *Abeced. Pittorico*.

JOANNES FRANCISCUS PASQUALINO de Cento, insignis æris Incisor, præsertìm verò in Operibus Joannis Francisci Barbieri Conterranei sui exprimendis exercitatùs, ac singularis.

PHILIPPUS PORRO Ferrariensis, Sæculi elapsi Statuarius lignarius, & celeberrimus quidèm, cujus plura, pulcherrimaque opera Ferrariæ habemus in Ecclesiis S. Mariæ à Rosâ, & S. Pauli, ac nobile Lampadarium, in Templo Cathedrali, antè Corporis Christi Aram positum.

ANGELUS PARMIANI Ferrariensis: Nostrorum temporum Toreuta fuit, qui artis suæ opera nobilissima edidit, nonnulla verò minuta adeò, tantâque elegantiâ elaborata, ut eorum

quædam à magnis Principibus, in Museis, pretiosa intèr custodiantur.

JACOBUS PAROLINI Ferrariensis, currentis Sæculi Pictor insignis, qui Equitis Caroli Cignani discipulus fuit, & quidèm dignissimus; Taurini, ac Veronæ egregiè pinxit, Ferraria verò laudatis ejusdem Operibus referta est: Plura videas præsertìm in Ecclesiis Cathedrali, Novâ, D. Pauli, Societatis Jesu, Spiritus Sancti, D. Benedicti, D. Jo: Baptistæ, D. Mariæ Magdalenæ, Societatis Mortis, D. Augustini, & alibì: Obiit Ferrariæ. De eo, cùm laude scribit Orlandi, *Abeced. Pittorico*, *fol.* 99.

BARTHOLOMEUS RAMENGHI, BAGNACAVALLO nuncupatus, de Bagnacavallo, Ferrar. Ducatus, celeberrimus Pictor, Raphaelis Urbinatis discipulus, qui claruit circà annum 1540. ejus Tabulæ scitè adeò, ac mirificè tinctæ sunt, ut Ludovico Caracci placere promeruerint: Harum multas Bononiæ videre est, indicatque Liber, cui titulus: *Le Pitture di Bologna*, *dell' Ascoso Academico Gelato*: De Bartholomeo nostro, ac Ramenghi aliis, de quibus mox, parùm æquè sentit Hetruscæ tantummodò, ac Romanæ virtutis æstimator Georgius Vasari, *part.* 3. *volum* 1., *nella Vita di Bartolomeo dà Bagnacavallo*; sed eum confutat Malvasia, *Tom.* 1. *part.* 2., *nella Vita di detto Bartolomeo*: Videas etiàm Orlandi, *Abecedar. Pittorico*.

JO. BAPTISTA RAMENGHI de Bagnacavallo, Bartholomei Consobrinus, ipse etiàm pictor illustris, à Malvasiâ, & Orlandi, *locis cit.* suprà memoratus.

SCIPIO RAMENGHI de Bagnacavallo, alter Bartholomei Consobrinus, Pictor, Recentis Albarii præsertìm, illustris admodùm: Bononiæ pinxit, & de eo laudati Scriptores, *in locis*, *ubì suprà*.

BARTHOLOMEUS RAMENGHI Junior, de Bagnacavallo, Bartholomei, ex fratre nepos, præclarus & ipse Pictor, ut Malvasia, & Orlandi, *in locis supracitatis*.

CAMILLUS RICCI Ferrariensis, Pictor insignis, Hippoliti Scar-

Scarfellini Ferrarienfis difcipulus: Multa Ferrariæ egregiè pinxit, & hæc intèr Tabulam Annunciationis B. Mariæ Virginis, in Ecclefiâ Spiritus Sancti, aliam Defcenfus Chrifti ad Inferos, in Oratorio M. Virginis *Della Scala*, aliam in Ecclefiâ Cathedrali, Tabulafque plures in Laqueario Ecclefiæ S. Nicolai: Obiit verò circà annum 1618. Orlandi, *Abeced. Pittorico*.

PAULUS ROSSETTI de Cento, Ferrarien. Ducatus, Mufivi Operis Pictor infignis, egregios cujus labores Romæ cerni, in Bafilicâ Vaticanâ, ac in Templis S. Pudentianæ, & S. Mariæ de Laureto, fcribit Philippus Titi, *Pitture di Roma fol.* 8. 244. & 252. Ejufdem Mufiva videri etiàm in faftigio concamerato dictæ Bafilicæ D. Petri, afferit Orlandi, *Abeced. Pittorico*.

ALPHUNSUS RIVAROLA CHENDA appellatus, Ferrarienfis, Pictor infignis, Caroli Bononi difcipulus, quem anno 1640. trigefimum tertium ætatis annum agentem rapuit mors, dùm meliora femper effet editurus: Ferrariæ pinxit magnam Tabulam, pulcherrimamque Serpentis Æneî, à latere Aræ principis Ecclefiæ S. Nicolai, Tabulam S. Cajetani, in Ecclefiâ Theatinorum, & alia. Orlandi, *Abecedario*, & Borfetti, *Supplemento*, *fol.* 124.

JO: JACOBUS RONDINELLI Ferrarienfis, Comes, magnæ Eques prudentiæ, morumque integritatis: Hic, animi levandi gratiâ, fe in opere fegmentario exercuit, ac peritè adeò, ut nemini eà in arte primas concederet. Guarini, *Chiefe di Ferrara*, *libr.* 4. *fol.* 237.

MATTHIAS SERRATI de Confandulo, Ferrarienfe Vico, Monachus Ciftercienfis: Hic, in Monafterio S. Bartholomei, extrà Mœnia Ferrariæ floruit Sæculo XIV., fuit autèm Librorum ad ufum Chori optimus Scriptor, Miniatorque elegantiffimus, ut ufquè in hanc diem cernere eft in Libris Membranaceis Cantus Ecclefiaftici, in Miffis, ac Vefperis totiùs anni. Libanori, *Huomini Illuftri della Badia di S. Bartolomeo di Ferrara*, *fol.* 48.

STEPHANUS de Ferrariâ, Pictor infignis, Andreæ Mantegna difci-

discipulus, itèmque amicissimus: Patavii Sacellum, & Arcam D. Antonii, Aramque Mariæ Virginis *Del Pilastro* appellatæ picturis variis ornavit. Vasari, *part. 2.*, *nelle Vite di Andrea Mantegna, e di Vittore Scarpaccia*, & Orlandi, *Abecedar. Pittorico*.

FRANCISCUS SURCHI, DIELAI nuncupatus, Ferrariensis, Pictor eximius, fratrum Dosso discipulus, magnam & ipse consecutus famam, quamvìs illum turmatìm cùm aliis quibusdam Patriæ nostræ Pictoribus memoret, ac illaudatum dimmittat Peregrinus Orlandi, *Abeced. Pittorico*, *fol.* 99. Decessit Surchi noster circà annum 1560., ac tabulas elegantissimas reliquit in Patriâ, scilicèt Dominicæ Nativitatis, in Ecclesiâ Confraternitatis S. Joannis, Purificationis Deiparæ, in Ecclesiâ Battutorum Alborum, Annunciationis ejusdem in Claustro Veteri antè Ecclesiam S. Hieronymi, Imagines S. Annæ, Deiparæ, ac Infantis Jesu, in pariete Aulæ Xenodochii Sanctæ Annæ, aliaque alibì. Andreas Borsetti, *Supplemento alle Chiese del Guarini*, *fol.* 258., 260., *& seqq.*

SIGISMUNDUS SCARSELLA, MONDINO dictus, Ferrariensis, Pictor insignis, inventorum dives, ac Architecturæ peritissimus. Ferrariæ, Venetiis, & Tarvisii multa pinxit egregiè, tandèmque obiit anno 1614., ut refert Orlandi, *Abeced. Pittorico*. Pulcherrima èxtat Sigismundi nostri tabula, Christi sepulturam, Sanctorumque adstantium quorundam figuras reprehesentans in Ecclesiâ Suburbanâ Sancti Bartholomei, de qua Antonius Libanori, *Monaci illustri della Badia di S. Bartolomeo di Ferrara*, *fol.* 50.

HIPPOLITUS SCARSELLA, SCARSELLINO nuncupatus, Ferrariensis, Sigismundi prædicti filius, ac discipulus, Pictor excellentissimus: Is non tantùm in suo pingendi caractere mirabilis fuit, sed etiàm aliorum, præsertìm eorum de Bassano perfectissimus imitator, adeò ut ejusdem Tabulæ imitatorum penicillis confectæ esse viderentur. Cæterùm, cùm magnâ Hippolitus noster, in pingendo, celeritate, ac felicitate præstaret, innumera confecit Opera, & quidèm pulcherrima, quorum Italia referta est, multaque etiàm sunt extrà eandem translata: Plura in Patriâ extant, scilicèt in Ecclesiis, S. Benedicti, Capuccino-

cinorum, S. Margaritæ, S. Francisci, S. Crucis RR. PP. Inquisitorum, Cartusianorum, Immaculatæ Conceptionis *Della Scala* nuncupatæ, S. Mariæ de Buccâ, S. Mariæ in Vado, S. Bernardini, S. Joannis Baptistæ, S. Andreæ, S. Franciscæ, S. Claræ Capucinarum, S. Bartholomei, & alibì. Omnia elegantissima sunt, Auctor tamèn maximus apparet in Tabulis Concilii SS. Ecclesiæ Doctorum in Templo Monialium S. Bernardini, & Adorationis Regum in Oratorio S. Mariæ *Della Scala*, hanc verò Adorationis Tabulam cùm, prò Oratorio prædicto, ad Ludovici Caracciæ concurrentiam pinxerit, eum Joannis Francisci Barbieri nostri, omniumque intuentium judìtio, longè superavit: Multa etiàm Scarsellini Opera in Diœcesis Ecclesiis custodiuntur; ac nulla ferè Civium nostrorum Domus, quæ Auctoris tanti Tabulis careat. In pingendis Mariæ Virginis Imaginibus, millenas autèm pinxit brevioribus in Tabulis, admirabilis quoquè, ac ferè incomparabilis fuit. Masina, *fol.* 630., Superbi, *Apparat. fol.* 127., Borsetti, *Supplemento al Guarini*, & Orlandi, *Abeced. Pittorico*, & alii.

SARTI Ferrariensis, Pictor elegans, cujus tabulæ cernuntur in Ecclesiis Castri Figarolo, Villarumque Salara, ac Stellata Ferrariensis Ducatus. Floruit circà initium Sæculi XVII., juvenisque admodùm decessisse dicitur.

MAURELIUS SCANAVINI Ferrariensis, Pictor insignis, Caroli Cignani discipulus: Elegantissimas habemus in Ecclesiis nostris ejusdem tabulas, scilicèt Divæ Brigittæ in Ecclesiâ Sanctæ Mariæ, de Mortariâ nuncupatæ, Deiparæ B. Simoni Stok Scapulare Carmeliticum tradentis in Ecclesiâ Sancti Gabrielis, D. Joannis Eleemosinarii in Ecclesiâ S. Joseph, tabulas multas Divorum, Divarumque Prædicatorum Ordinis, pro ornandis Ecclesiis S. Dominici, & S. Rocchi, duas in Ecclesiâ Chartusianorum, tabulam D. Georgii Patroni nostri, in ejusdem Ecclesiâ extrà Civitatis mœnia, & alibì. Orlandi, *Abecedar. Pittorico*. Obiit verò Scanavini in labentis Sæculi initio.

BARTHOLOMEUS SOLATI Ferrariensis, anteacti Sæculi, circà finem Pictor, cujus est tabula D. Francisci Salesii in Ecclesiâ PP. Minimorum, *Della Croce* nuncupatâ. Borsetti, *Suppl. fol.* 50.

FRAN-

FRANCISCUS SCALA Ferrarienſis , celeberrimus recentis albarii Pictor, Franciſci Ferrari, & Fr. Cæſaris de Ravennâ diſcipulus: Laudatiſſima ejuſdem opera, Ferrariæ videre eſt in Eccleſiis Societatis Mortis, S. Joſeph Excalceatorum Divi Auguſtini, in Nobilium Domibus, ac alibì. In pingendis quoquè Theatrorum Scenis excellentiſſimus fuit, multaſque in Patriâ pinxit, ubì ætate florens, initio currentis Sæculi deceſſit. Memoratur à Peregrino Orlandi, *Abeced. Pittorico, fol.* 99.

ANTONIUS STANCARI Ferrarienſis, adoleſcens adhùc Picturæ laudabilitèr vacavit, ac etiàm poſtquàm Inſtitutum Beatæ Mariæ Servorum profeſſus eſt, in quo deceſſit currenti Sæculo.

COSMA TURA, GOSMEO vulgò dictus, Ferrarienſis, Pictor antiquus magni nominis, qui fuit Galaſſi Galaſſo Ferrarienſis diſcipulus, ſed eo excellentior: Floruit circà annum 1440., multaque egregiè pinxit, quæ tamèn vetuſtatis causâ magnâ ex parte perierunt: Ferrariæ extant in Eccleſiâ Cathedrali viginti tres ingentes Libri, ad Chori uſum, muſicalibus figuris, ac litteris exarati à Fr. Joanne de Luccâ Ordinis Minorum, innumeris verò miniaturis elegantiſſimis, ad Feſtorum recurrentium opportunitatem, inſigniti, quæ magnâ ex parte opus Goſmæ noſtri ſunt: His Libris nihil venuſtius, pretioſiuſque in totâ Europâ inveniri poteſt: In Cathedrali eadem extant etiàm magnæ antiqui Organi portæ, Goſmæ manu pictæ, & fragmenta aliqua in Sacello Eccleſiæ D. Georgii extrà mœnia: Cernitur etiàm ejuſdem Tabula in Templo S. Joannis Baptiſtæ Canonicorum Lateranenſium: Obiit anno 1469., & in dictâ S. Georgii Eccleſiâ tumulatus eſt. Guarini, *Chieſe, libr. 6. fol.* 394. Vaſari, *part. 2. nella Vita di Nicolò Aretino*, & Orlandi, *Abeced. Pittorico*; at quod Goſmæ noſtro magnum decus addit, eſt quod meruerit à Tito Veſpaſiano Strozza elegiacis Carminibus collaudari: Hæc autèm leguntur in ejuſdem Poetæ *Eroticon libr.* 4.

BENVENUTUS TISIO de Garofalo, GAROFALO nuncupatus, Ferrarienſis, Pictor, ſi quis alius, excellentiſſimus, paucis tamèn extrà Ferrariam proprio notus nomine; cùm etenìm feliciſſimè Raphaelis Urbinatis, pingendo, modum ſit imitatus,

à Pi-

à Pictoribus etiàm, nisi utriusque caracteris peritissimi sint, Benvenuti nostri opera Raphaeli tribuuntur: Ne tamèn ejusdem gloria penitùs in Raphaelem transferretur, fortè contigit, ut Benvenutus, in operibus illis, quæ limatiori penicillo formaverat, ut plurimùm Cariophyli florem pinxerit, quo signo à Picturis. Urbinatis discriminantur: Vasari, Pictorum, qui extrà Hetruriam suam claruere, laudator alioquì parcus, de Benvenuto nostro, summâ cùm laude loquitur, *in ejus Vitâ, part. 3. volum. 2.* Ibì, ipsum Dominico Panetti, Ferrariæ, Boccaccino, Cremonæ, Joanne Baldini, Romæ, & Laurentio Costa, Mantuæ, præceptoribus usum fuisse scribit, deindè verò Romam reversum, ac Michaelis Angeli Bonarota, & Raphaelis Urbinatis opera admiratum, inito cùm hoc arctissimo amicitiæ fœdere, se totum ad ejusdem pingendi normam conformasse: Parùm tamèn apùd Raphaelem constitit, nàm Ferrariam regredi opus habuit, datâ priùs, de Romam redeundo, amico fide, quatenùs domesticæ res paterentur: Minimè autèm sunt passæ; quapropter vitæ reliquum in Patriâ transegit, donèc octuagenarius decessit anno 1559., ejusque corpus in Templo S. Mariæ in Vado tumulatum est: Multa pinxit, quæ in Italiâ, & extrà plurimi fiunt; Ferrariæ autèm, sacris in Ædibus hæc conspiciuntur, scilicèt: In Ecclesiâ S. Francisci Sanctorum Innocentium strages, Lazari Ressurectio, Deipara Virgo, in Solio sedens, & Captura Jesu D. N. in Horto: In Ecclesiâ S. Dominici, Inventio S. Crucis, & Martirium D. Petri Martiris: In Ecclesiâ S. Spiritus Nativitas D. N. Jesu Christi, Virgo Deipara, cùm Sanctis aliquibus, & in Cœnaculo Fratrum postrema Christi Cœna: In Ecclesiâ D. Andreæ Aræ Majoris magna Tabula, & Novæ, ac Veteris Legis Historiâ in Fratrum Cœnaculo: In Ecclesiâ Angelorum Visitatio S. Helisabet: In Ecclesiâ S. Mariæ Novæ, Sancti Antonius, ac Maria Magdalena: In Ecclesiâ, ac Monasterio Monialium S. Bernardini Christus Crucem bajulans, ac alia multa: In Ecclesiâ S. Silvestri Christus in Horto orans, & alia: In Ecclesiâ S. Antonii Christus de Cruce depositus, & alia: In Ecclesiâ S. Gabrielis Ara Major: Pulcherrima quoquè Nativitatis D. N. Jesu Christi Tabula veterem S. Hieronymi Ecclesiam decorabat, sed ætate nostrâ distracta est, & ab emptore extrà Italiam, ut accepimus, pretio maximo vendita: Itèm in Ecclesiâ D. Petri Apostoli ejusdem Tabula: Extrà Mœnia Ferrariæ etiàm

etiàm, in Ecclesiâ D. Georgii, Jesus à Magis Regibus adorati Tabula, & in nobilissimo Monachorum Cœnaculo Imagines multæ Sanctorum, Cœnobiorum Ordinis Olivetani Titularium, nec non: In Ecclesiâ D. Bartholomei, Adorationis Regum Tabula: Intèr opera verò celeberrimi Benvenuti nostri, quæ extrà Ecclesias sunt, principem sibi locum vindicare arbitramur Fœminæ adulteræ Tabulam, quæ Museum nobilissimum ornat Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Thomæ Rufo, magnificentissimi Ferrariæ Archiepiscopi: De aliis loqui omittimus, ne Lectorem diutiùs, hac in re fatigemus. De Benvenuto nostro, ultrà Vasari, suprà citatum, scripsere etiàm Guarini, *Chiese*, Superbi, *Apparat. fol.* 124., Borsetti, *Supplemento à detto Guarini*, Orlandi, *Abeced. Pittorico*, & alii plures.

CÆSAR TESTA Ferrariensis, Pictor, de quo nihìl aliud habemus nisì quod obiit die 5. Octobris 1591., & in Ecclesiâ Sancti Francisci est tumulatus, ut *ex Libris Offitii Bullettarum* patet.

JO: BAPT. TORRI Ferrariensis, Pictor celeberrimus, Caroli Bononi discipulus: Intèr ea, quæ pinxit in Patriâ, principem sibi locum vindicat pictura pulcherrima Fornicis Chori S. Nicolai, quod opus immortalem Auctori gloriam creavit: Obiit Torri noster antè dimidium sæculi proximè transacti.

ANTONIUS TROTTI Ferrariensis, Marchio, Cathedralis Ecclesiæ nostræ Archidiaconus, sanguinis nobilitate, ac doctrinâ præclarissimus: Elegantissimus etiàm Miniator fuit, perfectusque adeò, ut nemini, seù colorum pulchritudine, seù pingendi studio, suâ ætate primas concesserit: Nonnullorum quoquè Imagines, vulgò *Ritratti*, exemplis simillimas, nativis coloribus efformavit: Hæc autèm Opera, ferè omnia à Marchionibus Trotti ejusdem nepotibus custodiuntur: Multùm in Opticâ valuit Marchio noster; Fabrilem quoquè artem, dùm ætate vigeret exercuit, ac intèr cætera, instrumenta plura Mathematica scitè fabricavit, amicisque, ac familiaribus dono dedit; eâ enìm erat humanitate, animique magnitudine, ut nedùm petentibus, verùm etiàm tacentibus prestò esset, cùm eis aliquid opus fore animadverteret: Itèm Toreuta fuit, Musicam calluit, omnia tan-

dèm

dèm ut paucis complectamur, se in cunctis, quæ aggressus est, absolutissimum ostendit.

JO: PHILIPPUS TOMMASI Ferrariensis, Delineator, calamo elegantissimus, ut ex quibusdam ejusdem operibus patet: Decessit paucis ab hìnc retrò annis.

VESPASIANUS de Ferrariâ, Ordinis Minorum Conventualium, Scriptor, omnium suâ ætate excellentissimus, pulcherimorumque cujuscumque generis Characterum efformator: In Majusculis verò Litteris (optimus quippè delineator erat) avium, brutorum, hominumque figuras, unicâ lineâ sempèr progrediente effingebat, ut patet, ex nonnullis ejusdem scripturis, quæ in hanc diem servari dicuntur. Superbi, *Apparat. part. 1. fol. 33.*, & Libanori, *part. 3. fol. 245.*

S. CATTARINA VEGRI: Joannis Vegri Ferrariensis Patritii filia, Bononiæ nata, ac ob id de Bononiâ dicta: Hæc dilectissima Christi Sponsa, sacras aliquandò Imagines diligentissimè miniavit, ac pinxit, ejusdemque opus, est picta Jesu Infantis imago, quæ Bononiæ ad ægrotos osculanda deferri solet: Mira autèm, hac mediante Imagine, operari dignatur Deus; infirmorum enìm multi, quiddam etiàm desperati, convalescunt. Malvasia, *Tom. 1. part. 1. fol. 33.*, & Orlandi, *Abeced. Pittorico*: Hæc, tamquàm Civium nostrorum corona, à nobis jure hìc memoratur.

GASPAR VENTURINI Ferrariensis, celebris Pictor, qui claruit circà annum 1600. Orlandi, *Abecedar. Pittorico*.

MICHAEL ZENO Ferrariensis, Miniator, calamoque Delineator elegantissimus, qui vixit ætate nostrâ.

MU-

MUSICI SCRIPTORES, AC MUSICI PRACTICI.

INNOCENTIUS ALBERTI Ferrarienſis, Alphunſi Eſtenſis Ferrariæ Ducis Muſicus inſignis, qui Pſalmos, & Cantiones optimè modulatas conſcripſit. Superbi, *Apparato degli Uomini illuſtri di Ferrara*, *part.* 3. *fol.* 131.

FRANCISCUS ARRIGONI Ferrarienſis, Ducalis Capellæ Muſicus egregius, qui Opera quæddam Muſicalia reliquit. Superbi, *fol.* 129.

LUDOVICUS AGOSTINI Ferrarienſis, Sacerdos, Prothonotarius Apoſtolicus, Alphunſi II. Ferrariæ Ducis Muſicus præclariſſimus, Muſicorumque Præfectus: Edidit Anconæ anno 1589. typis Joannis Pauli Landriani *Meſſe*, *Veſpri*, *Mottetti*, *Madrigali*, *e Sinfonie ingegnoſiſſime*, *ſecondo il guſto di quel tempo*. Libanori, *Ferrara d' Oro*, *part.* 3. *fol.* 193., & Guarini, *Chieſe*, *libr.* 5. *fol.* 355.

STEPHANUS ARRIVIERI Ferrarienſis, Alphunſi II. Ferrariæ Ducis Muſicus, memoratus *in Libris Bullettarum ad annum* 1597.

RAPHAELLA ALEOTTI ARGENTA Ferrarienſis, Monialis Auguſtiniana, Chori Muſicalis præclariſſimi Monialium S. Viti Civitatis noſtræ Organiſta optima, & in Muſicalibus ſcribendis etiàm peritiſſima: Edidit verò *Motteti*, e *Madrigali*, Guarini, *Chieſe*, *libr.* 5. *fol.* 376.

THOMAS BAMBASIA Ferrarienſis: Hic vixit immortalis Franciſci Petrarca tempore, ſcilicèt Sæculo XIV. tantique Poetæ amicitiam adeò meruit, ut Leùtum ſuum, quo in tangendo animum quandòque levabat, eidem Teſtamento, anno 1370. pridiè Nonas Aprilis manu propriâ exarato Petrarca, his verbis, legaverit.

Ma-

Magistro Thomæ Bambasiæ de Ferrariâ lego Leutùm meum bonum, ut eum sonet, non prò vanitate sæculi fugacis, sed ad laudem Dei æterni .

Legitur integrum Petrarca Testamentum , in editione ejusdem Rithmorum, Patavii anno 1722., apùd Joseph Comino , pag.49. Ex legato prædicto constat , Magistrum Thomam nostrum Leùti pulsatorem fuisse , quapropter eidem intèr Musicos locum assignamus, quamvìs alterius instituti vir fuerit , ac Litteratus ; Petrarca enìm eorum præsertìm , qui Scientiis vacarent , solebat amicitiam colere .

DOMINICUS BUSTAMANTE Ferrariensis , Alphunsi II. Ferrariæ Ducis insignis Musicus . Obiit anno 1586., & sepultus est die 6. Martii, ut *ex Libr. Libitinariorum*, apùd Bullettarum Notarium .

JUSBERTUS BOLDUCHI Ferrariensis, ejusdem Alphunsi II. Musicus insignis , memoratus *in Libris Offitii Bullettarum ad annum* 1591. *die* 28. *Julii*, sub partitâ Barbaræ ejusdem filiæ .

JO: BAPTISTA BASSANI Ferrariensis : Ferrariensem vocamus, non origine, sed quoniàm intèr nos Familiam statuerit : Musicorum Academiæ Mortis Civitatis nostræ diutissimè Præfecturam gessit, & Musicalia , si quis alius , suâ ætate egregiè conscribens magnum sibi nomen promeruit . Multa edidit , scilicèt *Messe* : *Vespri* : *Cantate* : *Mottetti* : *Concerti* , & alia , multaque inedita Hæredibus reliquit ; floruit autèm currenti sæculo, ac in elapsi fine . Floret hodiè Paulus Antonius Bassani ejusdem filius Musicorum nostrorum Præfectus .

BURGATTI de Cento , Ferrarienf. Ducatus , bonus lyræ parvæ *Violino* pulsator , qui hoc Sæculo decessit . Vivit nùnc Jacobus Antonius PIO' de Centi Plebe ejusdem Ferrariensis Ducatus, Musicalium Rerum scriptor, parvæque lyre pulsator egregius , qui fuit à præclarissimo olìm Joseph Torelli eruditus .

ANTONIUS BARITONI Ferrariensis , Lyræ parvæ pulsator peritissimus , qui obiit ætate nostrâ .

ANTONIUS BIGNOZZI Ferrarienſis, Lyræ, vulgò *Viola* pulſator egregius, qui floruit ætate noſtrâ.

ANTONIUS BIANCHINI de Trecentâ, Ferrarienſis Ducatus, Sacerdos Muſicus *Baſſo*, & quidèm celebris, qui in fine tranſacti ſæculi, ac in præſentis initio floruit: Obiit tandèm Cathedralis Eccleſiæ noſtræ Manſionarius.

JO: BENEDICTUS CAMELLI de Piſtoja, Herculis I. Ferrariæ Ducis Muſicus excellentiſſimus: Hujus in gratiam Dux idem anno 1500. in Cathedrali Ferrarienſi Eccleſiâ Primiceratus Dignitatem, cujus officium eſt Cantoribus præeſſe, inſtituit, dotavitque, ac ad eandem Joannem Benedictum nominavit, quòd in causâ fuit, ut Thomas ejuſdem frater Piſtorio Ferrariam veniret, in quâ Ferrarienſis Familiæ, *Piſtoja* vulgò dictæ ſtipes fuit.

GASPAR CAVAZZA Ferrarienſis, Monachus Ciſtercienſis: In Sæculo Muſicus præclariſsimus fuit, deindè Ciſtercienſium Ordinem ingreſſus ſe Theologiæ ſtudiis addixit, ac Cœnobii noſtri S. Bartholomei extrà Mœnia. Abbas fuit. De eo Libanori, *Monaci Illuſtr. di detta Badia*, *fol.* 59.

ANTONIUS COTTINO Ferrarienſis, Muſicus, *Baſſo* excellentiſsimus, qui ob eximiam in canendo virtutem, omnium ferè Europæ Principum gratiam promeruit: Cæſareæ Majeſtatis ſervitium amplexus eſt, diùque Viennæ conſtitit.

ANTONIUS GALLI, COTTINO dictus, Ferrarienſis, Muſicus *Baſſo* celeberrimus, Antonii Cottino ex ſorore nepos, ac diſcipulus, indèque ipſe etiàm *Cottino* appellatus Habemus nùnc Donum Maurelium Biaſiotti Ferrarienſem, Muſicum intèr celebriores, qui inſtitutus eſt à Joſepho Berti vivente, Muſico, rerumque Muſicalium Auctore doctiſsimo, ac morum integritate comendabili.

ARCHANGELUS CORELLI de Fuſignano, Ferrarienſ. Ducatus, Lyræ parvæ *Violino* pulſator, nèc non Muſicæ ſcriptor, in utroque inſigniſsimus, immortalis, incomparabilis: Nulli Muſicam

ficam Artem magis umquàm debuisse, quàm Corelli nostro, omnibus in confesso est, illam etenim ad eum perfectionis apicem, suâ virtute, laboribusque evexit, ut nihil imposterùm nobilius, suavius, limatiusve sperari possit: Equidèm summa ipsius hæc laus est, quòd, quicumque in Musicis, nostrâ ætate proficere velint (erit etiàm probabilitèr in futurum) in Corelli Operibus revolvendis, ac sedulò considerandis studium impendant, ità ut Musicorum Auctorum omnium ævi hujus Magister verè dici possit: Edidit autèm: *Sinfonie, à due Violini, e Basso, Opera Prima: Opera Seconda: Opera Terza: Opera Quarta: Opera Quinta, à Violino solo, e Basso*, & post ejus obitum, qui paucis retrò annis Romæ contigit, ubì majorem vitæ partem, à cunctis admiratus transegerat, edita est etiam *L'Opera Sesta, consistente in Concerti, e Concertini à più Instrumenti*: Alia quoquè multa reliquit maximus Corelli noster, quæ inedita remanserunt. Sub Viri tanti Elogio, PETRUM BERETTA, ex nostris paritèr virum præstantissimum recensemus: Hic in Patriâ vivit, estque Rerum Musicalium Scriptor eximius, & parvæ Lyræ, *Violino* pulsator egregius adeò, ut superiorem, equalemque fortassè neminem, hac ætate habeat.

ISIDORUS CAVAZZA Ferrariensis, Cathedralis Ferrariæ Organista, & quidèm insignis, qui floruit circà finem anteacti Sæculi.

SEBASTIANUS CHIERICI Ferrariensis, origine autèm Pistoriensis, Musicus *Soprano*, deindè Rerum Musicalium Scriptor præclarissimus, qui circà Sæculi elapsi finem, Musicorum celebris quondàm Ferrariensis Academiæ Spiritus Sancti Præfectus diù fuit, ità ut Fratribus Pistorio, undè orti, Ferrariam accitis, intèr nos Familiam radicaverit: Multa scripsit Musicalia, quæ adhùc magno in pretio sunt, videlicèt: *Messe: Vespri: Salmi: Mottetti: Cantate: Oratorii: Sinfonie*, & alia plura, an autèm aliquid typis dederit, ignoramus.

NICOLA CIPRI Ferrariensis, S. Viti Monialis: Hæc, tàm canendo *Contralto*, quam Lyram parvam *Violino* pulsando mirabilis, eâquè florente, Monialium S. Viti Chorus Musicalis magnum nomen obtinuit.

JULIUS FIESSI Ferrarienſis, Muſicus Ducalis eximius, pſalteſque peritiſsimus, ut teſtatur Superbi, *Apparato*, *part.* 3. *fol.* 130.

HIPPOLITUS FIORINI Ferrarienſis, Alphunſi II. Ferrariæ Ducis Muſicus, Ducaliſque Muſicorum Capellæ Præfectus celebratiſsimus, qui Muſicalia multa egregiè conſcripſit, ut teſtantur Superbi, *fol.*132., & Libanori, *part.* 3. *fol.*181.

CÆSAR FERRUZZI Ferrarienſis, celebris Alphunſi II. Ferrariæ Ducis Muſicus: Obiit die 4. Novembris 1588., ac ſepultus eſt in Eccleſiâ S. Franciſci, ut conſtat *ex Libr. Offitii Bullettarum*.

HIERONYMUS FRESCOBALDI Ferrarienſis, Luzzaſchi Luzzaſcho Ferrarienſis diſcipulus, Muſicus, Pſaltes, & Tibicen celeberrimus, Organiſta verò incomparabilis, ità ut eos etiàm, qui eâdem in Arte magìs excellerent, in ſui admirationem raperet. A magnis Regibus certatìm, maximiſque pollicitis premiis, invitatus, ac expetitus, nullum, niſi Principis proprii ſervitium amplecti voluit: Roma habere meruit, S. Petri Organo illi collato: Quanta verò, qualia, quamque difficilia, doctiſsima tamèn, & pulcherrima Muſicæ Opera, præſertìm ad Organum pertinentia, in Italiâ, ac ultrà Montes typis dederit, nobis Epitomem ſcribentibus refferre non vacat; hoc dumtaxàt dixiſſe ſatìs ſit, in Freſcobaldi noſtri Operibus Organiſtas excellentiſsimos fuiſſe efformatos, ac in dies efformari. Floruit Freſcobaldi circà annum 1620. Superbi, *Apparato*, *part.* 3. *fol.* 133., & Libanori, *part.* 3. *fol.* 168.

CÆSAR FRESCOBALDI Ferrarienſis, Ciſtercienſis Monachus, Hieronymi prædicti frater, ipſe etiàm Muſicus excellentiſsimus: Cùm autèm Ciſtercienſibus nomen dediſſet, Sacris litteris vacavit, adeòque profecit, ut Cœnobii noſtri S Bartholomei extrà Mœnia Ferrariæ Abbas eſſe promeruerit. Libanori, *Monaci Illuſtri della Badia di S. Bartolomeo*, *fol.* 65.

ALOYSIUS FIASCHI Ferrarienſis, Comes: Hic, animi levandi ergò Lyram parvam pulſabat, obiitque juvenis currenti ſæcu-

sæculo. Ætate nostrà Instrumentum idem, eâque de causâ paritèr pulsant Co: Antonius Bonacossa Eques humanissimus, Mattheus Vigna, Communitatis Ferrariæ Cancellarius, qui etiàm Musicalem Academiam domi cogit, Philippus Zuffi Sacerdos, aliique.

JULIUS GIUSBERTI, HEREMITA dictus, Ferrariensis, Organista insignis, qui floruit sub Alphunso II. Ferrariæ Duce; Opera Musicalia, & quidèm dignissima eum reliquisse, scribit Superbi, *fol.*132., & Guarini, *Chiese*, *libr.* 4. *fol.*274.

ANTONIUS GORETTI Ferrariensis, nobilis Civis; Musicæ peritus, ejusdemque amantissimus, qui vixit in initio Sæculi XVII. Hic Instrumentorum Musicalium cujuscumque generis Auctorum meliorum ingentem collegit numerum, ità ut disposita vix à cubiculis tribus caperentur, quòd tamquàm visu dignissimum Nobilibus viris, ac Principibus, per Urbem nostram transeuntibus ostendi solebat: Ea omnia pluribus scutorum millibus oblatis vendere potuit Antonius, recusavit tamèn: At eo mortuo, Laurentius Goretti hæres magno Germaniæ Principi alienavit. Borsetti, *Supplem. al Guarini*, *fol.* 196.

ANTONIUS GRIMALDI Ferrariensis, incolatus jure, & Familiæ intèr nos stabilitæ Ferrariensem vocamus, quamvìs origine Bononiensem esse, certum sit: Hic autem parvæ Lyræ modulator egregius, ducendique Instrumentorum Musicalium Chori peritissimus. Vivit ætate nostrà Antonius Guizzardelli Ferrariensis, ejusdem discipulus, & ipse lyræ parvæ modulator admodùm elegans.

SANCTES GAJANI Ferrariensis, celebris Lyræ *Viola* pulsator, qui ætate nostrâ floruit.

PAULUS ISNARDI Ferrariensis, Musicus vocalis doctissimus, ac suavissimus, sub Alphunso II. Ferrariæ Duce, quem auditum Europæ Principes magnis muneribus cumularunt; Ætate verò maturior factus, cùm etiàm scribendo excelleret, Musicorum Cathedralis Ferrariæ Præfecturam consecutus est, ac summa cùm laude exercuit: Multa typis dedit, scilicèt:

Vespri, *Messe*, *Compiete à* 4. 5., *e* 6. *Voci*: *Lamentazioni*: *Sonetti*, *Madrigali*: *Drammi Musicali per Teatro*, & alia. Superbi, *Apparat. part.* 3. *fol.* 132., & Libanori, *part.* 3. *fol.* 224., Antonius verò Possevini, *in sui Apparatus Sacri Tomo* 3. Paulum nostrum, non *Isnardum*, sed *Isuardum* appellat, eumque Cassinensis Congregationis Abbatem facit, scribitque, quosdam illius Hymnos de Sanctis Petro, & Paulo Apostolis, vario carminis genere compositos, de Capituli Generalis consensu, in Mantuano S. Benedicti Cœnobio, reccurrentibus annuis dictorum Apostolorum Solemnitatibus, cantari.

LUZZASCUS LUZZASCO Ferrariensis, Musicus, & Organista excellentissimus, concentuum, ac simphoniarum, qui passim in magnificâ Alphunsi II. Ducis Ferrariæ Aulâ, vèl à Professoribus, vèl à Nobilibus fœminis fiebant, Magister constitutus: Organistarum sui temporis nullum in Italiâ celebriorem doctioremque habuit, Claudium de Corriggio fortasse parem: Plura typis dedit, scilicèt: *Mottetti*, *Madrigali*, *Canzoni*: *Messe*, *Vespri*, *Littanie*, *Lamentazioni*: *Toccate*, *Sinfonie*, & alia, quæ à Musicæ studiosis plurimi æstimantur: Id verò ad Luzzaschi nostri gloriam accedit, quòd Hieronymum Frescobaldi, de quo suprà dictum est, in Musicâ erudierit. Superbi, *Apparat. part.* 3. *fol.* 131., & Libanori, *part.* 3. *fol.* 199.

CAROLUS LODI Ferrariensis, Mirandulanæ Ecclesiæ Canonicus, ejusdem Musicorum Præfectus, qui multa Musicalia scripsit, obiitque ætate nostrâ. Hic autèm liceat viventes *duos* insignis Cathedralis nostræ Ferrariensis Canonicos Musicæ studiosissimos nominare: Primus est D. Franciscus Sarasini, Philosophus, ac Theologus, Cathedralis ejusdem Pœnitentiarius; qui ultrà Moralis Theologiæ Academiam domi, magnâ convenientium Clericorum, ac Urbis totius utilitate institutam, Musicæ etiàm, animi relaxandi gratiâ, tàm canendo, quàm scribendo, & gustu quidèm optimo operam navat, itaùt ejusdem Cantiones, vulgò *Ariete* (pulcherrimas enìm scribere solet) apùd Musicæ facultatis peritos multo in pretio sint: Alter verò est D. Joseph Bottazzi, J. U. Doctor, Cathedralisque Canonicus, qui Instrumentum, vulgò *Mandola*, peritissimè, ad Musicæ leges tangit.

LAU-

LAURENTIUS LUPPI Ferrarienſis, Inſtrumenti bicordis, appellati *Colaſcione* Muſicus, quod ſuavitèr, ac peritè adeò modulari ſolebat, ut magnis Principibus, quorum in conſpectu ſe exercuit, admirationi fuerit. Vixit hoc Sæculo.

ALEXANDER MILLEVILLE Ferrarienſis, Muſicus, ac Organiſta Ducalis præclariſſimus: Ab Imperatore, ac Poloniæ Rege accitus, diù apùd eos conſtitit, deindè Romam petiit, ibique D. Petri Organum obtinuit; demùm reverſus in Patriam, ibidèm vitâ functus eſt die 8. Septembris 1589., ac in S. Franciſci Templo tumulatus, ut *ex Libr. Offitii Bullettarum* patet. Edidit: *Opere dà Chieſa: Opere dà Camera, & dà Teatro*. Superbi, *fol.* 130., & Libanori, *part.* 3. *fol.* 17.

FRANCISCUS MANARA Ferrarienſis, Ducalis Muſicus, inſignis admodùm, qui longævus in Patriâ deceſſit, Muſicalibus quibuſdam Operibus relictis, & quidèm optimis. Superbi, *part.* 3. *fol.* 130.

ALOYSIUS MAZZI Ferrarienſis, intèr Ducales Muſicos ipſe etiàm inſignis, quem multa Muſicalia ſcripſiſſe, ac reliquiſſe, tradit Superbi, *fol.* 131.

JOANNES MARONI Ferrarienſis, Muſicus, Muſicæque Scriptor inſignis, qui Ferrarienſis primò, deindè Laudis Pompejenſis Cathedralium Muſicorum Præfecturam geſſit: Floruit circà initium Sæculi XVII.; multaque Muſicalia egregiè conſcripſit. Superbi, *Apparat. fol.* 133.

JO: BAPTISTA MAZZAFERRATA Ferrarienſis, Muſicorum celeberrimæ quondàm Ferrarienſis Academiæ Mortis Præfectus inſignis: Hìc Muſicalia multa optimè conſcripſit, ediditque: ſcilicèt: *Meſſe*, *Veſpri*, *Mottetti*, *Sinfonie*, & alia id genus plura. Ex eis, qui ſub ipſo cecinerunt, vivit adhùc Thomas Franchi *Tenore*, Muſicus doctiſſimus.

ANTONIUS MORI Ferrarienſis, qui peritè admodùm Inſtrumentum, vulgò *Thiorba* tetigit, vixitque ætate noſtrâ. Nùnc floret Georgius Tullini ejuſdem Inſtrumenti profeſſor, vivitque in Æſinâ Urbe.

ALEXANDER MEZADRI Ferrariensis, Lyræ parvæ *Violino* Musicus haùd incelebris, longè excellentior lyrarum earundem fabricator, quarum multæ magnì à Possessoribus fiunt. Vixit ætate nostrâ.

PHILIPPUS NICOLETTI Ferrariensis, Musicus insignis, tàm voce, quàm scriptis, qui diù Romæ Musicorum Præfectus fuit, multaque conscripsisse; asserit Superbi, *part. 3. fol. 133.* Fuit etiàm Poeta Italicus, & Libellum *Rhitmorum Sacrorum* edidit: Floruit circà finem Sæculi XVI.

ONGARELLO Ferrariensis, Musicus, suâ ætate præclarus, à Superbi, *Apparat.*, *part. 3. fol.* 132. cùm laude memoratus.

ALBERTUS OCCHI Ferrariensis, Vir Musicæ Artis peritissimus, qui composuit *La Quinta Parte ai Madrigali di Cipriano*, illiusque stylum egregiè est imitatus. Superbi, *Apparato*, *part. 3. fol.* 131., & Guarini, *Chiese di Ferrara*, *part. 3. fol.* 198.

HERCULES PASQUINI Ferrariensis, Musicus Scriptor, ac Organista insignissimus, Milleville discipulus, qui claruit circà finem Sæculi XVI. Nobiliora primò in Patriâ Organa, deinde Romæ illud D. Petri obtinuit, tantâque manuum celeritate, ac suavitate ea tangere consuevit, ut audientium animos mirâ dulcedine raperet, ac recrearet: Romæ tamèn parùm, longèque minùs, quàm ejus deceret virtutem fortunatus. Superbi, *Apparat. part. 3. fol.* 132.

JOANNES PITTONI Ferrariensis, Citharæ, vulgò *Thiorba*, professor insignissimus, ac suprà invidiam positus, cujus virtus ne dùm Patriam, Italiamque, verùm etiàm Europam universam in admirationem convertit: Is, quamvis à Cæsare, magnisque Principibus optima stipendia consequi potuisset, Patriæ amore coreptus numquàm adduci potuit, ut oblatas ultrò conditiones amplecteretur: Scripsit etiàm egregiè, vulgavitque opera, quæ sequuntur, videlicèt: *Intavolatura di Tiorba*, *Opera prima*, *dedicata à Leopoldo I. Imperatore*: *Parte seconda*, *dedicata al*

Duca

Duca Ferdinando Maria di Baviera: *Parte terza*, & alia. Libanori, *part.* 3. *fol.* 250.

ALPHUNSUS PAINI Ferrariensis: Hic Musicæ peritus admodùm, Musicorumque Præfectus Mutinæ fuit, teste Libanori, *part.* 3. *fol.* 251.

JOSEPH POZZATI Ferrariensis, Sacerdos, Lyræ *Viola* pulsator, suâ ætate insignis: Floruit in fine Sæculi proximè elapsi.

VINCENTIUS PAGANELLI Ferrariensis, Civis noster, Lyram *Viola* suavitèr tangendi peritissimus, qui hoc Sæculo claruit.

THOMAS PORCI Ferrariensis, ætatis nostræ Musicus *Basso*, Musicæque Scriptor celeberrimus, Organista verò incomparabilis, quod sibi gloriæ fastigium, in difficillimis Frescobaldi nostri Operibus assiduè revolvendis comparavit: Tanta autèm erat Porci nostri, in pulsandis Organis manuum celeritas, concentus divina ferè suavitas, ut in terris similem audituros imposterùm nos fore desperemus: Vixit sempèr in Patriâ, in quâ etiàm Musicorum Præfecturam gessit; at fortem virtuti imparem expertus est, volens tamèn; nàm si magnorum Principum servitiùm, sibi ultrò oblatum amplecti voluisset, auro, divitiisque affluisset; sed nullo pacto, amicis frustrà suadentibus, è Patriâ extrahi potuit: Obiit paucis ab hinc retrò annis, & Musicalia doctissima reliquit.

FRANCISCUS POMATELLI Ferrariensis, Civis Typographus, qui etiàm animi relaxandi gratiâ, Lyram parvam *Violino* pulsavit peritè adeò, ut multorum, qui ex instituto Musicam profitentur, excellentiam superarit.

FRANCISCUS RIZZI Ferrariensis, Juris Utriusque Doctor: Is in almo Lyceo nostro Lector fuit, idque ultrà, recreandi animi causâ, Organorum pulsator, Rerumque Musicalium scriptor insignis; scripsit autèm *Messe*: *Salmi*: *Drammi*; *Ora-*

Oratorj: *Mottetti*, *e Cantate*: *Sinfonie*, & alia. Vixit ætate nostrâ.

C. RUFFUS C. L. CHARITO, Musicus: Votiva Tabula in Agro Ferrariæ reperta, quam nos in exordio Partis Primæ Historiæ nostræ retulimus, ostendit Ruffum, Musicum his in Regionibus, antè Christum natum floruisse.

ADRIANA ROSSELLI Ferrariensis, Sancti Antonii Abbatis Monialis, excellens admodùm Organorum pulsatrix, quæ vivebat anno 1670., ut refert Andreas Borsetti, *Supplemento Historico alle Chiese di Ferrara*, *fol.* 21.

HERCULES SERAGLIO Ferrariensis, Ducalis insignis Musicus, quem comendat Augustinus Superbi, *Apparato*, *part.* 3. *fol.* 131.

SULPITIUS TOMBESI Ferrariensis, Musicus excellentissimus, qui Ferdinandi I. Cæsaris Augusti Musicorum Chori moderator fuit. Libanori, *part.* 3. *fol.* 199.

ANTONIUS TOSCHI Ferrariensis, Organista celebris Cathedralis Ferrariæ, itèmque Rerum Musicarum elucubrator illustris, qui scripsit *Messe*: *Vespri*: *Salmi*: *Cantate*: *Drammi*, & alia: Post hunc viventes tres memorare liceat, Franciscum Viani scilicèt qui Musicorum Civitatis Spoleti Præfectus fuit, Angelum Ferialdi ex Servorum Ordine, Capellæ Ducalis Mantuæ olìm Musicorum Ductorem, ac Fulvium Brandembergh, Helvetiorum Aulæ Eminentissimi Legati nostri Ducem, Ferrarienses omnes, ac stylum in Musicalibus conscribendis gnavitèr exercentes.

FRANCISCUS della VIOLA Ferrariensis, Musicus celeberrimus, ac Musicalis Chori Herculis II., & Alphunsi II. Estensium Ferrariæ Ducum moderator. Guarini, *Chiese*, *libr.* 4. *fol.* 274.

ALPHUNSUS della VIOLA Ferrariensis, ipse etiàm in

in Musicâ Arte præclarissimus, & Cathedralis Ferrariæ Musicorum Præfectus: Dicti autèm sunt *Della Viola*, eo quià uterque id instrumenti genus mirè tangeret. Guarini, *Chiese*, *loco citato*.

DONUS SCIPIO VARANO de CAMERINO Ferrariensis, Sacerdos sanguinis nobilitate, animique ornamentis præclarissimus, qui ætate nostrâ vixit: Peritè admodùm Lyram parvam *Violino*, & *Mandola* pulsavit.

FRANCISCUS ESTENSIS TASSONI Ferrariensis, Marchio vivens: Prò coronide, iterùm liceat Equitis hujus nobilissimi nomine opus nostrum decorare, numquàm enìm de summâ humanitate, singulari morum integritate, mirâ in Litteratos, Bonarumque Artium sectatores benevolentiâ, beneficentiâque, ac cæteris ejusdem animi dotibus satìs dictum arbitramur: Cùm Musicæ etiàm amantissimus sit, ejusdemque studiosos benignè sempèr complexus sit, ac in dies complectatur, eorum nonnullos domi alendo, omnibus autèm Academiæ propriis in ædibus cogendæ comodum impertiendo, abs re minimè visum est, Alphabeti ordinem parùm intervertere, ut Musicis singulis enumeratis Protector accederet.

ADDITIO.


CLEMENS MAROT Gallus, Cadurci natus, naturâ potiùs quàm doctrinâ, bonarumque Litterarum experientiâ, gallico sermone Poeta, seù Versificator: Francisci I. Galliarum Regis unus à Cubiculis fuit, deindè haùd parùm Ferrariæ constitit, Renatæ Ducissæ intèr Aulicos assumptus. Ceterùm Calvinista pessimus fuit, Calvini, ac Bezæ amicissimus, & intèr cætera, quinquaginta sex Psalmos ex Hæbreo in Gallicum carmen insulsè, infidelitèr, ac impiè vertit, ut observat Aloysius Maimburgh, *Histoire du Calvinisme*, *Tom premier*, *Livré* 2. Hic verò recensedus erat sub litterâ M. intèr celebres Viros, qui in Almo Gymnasio nostro studuere, vèl Ferrariæ diù sunt comorati.

HOR-

HORTATIO.

AD Vos tandèm, Adolescentes optimi, quorum ingenia Ferrariensium sunt, scilicèt ad præclariora quæque addiscenda, peragendaque accomodata, sermonem convertimus: Nobilissima Majorum vestrorum exempla intuemini, quæ vobis hoc in Opere, qualecumque sit, proposuimus: Non foris hæc Vobis querenda; in Patriâ, plerique etiàm Domi habetis: Hìc Theologi, Jurisconsulti, Medici, Anathomici, Philosophi, Mathematici, Astrologi, Astronomi, Geographi, Historici, Rhetores, Poetæ, Linguarum Præceptores; hìc etiàm Architecti Civiles, Militares, Aquarii, & Rustici, Pictores, Sculptores, Musici, aliique id genus Artifices; pergite igitùr, ut facitis, in hoc celeberrimo Ferrariensi Lyceo Scientiis, bonisque Artibus operam dare, Majorum semitas sectari, eorum imitari Virtutes: Premia fortassè non deerunt; si verò desint, Vos Ferrarienses esse, ne obliviscamini, Genus nempè sincerum, nobile, generosum, ingenio, fide, comitate, ac liberalitate præstantissimum, Genus tandèm, quod, & Cœli Patrii naturâ, & gloriæ dumtaxàt desiderio, ad scientias adipiscendas feratur: Hæc ingeniorum nostrorum præcipua laus est, hanc Orbi Litterario universo testatam voluit Janus Nicius Erithreus, *in suâ Pinacbothecâ*, sub Elogio Comitis Guidobaldi Bonarelli, cujus verba hìc transcribere visum est, cùm in maximum Patriæ nostræ decus cedant: Quod autèm de Ferrariensibus Poeticæ studiosis tradit, idem in quarumcumque aliarum Facultatum sectatoribus intelligendum esse, Gentis nostræ natura demonstrat: Erithreus itaquè, postquàm Bonarelli Ferrariam venisse, ibidèmque Phylidis Scyræ pulcherrimam Pastoritiam Fabulam edidisse, scripsit, hæc addidit: *Quòd verò ad stylum attinet, eam scripsit dulcissimè, nèc post Guarini Eclogam, quidquàm invenitur in eo genere suavius, nequè venustius; atquè id tàm aptum, & felix repentè in ipso ortum ad Poesim ingenium idemet admirans, non aliam, cùm quereret, invenire ejus rei causam potuit, pretèr cœli, sub quo clarissima Estensium Principum Aula constituta esset, benignitatem, quo statu Cœli, atquè Stellarum*

rum qui animam ducerent, unà cùm vitæ halitu, Poeticum etiàm, ab eo quasi spiritum impetumque perciperent: Atquè eandèm hanc Cœli vim, & aspirationem ajebat concitasse, ac Poetas effecisse eos, quos omnium Sæculorum posteritas admirabitur Boyardos, Ariostos, Tassos, Gyraldos, Guarinos, Bombasios, Fontanellas, & cæteram egregiorum Poetarum turbam; quorum singularia, & divina propemodùm carmina diù manebunt; manebunt autèm Sæculis innumerabilibus, Estensium Aula Ferrariæ non deerit: Atquè cùm eos, quos diximus, ad Versus fundendos abstraxisse narrabat, impetum, vel, ut Democrito placet, furorem in eorum animos, à cœli impulsu, concitationeque delapsum, propè vera dicere videbatur, si eorum omnium exitus recordemur; Nemo enim propter eam causam ne nummo quidèm uno factus est ditior: Quòd maximo argumento est, nullam eos spem utilitatis futuræ, nullam lucri cujuspiam utilitatem ad scribendum adegisse, sed cœli tantùm, si fas est ità loqui, vim, concitationemque; & si quam ipsi propositam habuerint laborum suorum mercedem, ac premium, non aliud fuisse, nisi laudis, & gloriæ. Eadem igitur, Adolescentes optimi, cùm sit cœli vestri constitutio, eadem cùm sint ingenia, eadèm quoquè, premiis etiàm deficientibus, Vobis sit laudis, ac gloriæ assequendæ ratio: Vosque Ferrariensium Proceres nobilissimi, quorum exemplis Cives cæteri innituntur, Vos, umillimè obsecramus, obtestamurque, Litterarum Studiosos amplectimini, Liberalium Artium studia fovete, earum Professores protegite, concordiam servate; sic profectò erit, ut celeberrimæ Ferrariensi Urbi, ejusdemque insignissimæ Studiorum Universitati antiquæ dignitatis, ac splendoris nihil defuisse agnoscamus.



AL-

ALBUM DOCTORUM

FERRARIENSIS COLLEGII THEOLOGORUM,

Ab anno 1460. circà usquè ad 1579., aliorum enim, antè annum 1460. memoria non extat: Sequenti autèm ordine sunt descripti in Statutis, aliisque Authenticis Libris dicti Collegii.

Doctores Theologi, ex Clero Sæculari.

ANtonius de S. Philippo.
Jo: Franciscus Pàvinus, Patav.
Titus Novellus, Ferrarienſ.
Franciscus Bonus de Regio.
Philippus Perfectus, Siculus.
Benedictus Manzolus, Mutinenſ. 10. Augusti 1508.
Petrus Leronius, Ferrar. 22. Dec. 1574.
Antonius Jacobus Bonus, Ferrar. 22. Nov. 1575.
Antonius Montecatinus, Ducis Ferrariæ Secret., 21. Aprilis 1578.

Ex Ordine Prædicatorum.

Jacobus Bancus, Ferrar.
Thomas à Leùtis Ferrar.
Nicolaus de Ferraria.
Joannes de Alexandria.
Antonius de Parma.
Alexander de Bononia.
Joannes de Mediolano.
Antonius Savius de Bononia.
Jacobus Buexena de Sicilia.
Joannes de Verona.
Christophorus Rubinus, Ferrar.
Paulus de Faventia.
Christophorus de Utino.
Andreas Contrarius, Ferrar.
Bartholomeus de Forolivio.
Joannes Mainerius, Mediolan.
Michael Calegarius, Ferrar.
Nicolaus de Venetiis.
Franciscus de Vincentia.
Petrus Antonius de Utino.
Petrus Mirabilius, Mediolan.
Joannes de Venetiis.
Joannes de Camerino.
Joannes Gattus, de Sicilia.
Zaccarias de Padua.
Arcolanus Boninus, Regien.
Philippus de Ferraria.
Mattheus de Venetiis.
Nicolaus de Dyracchio.
Gaspar de Ferraria.
Vincentius de Ferraria, 15. April. 1467.
Andreas de Mediolano.
Jacobus Rada, Siculus, ult. Aug. 1467.
Andreas Valentini, Siculus.
Joannes de Mendacù, Alemanus.
Jo: Rafanellus, Ferrar. 26 Febr. 1471.
Jo: Valerius, Ferrar. 9 Martii 1471.
Nicolaus Polnot, Aleman. 4 Dec. 1473.
Jacob de Omnibus Sanctis, Ferrar. 15. Febr. 1475.
Jo: Jacobus de Ferraria, Dec. 1475.
Joannes de Tarvisio, Nov 1475.
Barthol. de Monopoli, 10. Martii 1474.
Nicolaus de Castello, de Venetiis, 22. Sept. 1479.
Nicolaus Turonus, Anconitanus, 10. Febr. 1485.
Nicol. Andreas, Ferrar. ult. Apr. 1480.
Andreas de Urbino, 23 Apr. 1485.
Lu-

Ludovicus de Valenza, Ferrar.
Hieronym de Monopoli, 16 Feb. 1493.
Augustin. Fontana, Mutin. 7. Jul 1496.
Jo: Duerdelier, Alemanus, Octo. 1549.
Jo: Portuensis, Ferrar., 26. Jun. 1501.
Albertus Bellaja, Ferrar., ult. Oct 1505.
Damianus Lorus, Venet., 27. Jun. 1513.
Franciscus Silvestri, Ferrarien., de Observantia, ult. Febr. 1516
Hieronymus Papinus, Lauden. de Observantia, 20 Apr. 1547
Placidus Parmensis, de Observantia, 3. Octobr. 1549.
Angelus Valentinus, Mutinen. de Observantia, 13. Febr. 1550.
Angelus Mirabilius, Favent., 8. Oct. 1578. Totius Dominii Ducis Ferrariæ Generalis Quæsitor fuit.

Ex Ordine Minorum.

Augustinus de Ferraria.
Joannes de Ferraria.
Manfredus de Braida.
Baptista de Padua.
Christophorus de Castro Plebis.
Augustinus de Assisio.
Andriolus de Cremona.
Jacobus de Mathera.
Priamus de Mathera.
Arcangelus de Tarvisio.
Ludovicus Gillinus de Ferraria.
Antonius de Lendinaria.
Ant. de Comitibus S. Bonifatii, Veron.
Jacobus de Parentio.
Joannes de Brundusio.
Bartholomeus de Plebe Saccho.
Petrus de Tridino.
Antonius de Mutina.
Petrus de Faventia.
Jo: Stephanus de Placentia.
Lucas Zabari de Ragusio.
Joannes de Lentino de Sicilia.
Jacobus de Meldula.
Petrus de Trino.
Mauritius de Brixia.
Franciscus de Rhodigio.

Baptista Novellus de Ferraria.
Philippus de Alba.
Natalinus de Venetiis.
Ludovicus de Imola.
Franciscus de Ravenna.
Jacobus Cessamensis.
Dominicus de Mediavilla.
Jo: Antonius de Lugo, 6. Jan. 1472.
Philippus de Cremona, Jan. 1472.
Franciscus de Bagnacavallo.
Thaddeus Aurelius, de Lucanio, 25 Maii 1472.
Barthol. de Ravenna, 26. Maii 1472.
Franciscus de Argenta, 6. Maii 1473.
Philippus de Faventia, 4. Maii 1474.
Marcus de Carpo, 1474.
Nicolaus Tellus, de Neotristo, 27. Febr. 1475.
Leonardus de Biffono, 11. Febr. 1475.
Albertus Magnanus, Ferrarien., 13. Febr. 1475.
Dominicus de Bagnacavallo.
Jo: Ant. de Vogera, 22. Junii 1486.
Ludovicus Fortia, de Marchia, 11. Februarii 1491.
Albertus Gottifredus de Placentia, 10. Januarii 1494.
Andreas de Ferraria, 26 Junii 1494.
Hieronym. de Ferraria, 18. Nov. 1496.
Bernardin. de Ferraria, 16. Nov. 1496.
Prosper Romengus, Ferr., 9. Julii 1498.
Hieron. Mascarinus, Ferr., 4 Nov. 1499.
Sebastianus de Ferraria, 11. Oct. 1507.
Franciscus Riginus, 3 Febr. 1507.
Joannes de Litio, 16 Nov 1509.
Jacob Philippus Scanalodra, Ferrar., 16 Martii 1517.
Blasius de Ferrar, Junior, 9. Maii 1516.
Jo: Franc. Faernus, Crem 9 Maii 1519.
Antonius de Mutina, 7. Sept 1519.
Antonius Riginus, dicta die.
Jo: Attanali, Ferrar, 8. Iulii 1520.
Angelus Postolarius, Ferrarien., 23. Aprilis 1521.
Franc Maria Bajonus, Ferrar.
Hieron Planitus, Ferrar. 22 Iun 1542.
Silvius de Ferraria, 18. Febr. 1550

Al-

Alphonsus Finotus, Ferr. 6. Aug. 1568.
Hannibal Marescottus, 24. Iunii 1570.
Cornelius de Ferraria, Lect. Studii Pub.
Jo: Bapt. Lugien., 18. Octob. 1574.

Ex Ordine Heremit. S. Augustini.

Andreas de Ferraria.
Jo: Evangelista de Ferraria.
Michael Parega.
Vincentius S. Martini, de Valentia.
Petrus Melioratus, de Sicilia.
Emanuel Cattaneus, Mant., 13. Ian. 1472.

Ex Ordine Carmelitarum.

Jacobus Pelagattus, Pœnitent. Apost.
Franciscus de Pisauro.
Petrus de Sicilia.
Antonius de Fonte.
Gulielmus de Fonte, ult. Iunii 1455.
Gulielmus Scobant.
Bapt. Panetti, Ferrar., 18. Iunii 1466.
Jo: Maria Veratus, Ferr., 11. Nov. 1527.

Ex Ordine Servorum B. M. Virginis.

Joannes Acquabelli, Ferrar.
Marcus Magnus de Venetiis.

Marinianus de Florentia.
Paschalis de Ferraria.
Michael Albareta, Ferrar.
Ludovicus Sardus, Ferrar.
Cæsarius de Ferraria.
Gabriel, de Burgo S. Sepulchri.
Joacchimus de Janua.
Lucas de Ferraria.
Cosma de Florentia, 1478.
Antonius de Como.
Dominicus de Alexandria.
Gasparinus de Venetiis.
Bartholomeus de Ferrar. 22. Iun. 1486.
Philippus de Ferraria, 30. Iunii 1499.
Jo: Amigettus, Ferrar., 4. Apr. 1506. Episcopus.
Hippolitus Zaffaleoni, Ferrar., 26. Aprilis 1561.
Hieron. Tassus, Ferrar., 6. Aug. 1568.
Jo: Dorianus, Regian., 6. Aug. 1568.
Jo: Bapt. Pusatus, Veron. 24. Ian. 1570.
Paulus Pistorius, 12 Ian. 1571.
Paulus Rugulus, Tarvis., 25. Ian. 1571.
Dionisius Tassus, Ferrar., 26. Jul. 1573.
Aurelius de Verona.
Jovita de Isto, Brixiens., 28. Oct. 1574.
Deodatus, de Burgo S. Sepulchri, 30. Aug. 1577.
Marcellus de Perusio, 21. Apr. 1578.

Sequuntur Laureati in Sacr. Theologiâ, à dict. anno 1579., usquè in hodiernam diem, proùt jacent in Libris Collegii.

1579.

Hippolitus Massarinus, Lucen., Ord. Servorum, Lector, 1 Maii 1579.
Julius Prunianus, Ferrar., Min Conventual., Lector, die eodem.
Hieronymus Sorbolus, de Bagnacavallo, 26. Maii 1579.
Aloysius Gilbertus, de Bergamo, Servita, 9. Iulii 1579.
Laurentius Butriensis, Servita, 25. Octobris 1579.

1580.

Hercules Auricalchus, Ferrar., Med. Doctor, 4. Ian. 1580.
Jo: Franciscus Gandulphus, Carpen., 24 Martii 1580.
Hippolitus Concettus, de Argenta, 20. Octobris 1580.

1581.

Hieronymus Bovius, 10. Ian. 1581.
Julius Malatesta, Montonensis, Civitatis Castri, 9 Martii 1581.
Jo: Vvalserus, Enipontanus, 11. Apr.

Jo: Petrus Melinus, Brixiens., Servita, 21. Octobris.

1581.

Orantes Tassonus, Servita.
Anselmus de Mantua, Servita.
Andreas Bologninus, de Corrigio.

1583.

Anselmus de Bassano, Haeremitan.

1584.

Iustinianus Beccarius, de Cesena.
Sixtus Fabri, Lucen., Ord. Praed. Gener.

1585.

Tolomeus de Tolomeis, Ferr., Carmel.
Cornelius A Vento, Ferrar.
Caesar Cavacurta, Servita,
Hieronymus de Mestre, Servita.
Aurelius Cremonensis, Serv.
Arcangelus Venetus, Serv.
Thaddeus Rota, Bonon., Serv.
Eugenius Furnus, Bonon., Serv.
Franciscus Ghibulus, Favent., Serv.
Alexander Mongardinus, Bonon. Serv.
Hieron. Mascarellus, Pedemont. Serv.
Vitalis Ferrus, Bonon., Serv.
Aurelius Menocchius, Bonon., Ord. Serv. Generalis.
Jo: Andreas Ruggius, de Rubbiano.

1587.

Barthol. Fabrus, de Galeatia.
Christoph. Bovisius, Mediolan., Serv.

1588.

Gaspar Galeatius, de Fano.
Hercules Centensis.
Alphonsus Leonius.
Plautillus Portaterra, Ferrar., Serv.
Fulgentius Burriensis, Serv.
Robertus de Veraculo, Serv.
Bartholomeus Centensis.
Hector Obizzolius.
Gaspar Levalorius.

1589.

Augustinus Ralegus, Cremon.
Alphonsus Musacchius, Ferrar.
Ioannes Opeanus.
Ant. Maria Michaeli, Cremon.
Aurelius Bentiolus, Mantuan.

1590.

Sebastianus Cella, de S. Leone.

1592.

Vincentius de Corignola.
Io: Bapt. Ianius, à Monte Feltrio.
Hannibal Saxus, Mutinen.

1593.

Io: Baptista Lottus, Ravennas.
Antonius Scillus, Bergom., Tertii Ord. S. Francisci.
Io: Baptista Fabrus, Patavin., Ord. B. Petri de Pisis.
Basilius de Medina, Hispan., Cisterc.
Santes Pastus, Ferrarien.

1594.

Paulus de Montagnana, Ord. B. Petri de Pisis.
Iustinianus Bottonus, de Monticulo.
Prosper Narniensis, Servita.
Andreas de Mandriso, Serv.
Valerius de Verona, Serv.
Leonardus de Rhanto, Serv.
Andreas de Utino, Serv.
Albertus Codicettus, Bonon., Serv.
Archangel. Gherardinus, Senen., Serv.
Petrus Paulus Antonacius, Cremon., Servita.
Horatius Nasellus, Ferrarien.
Hieronymus Qualeatus, Clodien.

1595.

Andreas Carandinus, Mutinen.

1596.

Camillus Panzettus, Saravallen.
Curtius Ferrarius, de Castro S. Felicis.
Gabriel Bonlnus, Bergomen., Serv.
Ioseph Martinius, Utinen., Serv.
Petrus Sinius, de Foro Pompilii, Serv.
Iacobus Arsicius, Senogallien., Serv.
Franciscus Rughetius, de Monte Politiano, Serv.
Gabriel Paraccius, Mantuan., Serv.
Dionysius Zucchius, de Coccalio.

1597.

Parmenius Caputus, Brundusin. Carmelita.
Franc. Minutius, Florentin., Carmel.
Hannibal Coblanchius, Bonon., Serv.

Io: Hieron. Gamba, Ferrar., Serv.
Franc. Pedegallus, à S. Maria, Serv.
Barthol. Luchettus, Lucens., Serv.
Ludovicus Lupetus, Carpen.
1598.
Paulus Iulius Cremonensis, Serv.
Vincentius Melcetius, Faventin.
Cælius Ghelinius, Vincentin.
1600.
Marianus Bononiensis.
1601.
Ioannes Paralupus, à Vastalla.
1602.
Io: Bapt. Nannius, à Monte Feltrio.
1603.
Augustinus Rosa, à Finali Mutinens.
1605.
Constantinus Scala, Mutinens.
Thomas Bonus, Lucen.
1606.
Iacobus Faganeus, Venet., Ord. S Hier.
1607
Hippolitus Bazzanius, Ferrar., Serv.
1609.
Federicus Gottardus, Veronen.
Octavianus Christophorus, Lugien., Carmelita.
Sigismundus Egidius, Siculus Drepanens., Minorum de Observantia.
Hyacinthus Pattus, Ord. ejusdem.
1612.
Alphunsus Pandulphus, Ferrariens., Episc. Cymacli.
Hippolitus Brigantus, de Foro Pompei.
Cæsar Aliulphus, Cæsenas, Tertii Ord. S. Francisci.
Dionisius Bennius, de Butrio, Serv.
Petrus Paulus, Servita.
1613.
Felix Livelli, à Crema.
Iulius Galiardus, Centensis.
1615.
Robertus Veronensis, Servita.
Michael Angelus, Veronen., Serv.
Archangelus de Verona, Serv.
Petrus de Patavio, Serv.

Ludovicus de Patavio, Serv.
Ioannes de Insula, Serv.
Lælius Iustinopolitanus, Serv.
Sebastianus Venetus, Serv.
Michael de Verona, Serv.
Augustinus Venetus, Serv.
Paulus Milanus, Venetus, Serv.
Io: Albertus Lauredanus, Venetus, Canon. S. Salvatoris.
1616.
Io: Franciscus Bertozzus, de Mercato Saracino.
Io: Bapt. Maurettus, Veron. Carmelita.
Ludovicus Manninus, Venet., Carmel.
1617.
Vincentius Tronus, Mantuan.
Io: Ant. Spica, Bituntin., Carmelit.
Octavius Calcettus, Ferrar., Serv.
Salvator à Butrio, Serv.
1618.
Pamphilus Gasparonus, Veron., Carm.
Iulius Zazzaronus, de Rheato, Serv.
Hippolitus Cirlinus, Regien., Serv.
Felix Mercatus, Scandianus, Serv.
Ioannes Naldus, Faventin.
1619.
Albertus Massarius, Bonon., Carmel.
Nicolaus Cignus, Centensis.
Franciscus Lugarinus, Forolivien.
Laurentius Morficus, Placent., Monachus Cassinen.
1620.
Vincentius Cesalonus, Cesen., Serv.
Ioannes Agolantus, Ferrar., Serv.
Hippolitus Bazanus, Ferrar., Serv.
Hieronymus Scarparius, Ferrar., Serv.
Franciscus Muccius, à Podio Philippo, Tert. Ord. S. Francisci.
Io: Maria Palonus, à S. Columbano, Ord. ejusdem.
Iulius Cæsar Blancus, Centen.
1621.
Io: Baptista Brighi, Cesenas, Tertii Ord. S. Francisci.
Theophilus Michaelius, Cracovien., Hæremit. S. Augustini.

Io:

Io: Antonius Brocchius, Ferrar.
Iacobus Baleonus, Ferrarien.
Nicolaus Toninus, Ferrar., Servita.
Andreas Rojus, Ferrar., Serv.
Hieronymin. Bettinus, Vincent., Serv.
Laurentius Pisanus, de Bassano, Serv.
Raphael Marchi, de Verona, Serv.
Laurus Paladoni, de Opitergio, Serv.
Io: Petrus Schillinus, Brixien., Serv.
Petrus Amatori, Brixien., Serv.
Iulius de Verona, Serv.
Aloysius Tassinus, de Castro Franco, Servita.
Dorotheus Baranus, de Veuetiis, Serv.
Archangelus Villanus, Mutinen., Serv.
Paulus Emilius Aimus, de Soranea, Servita.

1622.

Ioseph Giraldus, Centensis.
Cosma Lapinus, Puppien., ex Hetruria.

1623.

Ant. Castellanus, Ferrar., Carmelita.

1624.

Iulius Cæsar Roncadellus, Cremon., Carmelita.
Thomas Bosius, Bononien., Carmel.
Bonaventura Pinzonus, de Venetiis, Carmelita.

1625.

Laurentius Brocchius, Veronen.
Io: Hieron. Pelegrinus, Veronen.
Fortunatus de Brixia, Servita.
Ludovicus Maria de Bononia, Serv.
Paulus Philomena, Tarvis., Serv.

1626.

Cyrillus Tomasonus, Tarvisin., Serv.
Blasius Farinacius, de Castro Baldo, Patavinus.

1627.

Dominicus Margarita, Utinen., Serv.
Tobias Bacchius, Fivizanen., Carmel.
Valerianus Orba, Venetus, Carmel.
Io: Bapt. Petronius, Florentin., Carm.
Alexander Galatheus, Utinen.
Christophorus Noiszeuuski, Cracovien. Hærem. S. Augustini.

1629.

Claudius Mutius, de Pontevico, Congreg. Fæsulanæ.

1630.

Augustinus de Cracovia, Ord. S. Augnst.

1632.

Paulus Bertoldus, Bononien., Carmel.

1633.

Franc. Christophorus, Lugien., Carm.
Antonius Puteus, de Massa Lombarda, Carmel.
Cæsar Canali, de Oppido Attestino, Carmel.
Ioseph Usus, Ferrarien., Serv.
Thomas Agathius, Ferrarien.
Andreas Calanus, Ferrarien.

1634.

Marcus Ant. Paganus, Bellunen.

1635.

Carolus Rossettus, Ferrariens.: Fuit Cardinalis, & Episc. Faventiæ.

1636.

Fabritius Guidutius, de Cesena.

1637.

Io: Baptista de Bononia, Tert. Ord. S. Francisci.

1638.

Hieronymus Bartolottus, Bononien., Ord. prædicti.

1639.

Simon Civius, de Monte Regali.
Cæsar Benvenutus, Ferrarien., Carmel.
Petrus Martir Blanchinus, Cremonen. Minorita.

1640.

Paulus Zerbinatus, Ferrarien.
Ioannes Pasettus, Ferrarien.
Ludovicus Vitrianus, Mutinen.

1641.

Sixtus Paduanus, Vincentinus, Tertii Ord. S. Francisci.

1643.

Almericus Passarellus, Ferrariensis, I U. D.
Dominicus Valla, Tertii Ordinis S. Francisci.

1644.
Thomas Maria Florentinus, Tertii Ord. S. Francisci.
Franciscus Tonellius.
Vincentius Pigantius, Ferrar.

1645.
Petrus Michael Scajolus, Faventin.
Ioannes Ferrigus. Adriensis.

1646.
Angelus Berettarius, Rhodigien.
Andreas Bertonus, Ferrarien.
Dominicus Georgius, de Patavio.

1647.
Philippus Maria Galiardus, Vincent.
Servita.
Ioannes Lusouski, Polonus.

1648.
Franciscus Armeninus, Faventinus.
Alypius Reylof, Flander, Gandensis, Ord. S. Augustini.
Bartholomeus de Bononia, Servita.
Angelus Maria de Atimino, Serv.
Io: Hieronymus de Saxolo, Serv.
Hippolitus de Faventia.

1649.
Franciscus Bregulus, de Brixia, Congreg. Fæsulanæ.
Joannes Meçænates, Adriensis.

1650.
Ioannes Finotus.

1651.
Lucius Morgognius, Ferrar., Carmel.
Ioannes Capellius, Ariminen., Servita.
Ioannes Petrus Majolus, de Faventia, Servita.
Alexander Picininus, Ferrarien.

1652.
Io: Baptista Páladinus, Ferrarien.
Alexander Bovius, Bononien., Tertii Ord. S. Francisci.

1653.
Martinus Sanctinus, Tridentinus.
Bartholomeus Bancherius, Tridentin.
Ioannes Ricciatus, Rhodiginus.
Angelus Maria Freddius, Bononien.
Sebastianus Sblisigus, Bononien.
Io: Hieron. Bassanus, Veronen., Serv.
Angelus Fidelis, Veronen., Serv.
Nicolaus Mazzonus, Paduanus.
Franciscus Maria Vianus, de Bonpoto, Servita.

1655.
Andreas Gibinatus, Brixiensis, Congreg. Fæsulanæ.
Angelus Maria Pilla, Bononiensis, dictæ Congreg.

1656.
Io: Andreas Nigrisolius, Ferrarien.
Hieronymus Merlus, Ferratien.

1657.
Henricus Ant. à Bononia, Servita.
Joseph Tusius, Carmelita.
Franciscus Zenus, Ferrarien.
Hiacintus Ghellus, Bononien.
Franciscus Saracinus, Urbitaliensis, Tertii Ord. S. Francisci.

1659.
Dominicus Pasius, Faventinus.
Antonius Bonanome, Rhodiginus.

1660.
Ludovicus Mezanatus, Adriensis.
Io: Baptista Salvaneus, Bergomen.
Franciscus Campius, Mutinen.
Paulus Pasettus, Ferrariensis, Min. Cassinensis.
Antonius Maria Ursinus, de Lugo, Carmelita.
Franciscus Bertazzolus, Ferrarien.

1661.
Julianus Ronconus, Adriensis.
Carolus Brunaldus, Ferrarien.
Celsus Bugatus, Congr. S. Hieronymi de Fesulis.
Iulius Bocchius, ejusdem Ord.
Ludovicus Timpinus, Ord. ejusdem.
Franciscus Biolcatus, Ferrarien.

1662.
Ioseph Zagalia, Ferrarien., Carmel.
Io: Baptista Advocatus, Brixiensis, Congr. Fesulanæ.
Iacobus Navacchius, Cesenas.

1663.

1663.
Augustinus Guadagnus, Brixiensis, Congr. Fesulanæ.
Iacobus Fantonus, Florentinus.
Andreas Iulianellus, Æsinus, Carmel.
1664.
Cosma Chilettus.
Gaspar Facchinellus.
Ioannes Manarasius, Imolen.
Nicolaus Campagnella, Rhodigien.
1665.
Laurentius Pena, Carmelita.
Paulus Manara, Brixiensis, Congr. Fesulanæ.
Ioseph Checchinus, Carmel.
Leonardus Pilaurus, Carmel.
Benedictus Retamus, à Brundusio, Carmelita.
1666.
Angelus Zonus, Veron., Carmel.
Franciscus Maria Mazzucchius, Lucen. Carmelita.
1667.
Darius Menninus, à Regio, Ordin. Minorum Observant.
1668.
Ioannes Maria Zannolius, Venetus, Congr. Fesulanæ.
Marcellus Clementi, Venetus, dictæ Congregationis.
Nicolaus Gallucci, Patavinus.
1669
Hippolitus Segatus, Servita.
Hælias Naiman, Polonus, Carmel.
1670.
Lucas Maria Scholaris, à Castelione Striveriarum, Tertii Ord S Franc.
Io: Baptista Maffius, Aretinus.
Dionisius Lopez Ferrarien., Servita.
1673.
Laurentius Mantuanus, Ferrarien.
Augustinus Bottus, Ferrarien.
1674.
Franciscus Maria Lama, Favent.
Ioseph Gasparettus, Favent.

1675.
Antonius Thiegus, Ferrarien.
1676.
Iulius Cæsar Co: Laderchi, Favent.
1677.
Ioannes Leus, Ferrar., Carmel.
1680.
Epiphanius à Venetia, Cassinen.
1681.
Franciscus Co: Frattina, Utinen.
Federicus Iopo, Utinensis.
Ioannes Crivellarius, Clodien.
Angelicus Perinellus, Ferrariensis, M. Cassinensis.
Sebastianus Flaminius, Imolen.
1682.
Guido Iuncius, Cesenas, Tert. Ord. S. Francisci.
Ioseph Antonius Solerius, dicti Ord.
1683.
Claudius Viva, Ord. prædicti.
1684.
Horatius Comes Bonfilius, Bononien.
Mattheus Maraldus, Ferrarien.
1685
Candidus de Ferraria, M. Cassinen.
1686.
Horatius Scalabrinus, Ferrarien.
Hieronymus Tognus, Ferrarien.
Petrus Rubeus, Rhodiginus.
Clemens Bellaja, Ferrariensis, Mon. Cassinensis.
Severinus Morlacchettus, Ferrarien., Mon. Cassinen.
1687.
Antonius Tognus, Ferrarien.
Conradus Landus, Bononien., Tertii Ord. S. Francisci.
Franciscus Xaverius Polinus, Bonon., dicti Ordinis.
1688.
Ioannes David, Venetus.
Alphunsus Mancinus, Ferrarien.
1689.
Vincentius Parchich, Dalmatinus.

1690.
Gaspar Grandi, Venetus.
Daniel Moretti, Patavinus, Ordinis B. Petri de Pisis.
1692.
Cajetanus Tamba, Ferrarien.
Io: Franciscus Scutellarius, Ferrarien.
Bartholomeus Novi, Ferrarien.
Sebastianus Rimini, Utinen.
1694.
Petrus Alexander Alega, Brixillen.
Franciscus Torellus, Rhodiginus.
Alphunsus Ghirus, Ferrarien.
1695.
Iacobus Philippus Emiliani, Favent.
1696.
Antonius Alberghettus, Congregat. Sommaschæ.
1697.
Almericus Guidottus, Bononien.
Laurentius Franceschi, Ferrarien.
Benedictus Zoccolati, Ferrariensis, Carmelita.
1698.
Antonius Marzola, Ferrarien.
1699.
Antonius Mosconus, Ferrarien.
1700.
Io: Bapt. Vertua, Ferrarien., Carmel.
1703
Ambrosius Manzonus, Ferrarien.
Ioseph Misitini, Utinensis.
Iacobus Pistophilus, Ferrarien., Can. Regul. S. Salvatoris.

1704.
Angelus Maria Ventura, Servita.
Ioseph Merlaratus, Ferrarien.
Ant. Maria Moruccius, Bononien.
1706.
Almericus Cajetanus Guidottus, Serv.
1707.
Antonius Ghirus, Ferrarien.
1712.
Iulius Tognus Curionus, Ferrarien.
Franciscus Sarasini, Ferrarien.
1714.
Ioseph Bellus, Cesenas.
1716.
Santes Bosetti, Clodiensis.
Georgius Castagnarius.
1718.
Carolus Antonius Giustiani, Mantuan.
1719
Franciscus Alexander Zemelli, Ferrar.
Dominicus Caraverius, Ferrarien.
Ioseph Victorius Zambaldi, Ord. B. Petri de Pisis.
1720
Dominicus Sturari, Ferrarien.
Ioseph Longhi, Carmelita.
1721.
Augustinus Bortoloni, Ferrarien.
1723.
Hannibal Saracca, Ferrarien.
1725.
Petrus Colli, Venetus.
1726.
Lucas Ferro, Clodiensis.

A L.

ALBUM LAUREATORUM

In Almo Collegio Juris Utriusque Doctorum Ferrariæ, ab anno 1480. circitèr, usquè ad hodiernam diem, & proùt jacent in Statuto MS. dicti Collegii : Aliorum verò, ab Universitatis erectione usquè ad annum 1480. memoria non extat.

Cosma Pasettus. Decessit 25. Decembris 1518.
Albertus Trottus: Mortuus est 20. Octobris 1493.
Antonius Montecatino: Mortuus 6. Febr. 1500.
Ludovicus Ariostus: Mortuus 24. Februarii 1503.
Jo: Maria Riminaldo, mortuus 13. Jan. 1497.
Baptista Bendedei, die 19. Nov. 1499. interemptus.
Philippus Bardelli. Obiit 5 Febr 1510.
Ant. à Leutis, mortuus 25. Oct. 1516.
Nicolaus Bonleus. Obiit 19. Nov. 1521.
Ant. de Vincentiis: Obiit 7. Aug. 1499.
Franc. Boccamajori: Obiit 7. Jan. 1516.
Jo: Maria de Sacrato.
Jo: de Quatuor fratribus.
Paulus de Grassis, Carpen., mortuus 22. Nov. 1503.
Ludovicus de Verona, à Caballis: Obiit 21. Dec. 1510.
Ludovicus de Cicognaria: Obiit 15. Sept. 1502.
Alidusius Ariostus.
Franciscus Ariostus.
Albertus Petratus.
Zilfredus de Cavallis.
Nicolaus Arduinus.
Nicolaus Cagnacinus.
Ludovicus Ariostus.
Franciscus de Fiesso.
Ludovicus Capelinus. Mortuus 4 Novembris 1485.
Jacobus de Sacrato. Mortuus 20. Sept. 1506.
Ludovicus Pakarinus. Mortuus 20. Apr. 1490.
Gulielmus de Bardellis.
Ludovicus de Lardis.
Ludovicus de Albinis.
Nicolaus Cossandulus. Obiit 25 Apr. 1504.
Bapt. de Sogariis. Mortuus 17 Ap 1490.
Felinus Sandellus, aliàs Sandeus. Mortuus 7 Febr. 1503. Episcopus.
Leonellus ab Assassino. Mortuus mense Martii 1502.
Jacominus de Compagno. Obiit 4. Aug. 1517.
Albertus de Vincentiis. Mortuus 20. Nov. 1481.
Hieronymus de Guidonibus.
Alphunsus Theastius. Obiit in Decembri 1501.
Joannes Griffus.
Philippus Zirondi. Decessit 14. Januarii 1510.
Ludovicus Spetia, aliàs de Toxicis. Mense Dec. 1509 decessit in Castro Rhodigii.
Manfredus de Manfredis. Mortuus 23. Maii 1512.
Jo: Franciscus à Canali. Mortuus Venetiis 2. Maii 1505.
Jo: Bapt. de Castello. Obiit 4. Maii 1510.
Georgius de Prisciano.
Jo: Baptista à Mella.
Andreas de Maffeis Obiit 7 Aug. 1524.
Sebastianus Zilberti. Decessit an. 1512.
Mattheus à Canali. Mense Sept. 1503. Obiit in Urbe.
Jo: Cicognaria. Decessit anno 1505.

Beltrandus de Costabilis. Obiit 15. Julii 1519.
Contugo de Contugonibus. Obiit 20. Junii 1521.
Nicolaus de Advogario. Decessit 20. Junii 1505.
Bernardinus Zambottus. Decessit 2. Sept. 1523.
Antonius Maria Cattabene. Obiit 30. Maii 1505.
Franciscus de Lombardinis.
Sigismundus de Salimbenis.
Laurentius della Montanariâ.
Trottus Trotti. Obiit 16. Maii 1528.
Vincentius de Carpo.
Thomas de Arientis Obiit 3. Oct. 1521.
Leonellus de Brutturiis.
Federicus de Bardellis.
Ludovicus Pasettus. Mortuus 14. Aprilis 1516.
Jo: Maria de Guidonibus.
Hieron. à Sacrato. Obiit 2. Jan. 1522.
Barthol à Piolis. Mortuus an. 1504.
Hieron. Ferrarinus. Mortuus an. 1505.
Thadeus de Bardellis. Obiit an 1504.
Ludovic. de Florinis. Obiit 5 Jun. 1505.
Franc. à Carris. Obiit 26 Aug. 1507.
Benedictus de Novariâ. Obiit an. 1505.
Bernard. à Caligis Mortuus an. 1505.
Alexander de Sancto Vitali. Mortuus anno 1505.
Laurent. de Româ. Mortuus an. 1505.
Jacobus de Emilianis.
Albertus de Montecatino.
Gerardus à Saraceno. Obiit 3 Decembris 1515.
Ludovicus à Canali. Mortuus 18. Junii 1510.
Petrus de Beccariâ.
Pamphylus de Bonacossis.
Scipio Orabonus.
Andronicus Panizzatus.
Brunamonte de Marano.
Justinianus de Bondenariis.
Guido à Leutis. Obiit ult. Aug. 1516.
Albertus de Valisnerâ.
Nicolaus de Guidonibus.
Jo: Baptista de Bruziis.
Joannes Foschardus.
Jo: Franc. Brusati. Obiit 6 Junii 1519.
Balthassar Macchiavelli, aliàs à Fructibus.
Laurentius de Episcopo.
Michael de la Savonarola.
Gillinus Gillino, Episc. Cymaclen.
Jo: Mazzoni. Obiit 27. Apr. 1505.
Jacobus à Banchis.
Franc. ab Oleo. Obiit 26 Dec. 1514.
Jo: Baptista de Grassaleonibus.
Benedictus Antoginus.
Hieron. Torninus. Obiit in Dec. 1521.
Theseus Rassacanus. Obiit 17. Apr. 1515.
Virgilius de Silvestris.
Hieronymus de Trottis.
Jacopinus de Riminaldis.
Paulus Ultramare Obiit pr. Jan. 1518.
Cælius Calcagninus.
Cæsar de Magnanis.
Ludovicus de Catis.
Marcus Theastus.
Franciscus Cattabene.
Seraphinus de Jacobello.
Jo: Petrus ab Assassino.
Jo: Paulus ab Assassino.
Philippus Rhoddus.
Jacobus Cagnacinus.
Jo: Franciscus à Sacrato.
Hippolitus ab Oleo.
Marcus Brunus ab Aguillis.
Ludovicus de Silvestris.
Jo: Andreas de Augustinis.
Hieronymus de Oratoribus, aliàs de Scalabrinis.
Hieronymus Ruguletus.
Geminianus de Rizzardis.

Desunt Doctores Annorum plurium, & sequuntur Doctores viventes anno 1554.

Jo: Stephanus de Musto.
Ludovicus de Superbis.
Laurentius dell' Oca.

Fran-

Franciſcus Saracenus.
Alphunſus Roſſettus, electus Cymacli, deindè Ferrariæ Epiſc.
Proſper Paſettus.
Martinus de Bondenariis. Mortuus menſe Julii 1555.
Joannes Cattabenus.
Thomas de Vecchiis.
Hercules de Silveſtris.
Albertus de Azzolinis, aliàs de Aſſaſſino.
Alphunſus à Banchis.
Jo: Ceſalus Obiit 15. Jan. 1560.
Hippolitus Riminaldus.
Joannes Ronchagallus.
Jo: Antonius Magnaninus.
Sigiſmundus Diſcalzius.
Jacobus à Sacrato: Fuit Carpentoracti Epiſcopus.
Nicola Cattabenus.
Hieronymus Oltramarius.
Ant. Maria Accius, de Foſſambruno.
Vincentius de Superbo.
Hippolitus Bonacoſſus.
Jacobus Philippus de Vincentiis.
Renatus Catus. Obiit 5. Martii 1609. anno ætatis ſuæ 89.
Sigiſmundus Catus.
Alphunſus Pincerna.
Franciſcus à Cornu.
Antonius Zuccardus.
Bernardinus de Lengo.
Paulus del Magro.

Sequuntur alii deſcripti ſub anno 1579.

Alphunſus de Banchis: Interfectus ab Hebreo Larvato.
Paulus de Piſtore, aliàs de Sardis.
Jo: Baptiſta Montecatinus.
Petrus Antonius ab Oleo.
Vincentius de Morello.
Alexander Naſellus.
Hercules à Canali.
Alphunſus de Morello.
Julius Manzolius.
Alphunſus à Curtili.
Bonaventura ab Angelo.
Horatius de Succis.
Jo: Baptiſta Co: à Sacrato.
Jo: Baptiſta Ruinus.
Ludovicus Fulgineus.
Paulus Quareſima.
Bartholomeus de Martinellis.
Danthes Sogarius.
Guido de Valentiâ.
Jo: Baptiſta Capitonius. Obiit 17. Maii 1610.
Cæſar de Botticis.
Dominicus Corrigiarius.
Jo: Franciſcus Terzanius Cremona.
Jo: Baptiſta Albariſius.
Mattheus Marius Vallenghus.
Lanfrancus Scotus.
Hieronymus Curionus.
Jo: Baptiſta Bellintanus.
Alexander Marocellus.
Julius de Silveſtris.
Alphunſus Terzanius Cremona.
Paulus Eſtenſis.
Franciſcus Montanaria.
Alphunſus Bellintanus.
Thomas Cananus.
Jo: Baptiſta Cæſalus.
Julius Scotus.
Auguſtinus de Arientis.
Federicus Campanilius.
Thomas de Tollis.
Paulus Picchiatus.
Jo: Paulus de Porto.
Hannibal à Cæſalis.
Jo: Antonius Pocatertius.
Aloyſius Bruturius.
Rubertus Pendalea.
Aloyſius Caballius Verona.
Marcus Antonius Riccius.
Albertus Superbus.
Jo: Baptiſta Superbus.
Jo: Baptiſta Boſchetius.
Joannes Lilius.
Scipio Perondolus.
Jo: Jacobus de Avvento.
Hippolitus Scraleus.

Pau-

Paulus Roncaleus.
Claudius Bertazzolius.
Hercules Marchio Rondinellus.
Hercules Zannettus.
Camillus Savenutius.
Galeatius Cattabenus.
Franciscus Caselatus.
Nicolaus à Grana, Episcopus.
Virginius Cananus.
Alexander Canonicus.
Dominicus Accius.
Vincentius Morellus.
Paulus de Isnardis.
Jo: Hieronymus Nigrisolus.
Seraphinus Jacobellus.
Franciscus Turbidus.
Paulus Contugus.
Alphunsus Romagnesius.
Marcus Antonius Regalis.
Horatius Ruinus.
Hercules Porthius.
Hippolitus de Fortis.
Horatius Gyraldus, Episc. Cymaeli.
Paulus de Morello.
Jo: Maria Signa, Can. Cathedr.
Bonaventura Valengus, Can.Cathedr.
Julius Cæsar Fuccius.
Georgius Ambrosonus.
Franciscus Curionus
Franciscus Maria de Sylvestris.
Hieronymus de Alferiis de Verariâ.
Bernardinus de Colletis.
Paulus Arquatus.
Laurentius Romagnesius.
Hippolitus Auricalchus.
Marcus de Silvestris.
Hieronymus Fontana.
Nicolaus Ruinettus.
Alexander Fontanius.
Aloysius Co: Bevilacqua.
Jo: Paulus Ptolomeus, Abbas.
Princivalus de Princivalis.
Bernardinus Lecciolus, Archipresb.
Camillus Estensis Tassonus, Comes.
Marcus Aurelius Lollius.
Aloysius de Putiis.
Hercules del Za.

Jacobus Siverius.
Valerius Banchius.
Hannibal Montecatinus.
Alphunsus Græcus, Canonicus.
Iulius Aretinus.
Cæsar de Conoscitutis.
Iulius Cæsar Alpherius de Verariâ.
Io: Paulus Carpius.
Hannibal Bernazzalius.
Solimanus Ottomanus.
Io: Baptista Cagnolus.
Bonifatius Co: Bevilacqua, Archidiac. deindè Cardinalis
Paulus Emilius Auricalchus: Ipse pariter Cathedr. Archidiac.; Obut 23. Martii 1658.
Ferdinandus Pasius.
Petrus Mella.
Orpheus Magnus.
Hieronymus Rubertus.
Franciscus Co: Sacratus, Aud. Rom. Rotæ, deinde Cardinalis.
Andreas de Sylvestris.
Thomas de Floris.
Borsius de Arientis, Archipresb.
Alphunsus Gorrettus.
Maurelius Pœnitentius.
Gaspar Salvinus.
Nicolaus Maria Pœnitentius.
Sylvius Gozius.
Hippolitus Perondulus.
Iulius Sinardus.
Andreas Lilius.
Petrus Morus.
Philippus Andreas Rodus.
Franciscus Agolantes.
Iulius Cæsar Celatus.
Camillus Moro, Episc. Tremolen.
Ludovicus Paninus.
Io: Iacobus Visdominus.
Alphunsus Co: Giliolus.
Aloysius Rossettus.
Dominicus Campus.
Carolus Co: Bevilacqua, Capuccinus.
Gulielmus Co: Bevilacqua.
Marcus Antonius Fallatus.
Hieronymus Paulutius.

Io:

Io: Baptiſta de Sartis.
Franciſcus de Calcettis.
Iacobus de Cumo.
Io: Alphunſus Squarzonius.
Hannibal Falatus.
Hieronymus Bonatius.
Remigius Catus.
Ludovicus de Bononiâ.
Alphunſus Mancinius.
Franciſcus Trottus.
Paulus Trottus.
Alphunſus de Sylveſtris.
Baptiſta Paulutius.
Manfredus de Manfredinis.
Ruggerius de Placentinis.
Io: Baptiſta Bottus.
Cæſar Signorellus. Obiit 9.Jan.1638.
Antonius Marcus.
Albertus Montecatinus.
Balthaſſar de Caſellis.
Antonius Cagnaccinus.
Hippolitus Co: Bevilacqua.
Emilianus de Emilianis.
Iacobus de Emilianis.
Hercules Braſavola.
Hercules Pigantes.
Cæſar Fojanus.
Petrus Boſcus.
Hippolitus Merlus.
Camillus Pædardus.
Federicus Flornovellus.
Hercules de Brigis.
Franciſcus de Bonacoſſis.
Cæſar de Ubaldinis, Canonicus.
Ludovicus de Savanutiis
Hieronymus de Freſcobaldis.
Florianus de Nigriſolis.
Paulus de Gavatiis.
Io: Baptiſta Riccius.
Alphunſus ab Epiſcopo.
Angelus Matthiolus.
Vincentius Giribaldus.
Claudius Lilius.
Cornelius Igninus.
Ludovicus Freſcobaldus.
Cæſar Bellotus.
Antonius Narantius.
Aurelius Thuſcus.
Hannibal Marocellus.
Franciſcus Martinellus.
Antonius Carlus.
Baptiſta Montecatinus.
Marcus Aurelius Galvanus.
Cornelius Magnavinus.
Antonius Criſpus.
Thomas Ciriolus.
Franciſcus Raſorius.
Papinianus Piſtophilus.
Petrus Franciſcus de Franciſcis,
Bonifatius Co: Bevilacqua.
Vincentius de Coſtabilibus.
Antonius de Fieſchis.
Robertus ab Epiſcopo.
Ioannes Curtaldus.
Alphunſus Sanvitalis.
Iacobus Ruſcellus.
Bernardinus Silveſtrini.
Antonius Co: Montecatinus, Epiſc.
Alexander Belcarius.
Cæſar Barbianus.
Nicolaus Lezzolus.
Ioannes de Monegatis.
Franciſcus Frigerius.
Florinus Ferrus.
Nicolaus Franciſcus Avoleus.
Iacobus Corradus. Rom. Rotæ Aud., & poſteà Cardinalis.
Laurentius Piſa.
Hannibal de Bellais.
Raimundus de Surchis.
Claudius Bertazzolus.
Hieronymus Co: Roſſettus.
Franciſcus Nigriſolus.
Bartholomeus Vacchius.
Franciſcus Franchius.
Camillus Baglionus.
Franciſcus Libanorius.
Hippolitus Pœnitentius.
Torquatus Pratellius.
Io: Baptiſta Montalbottus.
Alexander Mazzulenus.
Franciſcus Bernius.
Franciſcus Ciminus.
Hippolitus Francus.

Han-

Hannibal Cattaneus.
Io: Baptista Co: Estens. Tassonus, Cathedr. Ferr. Archipresb.
Franciscus Mazzettus.
Alexander Antonellus.
Franciscus Fasolius.
Franciscus Marchio Giliolus.
Antonius Furlanus.
Policretus Arriverius Bononia Sogarius.
Io: Franciscus Leonius.
Octavius Nigrisolius.
Alphunsus Pandulphus, Episc. Cymacl.
Angelus Gasparinus.
Franciscus Gavassinus.
Camillus Savanuccius.
Bartholomeus Sartius.
Alexander de Sylvestris.
Franciscus Succius.
Carolus Castellus.
Io: Baptista Moronus.
Franciscus Scandianus.
Iacobus Bonatius.
Io: Baptista Argenta.
Ioannes Ciavarnella.
Iacobus Emilianus.
Galeatius Banchius.
Io. Baptista Consolus.
Iacobus Bertoldus.
Carolus Rossettus, Card. Episc. Favent.
Albericus Manfredus.
Franciscus Astulphus.
Iacobus Co: à Sacrato.
Franciscus Pandulphus, Episc. Claram.
Petrus Nasellus.
Ioannes Octavianus.
Io: Baptista de Adelardis.
Antonius Manfredius.
Iulius Cæsar Suecius.
Franciscus de Polastris.
Antonius Busellus.
Paulus Corradus, Canon. Primicerius.
Alexander Magnaninus, Canonicus.
Antonius Franciscus Andreolus.
Carolus Bernardus, Canonicus.
Dominicus Freguleus.
Aloysius Co Bevilacqua, Rot. Ro. Aud.
Io: Bapt. Bernardus, Cathed. Archid.
Carolus Antonius Maderna.
Ignatius Trottus.
Carolus Festinus.
Gratius Contrius.
Carolus Rondinellius.
Almericus Passarellius.
Ludovicus Agolantus.
Augustinus Quercius.
Flaminius Casellatus.
Raynaldus Costabilis, Canon.
Paulus Bartolus.
Ioseph Magnonus.
Florius Torrus.
Ioannes Martius.
Io: Franciscus Pistophilus.
Paulus Bonazzolius.
Franciscus Cirianus.
Alphunsus Veneticus.
Vincentius Pigantius, Canonicus.
Franciscus Zaffardus.
Dominicus Monius.
Donus Carolus Pius de Sabaudiâ: Fuit Card., & Episc. Ferrar.
Hieronymus Nobilis.
Hercules Casellatus, Canonicus.
Io: Baptista Co: Montecatinus.
Sigismundus Carpius.
Carolus Carpius.
Hercules Bonacossius.
Mattheus de Magistris.
Alphunsus Nigrisolius.
Hieronymus Martinellus.
Antonius Costabilis, Canonicus.
Stephanus Fabianus.
Angelus Caballinus.
Io: Baptista Gozius.
Io: Baptista Gnolius.
Franciscus Surchius.
Ioseph Scutellarius.
Rocchus Biolcatus.
Laurentius Barbianus.
Ioseph Herculessius.
Ioseph Contugus.
Ludovicus Andreolius.
Io: Baptista Paladinus.
Angelus Gaudentius.

An-

Antonius Perenninus.
Dionisius Drappetius.
Ioannes Bartolaccius.
Thomas Gianninus.
Raynaldus de Constabilibus, Canon.
Stephanus Co: Bentius.
Egidius Burghius.
Alexander Flaschius, Abbas.
Maurelius à Peregrinis.
Franciscus Bedeschus.
Honuphrius Maurus.
Fortunatus Masius.
Nicolaus de Vecchiis.
Nicolaus Co: Bonafides.
Ioseph Lanzonus.
Carolus Brunaldus.
Iulius Risarius.
Iulius Castellus.
Ioseph Scutellarius.
Petrus Leo Marchionus.
Dominicus Montanus.
Eugenius Covius.
Donus Eneas Pius de Sabaudia.
Camillus Co: Rondinellus, Abbas.
Io: Baptista Fioranus.
Ignatius Marcheselius.
Antonius Bottus Franchius.
Philippus Capellus.
Iacobus Minius, Rotæ Ferrar. Aud.
Io: Baptista Argenta.
Marcus Ant Freguleus, Rot. Ferr. Aud.
Io: Franciscus Ferrus.
Ioseph Maria Contrius.
Sigismundus Nigrisolius.
Io: Andreas Naranzius.
Albertus Penna.
Mattheus Gallinus.
Iulius Cæsar Borea.
Andreas Stiaticus.
Iacobus Rosatus.
Ludovicus Antonius Turinus.
Cajetanus Valerianus.
Franciscus Antonius Righettus.
Io: Andreas Co: Bosius.
Antonius Florentinus Zoleus.
Marcus Antonius Pisanus.

Bonaventura Pistophilus.
Franciscus Farrus, Rotæ Ferr. Aud.
Andreas Mazzarellus.
Raynaldus Squarzonus. Obiit 18. Januarii 1717.
Benedictus Cantonus Passarellus.
Ioseph Baraldus.
Iacobus Maria Manzonus, Archipresb. Barbiani.
Ioseph Bartolus.
Nicolaus Scutellarius.
Sigismundus Pavonus, Argentan.
Iulius Cæsar Grazinus.
Candidus Ciaraffonus.
Andreas Manzerius.
Franciscus Riccius.
Mattheus Maraldus, Cathedr. Canon.
Antonius à Vidua.
Ferdinandus Naranzius.
Cæsar Favallius. Obiit Febr. 1729.
Ioannes Freguleus.
Bartholomeus Bellanius.
Franciscus Annovius.
Io: Baptista Quattrinus.
Antonius Cirianus.
Mattheus Vitellottus, prò Romanâ.
Antonius Ferrettus, prò Romandiolâ.
Io. Franc. Scutellarius, Canon.
Romanus Saracenus.
Franciscus Agnella, Rotæ Ferr. Aud.
Martius de Martiis.
Alphunsus Zuccardus, prò Regiensi.
Io: Benedictus Coattus.
Simon Bonaglia.
Alphunsus Martinellus.
Ioannes Surchius.
Laurentius Antonius Iustinus.
Io: Paulus Carpius.
Augustinus Vaccarius.
Hyacintus Pelagatta.
Carolus Condulmerius.
Iulius Fuschinus, prò Romandiolâ.
Ioseph Antonius Pasettus.
Ioannes Barberius.
Franciscus Reccalchius.
Io: Dominicus Borsettus.

Io-

Io: Baptista de Fabris.
Franciscus Marchesinus.
Ioseph Ruviolus.
Clemens Polettus.
Hieronymus Nigrifolius.
Antonius Mazzucchius.
Io: Baptista Riccobonus, prò Centen.
Hercules Graziadei.
Lazarus Camillus Savanuzzius.
Nicolaus Lecciolus.
Augustinus Ceccatus.
Iacobus Pelagatta, Rotæ Ferr. Aud.
Nicolaus Bellanius.
Ignatius Forasanguis.
Dominicus Barberius, prò Centen.
Ioannes Bevilacqua.
Ioannes Mattheus Piccionus.
Franc. Maria Terpius, Ianuen.
Vrmundus Arborius, de Cattinaria.
Carolus Tordanus.
Hercules Busellus.
Iacobus Franciosus, Rotæ Ferr. Aud.
Thomas Natalis Parmianus, prò Ferrariens.
Petrus Perettus, Canonicus.
Hieronymus Gasparinus, prò Ferrar.
Ioseph Rusca.
Peregrinus Antonius Cajetanus Massarius.
Iulius Cæsar Rainerius.
Franciscus Ioseph Maria Malvetius, Mant. Senator.
Hieronymus Co: Crispius, Cathedr. Ferr. Archipresb, deindè Archiepiscopus Ravennæ.
Franciscus Massarius.
Hercules de Marchettis.
Ioannes Baptista à Valle.
Belisarius Valerianus, Canonicus Archidiaconus.
Philippus Rasurius.
Horatius Scalabrini, Canon., & Archipr. Cathedr.
Ioannes ab Episcopo.
Ludovicus de Boschinis.
Ioannes Risarius.
Franciscus Antonius Raynerius.
Silverius de Realibus.
Aloysius Panarolius.
Paulus Isnardus.
Ioannes Baptista Bosius.
Nicolaus Zabaleus.
Gratius Bracciolus.
Ioseph Chittò.
Petrus de Lanzottis.
Ciriacus de Costabilibus.
Ioannes Antonius Scaratus.
Franciscus Palearinus.
Ioseph Calegarius.
Ioseph Bartolus.
Petrus Paulus Morettus.
Bartholomeus Pasqualinus.
Carolus Bertolinus.
Federicus de Federicis Durantes.
Ioseph Bonazzolius.
Cornelius Marchio Bentivolus de Aragonia, Nuncius Ordinarius prò Apostolica Sede ad Ludovicum XIV. Galliarum Regem, deindè Cardinalis, Emiliæ Legatus à Latere, tandèm Hispaniarum Regis in Italia Minister Generalis.
Lucas Giannini.
Georgius Scutellarius.
Ernestes à Fabra.
Leopoldus Folegatus, prò Cymaclen.
Oliverius Crivellentus.
Franciscus Hieronymus Giraldi.
Ioseph Bottaccius, Canonicus.
Iulius Marcus Violatus.
Nicolaus Vaccarius.
Antonius Orsattus.
Ioseph Codecà.
Nicolaus Cittadinus, Serenifs. Ducis Mutinæ Consiliarius.
Ioseph Minius Ronchegallus.
Thomas Fabri.
Ioseph de Carolis.
Dominicus Maria de Monte.
Liborius Valentinus.
Iacobus Remondinus.
Paulus Scutellarius.

Ale-

Alexander Algarottus. 1704.
Ferrantes Borsettus Ferranti, Illustrissimæ Civitatis Ferrar. à Secretis.
Ioannes de Bergaminis.
Petrus Andreas Echer, de Fulgarida, Nobil. Tirolensis.
Ioseph Antonius Io: de Hippolitis, Nobilis Tirolensis. 1705.
Antonius Fabri.
Io: Baptista Campagnoli, Centen.
Alphunsus Bonazzolins. 1706.
Antonius Cotica.
Alexander Squarzonus.
Raynaldus Coatti.
Hieronymus Marchioni, Rotæ Ferr. Auditor.
Ioseph Co: Avventus.
Ioseph Squarzonus. 1707.
Tancredus Sorbeli, prò Romandiola.
Ioseph Franciscus Codecà.
Petrus Cricca, prò Romandiola.
Ioannes Mazziottus.
Io: Baptista Manzalius.
Io: Baptista Righettus. 1708.
Io: Fœlix Bertaglia.
Romualdus Bertaglia.
Cæsar Nicolaus Ciaraffonus. 1709.
Angelus Michael de Righettis, Centensis.
Virgilius Comarinus 1710.
Petrus de Manzeriis.
Donus Ferdinandus Gonzaga, Mantuanus.
Petrus Montanarius.
Silvius Valenti Gonzaga, Mantuan.
Raynaldus Co: Masi, Canonicus, Archipresb. Cathedral.
Ioannes Pessi 1711.
Gulielmus Vezeh, Beniensis.
Gregorius Bellanius.
Ioseph Boschinus.
Iacobus Cicognara. 1712.
Constantius Barillarius, Cymaclen.
Aloysius Bassius.
Donus Antonius Ruffo, Neapolit.
Bartholomeus Castelli, Interamn., Episc. Sennogal.
Franciscus Monalditius, Ravennas.
Antonius de Benedictis.
Ioannes Zappata, Cymaclen., prò Ferrarien.
Cæsar Mantua, prò Mantuana.
Claudius Nigrifolius.
Ludovicus Agazotus, Mutinensis.
Aloysius Annovius.
Franciscus Sartus.
Franciscus Scutellarius.
Antonius Ambrosinus, prò Ferrariense.
Antonius Oltramarius.
Ioseph Polettus.
Almericus Chiccolus.
Antonius Almerighi.
Leopoldus Scardova.
Hieronymus Butturi, Canon. 1715.
Alphunsus Mezanatus.
Iulius Cæsar Risarius.
Ioseph Barrianus, Centen.
Hippolitus Graziadei, Canon.
Maurelius Azzolinus. 1717.
Ignatius Saracenus.
Hyacintus Martellus.
Franciscus Blanchius.
Nicola à Vidna.
Cajetanus Bosius.
Antonius Calzavarini.
Bernardus Ceccati.
Thomas Iulianus, Tergestinus.
Marius Gradenini, Adriensis.
Xaverius Kupfrecstein, Tergestinus.
Iacobus Battanus.
Ioannes Baptista Filonus. 1718.
Antonius Musconus, Canonicus.
Marcus de Canonicis.
Petrus de Occariis.
Franciscus Co: à Sacrato.
Dominicus Frigatus.
Maurelius Bottus.
Ioannes Andreas Barottus.
Io: Bapt. de Zanchettis, Bononien.
Thomas Ant de Cavalleriis, Cymacl.
Ioseph Bonalea.
Ioseph Venetiei. 1722.
Augustin. Mecenati, prò Adrien. 1723.

Fer-

Ferdinandus Zaghius Masola.
Bartholomeus Bartolus.
Augustinus Marchio à Furno.
Philippus Farri.
Carolus Sirena. 1724.
Franciscus Riccobonus.
Jo: Baptista Roverella.
Jo: Baptista Tambellini.
Hieronymus Justini.
Dominicus Motta.
Bartholomeus Azzolini.
Joseph Buccius.
Hieronymus Savonuccius. 1725.
Jo: Baptista Chiletti.
Horatius Blanchius.
Joseph Jacobelli. 1726.
Placidus Pisani.
Paulus Isnardi.
Joannes Bianchini.
Ludovicus Raimondi. 1727.
Joannes Bighini.
Fioravantes Lardi.
Ludovicus Botti.
Ferdinandus Poletti.
Alexander Vaccarius. 1728.
Dominicus Carli.
Thomas Fogli.
Jacobus Bucca, Adrien. Cathed. Archid.
Donus Guido Marchio Bentivoglio de Aragonia, ex Hispaniarum Magnat.
Scipio Fiocchini.
Vincent Guidotti, Nob. Bonon. 1729.
Jo: Antonius Armandi.
Joannes Girardini, Canon. Decanus Eccl. Cath. Justinopolit.
Theodoricus à Fabra.
Nicolaus Sterpini, Forensis.
Franciscus Martellus. 1730.
Thyrsis Pagliarini.
Julius Mancini, Forensis.
Bartholomeus Pisani.
Carolus Altieri. 1731.
Antonius Maria Caguini.
Petrus Sturati.
Ignatius Borsetti.
Jo: Paulus Bellaja.
Franciscus Ferrettus. 1732.
Jo: Baptista Mini.

ALBUM LAUREATORUM FERRARIENSIUM

In Almo Collegio Doctorum Philosophiæ, & Medicinæ Civitatis Ferrariæ, ab anno 1631., usquè in hodiernam diem; alii enim, à Collegii Origine usquè ad annum prædictum desiderantur. Illi autem, quos hic describemus, eodem ordine positi cernuntur in Albo MS. Collegii prædicti.

Hercules Parolinus.
Julius Recalchus.
Thomas Janninus.
Galeatius Landrinus.
Alexander Marzajolus.
Manfredus de Manfredis, Phil.
Baptista Caprilius.
Joannes Libiolus.
Nicolaus Leonius.
Vincentius Marzajolus.
Hannibal Cattaneus.
Franciscus Flornovellus.
Alexander Aleatus.
Alphunsus Boschius.
Alphunsus Panduiphus, Philos. Episc. Cymacl.
Bartholomeus Brasavolus.
Hippolitus Canalius.
Alexander Savanutius.
Antonius Tosinus.
Alphunsus Flornovellus.
Lucas Janninus.

Jo:

Joannes Baptista Bordinus.
Andreas Visdominus.
Franciscus Bordanus.
Ioannes Baptista Blanchius.
Galeotius Recalchus.
Borsius Perrus.
Hyppolitus Visdominus.
Joseph Licinus.
Petronius Garavinus, Albanensis dictus.
Alphunsus Carra.
Dominicus Negrinus.
Hercules Magnus.
Franciscus Bononius.
Carolus Nigrisolius.
Thomas Ripa.
Ioannes Superbus.
1636.
Hyppolitus Farulfus.
1637.
Ioannes Franciscus Marzajolus.
1638.
Dominicus Maraninus.
1643.
Alexander Peceninus.
1644.
Bernardinus Perinellus.
Mauritius Callanius.
1645.
Ludovicus Lollius.
Federicus Vitals, Foroliviens.
Hyppolitus à Monetis.
Hieronymus Nigrisoli: Obiit an.1689.
Hieronymus Rinaldus.
Hieronymus Agnella: Obiit 1702.
Franciscus Iustinus.
Franciscus Iuvanellius.
Fortunius Savanutius.
Carolus M sius.
Philippus Morlachettus.
1646.
Ioannes Bascarinus.
Michael Malpilius.
1647.
Gibertus Ferrus.
Hieronymus Brasavola.

Dionisius Scutellarius.
Ioannes Franciscus Lancius.
Carolus Cavallinus.
Iacobus Lombardus.
Cæsar Lollius.
1648.
Franciscus Pellegrina.
Raymundus Franzonus.
1650.
Alphunsus Brasavola.
Ludovicus Bernardus.
Ioannes Theseus.
Iulius Cæsar Nigrellius.
Antonius Campius Bissonus.
1651.
Camillus Bellanius.
1652.
Christophorus Ongarellus.
Alphunsus Gioja.
Augustinus Zanchius.
Ioannes Baptista Lollius.
Andreas de Puttis.
1653.
Peraccinus Visdominus.
1654.
Antonius Hercolessius.
Cæsar Amadorius.
Iulius Bordanus.
1667.
Franciscus Maria Nigrisolius: Obiit 10. Decembris 1727.
Ioannes Baptista Iustinus.
Gaspar Carra.
Petrus Boarius.
Petrus de Michaelis.
1673.
Nicolaus Bellaja.
1677.
Octavius Capellus.
Alphunsus de Fabris.
1678.
Franciscus Perinellus.
Aloysius à Fabra.
1679.
Leonardus Mezzagoro, Cymaclen.
Petrus Francisc. Franceschi, Favent.

1680.
Ioannes Dominicus Benettus.
1681.
Liborius Brixianus.
Fortunatus Tabarinus, Arrianen.
Hieronymus Lollius.
Antonius Maria Bononus.
Franciscus Scutellarius.
Franciscus Salmius.
1682.
Ignatius Sciaticus.
1683.
Ioseph Lanzonus.
Hiacintus Agnella.
Hiacintus Bellanius.
1684.
Borsius Ferrus.
Maurelius Barbus.
Petrus Dominicus Voltolina: Obiit mense Ianuarii 1728.
Iacobus Antonellus.
1685.
Franciscus Mazzucchius.
Franciscus Iustinus.
1686.
Franciscus Albinus.
Francisc. Tamonius, de Massa Fiscalia.
1687.
Alexander Gallotinus, de Capite Gauri
Maurelius Scutellarius.
1688.
Ioannes Antonius Filonus.
1689.
Stephanus Savanutius.
1691.
Ioannes Agnella.
Antonius Franciscus Botticinus.
1692.
Dominicus Mazzarellus.
1694.
Ioseph Bellanius.
1695.
Ioseph Nigrifolius.
Nicolaus Villanus.
1696.
Franciscus Silverius.
Dominicus Fantinus.
Petrus de Manfredis, à Stellata.
Ioseph de Manfredis, à Stellata.
1698.
Bernardinus de Gibertis.
Eustacchius Vaccarius.
Hiacyntus Azzolinus.
Nicolaus Laurentius, Mutinensis, in Coll. Ferr. descriptus.
Ant. Domin. Travini, de Capite Gauri.
Iulius Barthol. Bascanus, de Arriano.
Cæsar Rainerius.
1699.
Hieronymus Baruffaldus, Philos.
Cajetanus Visdominus.
Ioannes Georgius Martellus, conventuatus die 13. Octobris.
1700.
Franciscus Gulielminus, de Arriano.
Egidius à Fabra: 29 Aprilis.
Antonius Testa: 29. Aprilis.
Joseph Mezanati.
Joseph Vaccarius: 30. Augusti.
1701.
Benedictus Malvetius.
Joseph Bareda.
Nicolaus Quercius.
1702.
Nicolaus Horret Facinus.
Hieronymus Martellus: 20. Dec.
Carolus Sirena: 20. Dec.
Ermenegildus Passius: 20. Dec.
1703.
Ioseph Bottonus: 27. Iunii.
Cæsar Lollius: 27. Iunii.
Hyppolitus Acchilli: 27. Iunii.
Ioannes Andreas Franchius.
1704.
Carolus Maciga.
Nicolaus Benettus.
Ioannes Baptista Gatelli.
1705.
Antonius Blanchius: 30 Dec.
Iulius Collina: 30 Dec.
Gaspar Calzavarinus: 30. Dec.
Joannes Baptista Regianus: 30. Dec.
1706.

1706.
Joseph Antonius à Sicco.
Cajetanus Durellus.
1707.
Berengarius Boarius.
Joseph Bellaja.
Carolus Coatus.
Leopoldus Pennatius.
1708.
Franciscus Ferrarius.
1711.
Joseph Aloysius Salmius, 29. Ian.
Romanus Callegarius.
1712.
Franciscus Coltrinus.
1713.
Nicolaus Bellanius.
1714.
Joannes Baptista Medici.
Andreas Zuffi.
Iacobus Righettus.
1715.
Hieronymus Nigrisolius.
Ioannes Antonius Spadolinus.
1716.
Antonius Caraverius.
Ioannes Baptista Cogus.
1717.
Aloysius Iustinus.
Alphunsus Squarzonus.
Ioannes Antonius Baruffius.
Franc. Maria Felleti, Cymacl.
Andreas Bareda.
1718.
Octavius Chiccoli.
1719.
Augustinus Aloysi, Lauretanus.

1720.
Iacobus Agnella.
Hyacintus Mazzucchius.
1722.
Alexander Bononus.
Natalis Albertus Bonus.
Iulius Grigna.
1723.
Flaminius Flori.
1725.
Angelus Gallotinus.
Io: Baptista Cavallieri, Cymacl.
1726.
Antonius Riminaldi.
Franciscus Roghi.
1727.
Demetrius Pisani.
Benedictus Lolli.
1728.
Fabricius Ioseph Ferri, Argentanus.
1731.
Franciscus Pezzi.
Ioseph à Vidua.
Egidius Soriani.
1732.
Iacobus Chiozi.
Angelus à Fabra.
Ioseph Santi.
Hieronymus Targa.
Antonius Vaccari.
1733.
Paulus Maciga.
Carolus Faccini.
Hyacintus Anselmus Castellani.
Amicus Ioseph Lombardi.
Sanctes Ravalli, Conventuatus.

Forenses Laureati in prædicto Collegio Doctorum Medicinæ, ac Philosophiæ ab anno 1632. usquè in præsens.

1632.
Tiberius Lemmius, Bononien.
1633.
Fabianus de Fabianis, Bononien.

1634.
Pompilius Frassettus, Bononien.
Nicolaus Zoppius Turchius, Bonon.
Iacobus Arrigonus, Bononien.

1637.
Cæſar Bonſà, Centenſis.
1645.
Proſper Santucci, Marchianus.
Iacobus Rovinettus, Bononien.
1646.
Carolus Mediogaurus, Cymaclen.
Cæſar Zoppius, Bononien.
1648.
Iacobus Poſterius, Bononien.
Iulius Calcina, Bononien.
1650.
Ioſeph Bartolellus, Bononien.
1653.
Bernardinus Perrus, de Argenta.
1654.
Marcus Ant. Cerutus, de Crema.
1662.
Raphael Burghius, Judeus.
Ioſeph Burghius, Iudeus.
1674.
Petrus Io: Ferrareſius, Mirandulan.
1685.
Franciſcus Ciardus, Mutinen.
Io: Philippus Enfort, de Moravia.
1686.
Franciſcus Baglianna, Ceneten.
Sebaſtianus Benellus, Bononien.
1688.
Io: Baptiſta de Ronchiis, Mutinen.
1689.
Io: Paulus Cherubinus, Venetus.
Antonius Manferdinus, Bononien.
1690.
Antonius Dominicus Pacinus, Bononienſis.
Ludovicus Stancarius, Bononien.
Ioſeph Bertocchius, Phil., Bonon.
Gabriel Bilionus, de Caſali Montisferrati.

1691.
Franc. Ant. Bagnus, Centenſis.
Franciſcus Verratus, Mutinen.
1692.
Antonius Tener, de Praga.
Io: Antonius Deinbel, Græcus.
Sebaſtianus Bernardus, Bononien.
Ant. Franc. Ferrari, de Caſali Montisf.
1693.
Iulius Cæſar Cingarus, Caſaleſchus.
Ioſeph Borzanus, Bononien.
Raynaldus Iulianus de Gypſis, Bonon.
Ioannes Zigher, Bruxellenſis.
Melchior Ignatius Cortens, Bruxellen.
1694
Paulus Paſius, Bononienſis.
Nicolaus Laurentius, Mutinen.
Io: Franc. de Carolis, Lovagnenſis.
Guidus Bellus, Faventinus.
Stephanus Iordanus de Caſtro Riperii Stat. Mantuæ.
Antonius Clericus, Bononien.
1695.
Benedictus Burghius. Iudeus Ferrar.
Ioannes Maſſoneaù, Burdegalenſis.
1696.
Iacobus Vandinus, de Argenta.
Aloyſius Mediogaurus, Cymaclen.
1698.
Io: Henricus Burgher, Vlfingad. Germ.
Ludovicus Macchiavellus, Bononien.
1703.
Io: Baptiſta Gattelli, Argentanus.
Ioſephus Ant Bardinus, Mantuan.
1706.
Paulus Burattus Rebalius, Cremon.
1707.
Roggerius Calbius, Ravennas.
1723.
Flaminius Fiori, Fabrianenſis.

I N-

INDEX

Lectorum, quos in Almâ Ferrarienſi Studiorum Univerſitate docuiſſe conſtat, nèc non aliquorum Univerſitatis ejuſdem Rectorum, & Reformatorum, cùm indicatione numeri paginarum, ad quas, in hac Secundâ Hiſtoriæ Parte referuntur.

Ponuntur autèm ordine Alphabetico, à Cognominibus incipiendo, ut faciliùs inveniri poſſint.

A

Ca-

Con-

D

E

F

de

G

Gio-

H

I

L

Leo-

M

Qua-

Q

R

S

Stan-

Z

INDEX

Scholarium nonnullorum Illustrium exterorum Almi Ferrariensis Gymnasii, nec non aliquorum ex Viris doctissimis, qui Ferrariæ sunt diù versati.

A

B

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

V

INDEX

Nonnullorum Ferrarienſium Scriptorum, extrà numerum Lectorum Publicæ Studiorum Univerſitatis.

Be-

Cor-

D

E

F

G

Guit-

Mo-

N

O

P

Ra-

Tom-

I N-

INDEX

Nonnullorum Architectorum Ferrarienfium.

A

B

C

G

M

N

P

R

S

T

V

INDEX

Nonnullorum Pictorum, Miniatorum, Sculptorum, Celatorum, Scriptorum, aliorumque Artificum Ferrariensium.

A

B

C

D

INDEX

Nonnullorum Muſicorum Ferrarienſium, tàm in Theoricâ, quàm in Praxi excellentium.

FINIS.